Казанская ф. ш.
Орловъ М. и Соколовъ Б.
Е 100/470
801-16/1956

ИЗБРАННЫЯ МѢСТА

ИЗЪ

ЛАТИНСКИХЪ ХРИСТІАНСКИХЪ ПИСАТЕЛЕЙ

ДО VIII-ГО ВѢКА.

СОСТАВИЛЪ

И. Помяловскій.

Издано по опредѣленію Святѣйшаго Сунода для употребленія въ духовно-учебныхъ заведеніяхъ

С.-ПЕТЕРБУРГЪ
Сунодальная Типографія
1902

Государственная
БИБЛИОТЕКА
СССР
им. В. И. Ленина
7122-67

2014243289

Предлагаемая христоматія заключаетъ въ себѣ отрывки изъ слѣдующихъ Латинскихъ христіанскихъ писателей: Минуція Феликса, Тертулліана, Св. Кипріана, Арнобія, Лактанція, Дамаса, Св. Амвросія, Блаж. Іеронима, Блаж. Августина, Пруденція, Сидонія Аполлинариса, Св. Льва В., Св. Григорія В. и Григорія Турскаго. Цѣль ея—ознакомить учащихся съ лучшими представителями Латинской христіанской литературы—до VIII-го в.—и подготовить воспитанниковъ духовныхъ семинарій къ самостоятельному чтенію и изученію произведеній названнаго періода. Посему въ христоматію вошли въ болѣе или менѣе обширныхъ отрывкахъ самыя характерныя въ историко-литературномъ отношеніи произведенія и введены довольно многочисленныя примѣчанія, имѣющія главною цѣлью способствовать болѣе точному уразумѣнію текста. При выборѣ отрывковъ составитель слѣдовалъ указаніямъ самаго компетентнаго въ оцѣнкѣ произведеній поздиѣйшаго періода римской литературы судьи—Эберта, автора извѣстнаго труда: Geschichte der christlich-lateinischen Literatur von ihren Anfängen bis zum Zeitalter Karls des Grossen. Leipzig. 1874, а при составленіи примѣчаній—лучшимъ комментированнымъ изданіямъ отдѣльныхъ писателей и общимъ пособіямъ, изъ которыхъ главныя суть слѣдующія:

A) Пособія лексикографическія:

1) Forcellini. Totius Latinitatis lexicon ed. Vinc. de Vit. Prati 1868—77. 6 voll. 4° съ относящимся къ нему Onomasticon vol. I. II.

2) W. Freund. Wörterbuch der lateinischen Sprache nach historisch-genetischen Prinzipien mit steter Berücksichtigung der Grammatik, Synonymik und Alterthumskunde. Leipzig. 1843—45. 4 voll. 8°.

3) Ducange. Glossarium mediae et infimae Latinitatis ed. G. A. I. Henschel. Parisiis. 1840—50. 7 voll. 4° и дополненіе къ нему L. Dieffenbach. Frankf. 1857.

Б) Пособія грамматическія:

1) W. Corssen. Ueber die Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache. 2 Ausg. Leipz. 1868—70. 2 voll. 8°.

2) H. Schuchardt. Der Vocalismus des Vulgärlateins. Leipz. 1866—68. 3 voll. 8°.

3) F. Neue. Formenlehre der lateinischen Sprache. Bd. I. Berl. 1877. Bd. II. 1875.

4) R. Kühner. Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache. Hannov. 1877. Bd. I. Bd. II, 1. 1878.

5) A. Dräger. Historische Syntax der lateinischen Sprache. Bd. I. II. Leipz. 1874—78.

6) G. T. A. Krüger. Grammatik der lateinischen Sprache. Bd. I. II. Hannover. 1842.

7) G. W. Gossrau. Lateinische Sprachlehre. Quedlinburg. 1869.

8) H. Rönsch. Itala und Vulgata. Das Sprachidiom der urchristlichen Itala und der katholischen Vulgata unter Berücksichtigung der römischen Volkssprache. Marburg. 1875. 2 Aufl. 1 v. 8°.

9) A. Fuchs. Die romanischen Sprachen in ihrem Verhältniss zum Lateinischen. Halle. 1849. 1 vol. 8°.

10) F. Diez. Grammatik der romanischen Sprachen. 3 Aufl. Bonn. 1870—71. 3 voll. 8°.

11) F. Diez. Etymologisches Wörterbuch der romanischen Sprachen. 2 Aufl. Bonn. 1869—70. 2 voll. 8°.

В) Пособія реальныя:

1) A. Pauly. Real-Encyclopädie der classischen Alterthums-wissenschaft. Stuttg. 1837—52. 6 voll. 8°. 1-й т. 2 изд. 1862—66.

2) Fr. Lübker. Reallexikon des klassischen Alterthums. 4 Aufl. Leipz. 1874. 1 v. 8°.

3) A. Rich. Dictionnaire des antiquités romaines et grecques. tr. p. Chéruel. Paris. 1861. 1. 8°.

I.

Минуцій Феликсъ.

Минуціемъ Феликсомъ начинается рядъ латинскихъ христіанскихъ писателей вообще и апологетовъ въ частности. Объ немъ мы имѣемъ весьма скудныя свѣдѣнія, извлекаемыя почти исключительно изъ сохранившагося его разговора: Octavius. Минуцій былъ замѣчательнымъ адвокатомъ въ Римѣ (Romae insignis causidicus) и сперва, будучи язычникомъ, раздѣлялъ всѣ предубѣжденія противъ христіанства, но впослѣдствіи, принявъ вѣру Христову, сдѣлался однимъ изъ первыхъ ея апологетовъ. Время, въ которое жилъ и писалъ Минуцій, съ точностію опредѣлено быть не можетъ; большинство новыхъ ученыхъ считаетъ его современникомъ Коммода (180—186).

Сочиненіе Минуція носитъ названіе: Octavius и изложено въ формѣ разговора между ближайшимъ образомъ намъ неизвѣстными личностями: Caecilius Natalis, Octavius Ianuarius и сочинителемъ—Marcus. Въ общихъ чертахъ содержаніе разговора слѣдующее: во введеніи авторъ разсказываетъ, что къ нему пріѣхалъ его задушевный другъ Октавій, еще ранѣе его обратившійся въ христіанство; вдвоемъ отправились они изъ Рима въ Остію. Тамъ, гуляя разъ на берегу моря, они встрѣтились съ общимъ знакомымъ Цециліемъ, язычникомъ, который, проходя мимо изображенія Сераписа, помолился ему, какъ божеству. Возмущенный этимъ, Октавій укоряетъ Минуція въ томъ, что онъ допускаетъ своего пріятеля коснѣть въ невѣжественномъ суевѣріи толпы и не просвѣщаетъ его истиннымъ свѣтомъ религіи. Эти укоры задѣваютъ Цециліа за живое и онъ предлагаетъ вступить въ преніе съ Октавіемъ относительно превосходства язычества надъ христіанствомъ. Вызовъ принимается и Цецилій начинаетъ свою рѣчь, въ которой представляетъ основанія тому, что онъ остался вѣренъ народной религіи и не принялъ христіанства. Защищая скепсисъ, раздѣлявшійся въ то время большинствомъ образованныхъ язычниковъ, онъ старается доказать,

что истину узнать невозможно, и что онъ поэтому предпочитаетъ оставаться въ вѣрѣ отцовъ, которой Римъ обязанъ своимъ величіемъ. Въ сравненіи съ нею, христіанство представляется ученіемъ, которое точно также не можетъ привести къ познанію истины. Въ отвѣтъ на эту рѣчь Октавій представляетъ весьма пространную и обстоятельную апологію христіанства, въ которой шагъ за шагомъ слѣдитъ за ходомъ изложенія своего противника и не оставляетъ безъ разъясненія и опроверженія ни одного изъ его нападеній на христіанство. Рѣчь его до такой степени проникнута искренностью и убѣдительностью, что Цецилій, выслушавъ ее, признаетъ себя побѣжденнымъ.

Историко-литературное значеніе «Октавія» весьма велико: стоя въ своей архитектоникѣ подъ непосредственнымъ вліяніемъ сочиненія Цицерона de natura deorum, это первое произведеніе латинской христіанской прозы носитъ отпечатокъ классической простоты и изящества, лежащій также и на языкѣ, который отличается особенною чистотою и правильностью.

Лучшія изданія Минуція суть слѣдующія: Onzelius (cum notis variorum) Lugd. Batav. 1642. I. Gronovius Lugd. Bat. 1709. Oehler Leipz. 1747 и Halm Wien 1867.

Лучшее изслѣдованіе о Минуціѣ: Ebert. Tertullians Verhältniss zu Minucius Felix въ Abhandlungen d. Königl. Sächsisch. Gesellsch. d. Wissenschaften. Leipz. 1868.

Cap. 17. Nec recuso, quod Caecilius adserere inter praecipua connisus est, hominem nosse se et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare sit: utrum elementis concretus an concinnatus atomis, an potius a Deo factus, formatus, animatus, quod ipsum explorare et cernere sine universitatis inquisitione non possumus, cum ita cohaerentia, connexa, concatenata sint, ut nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis, nec possis pulchre gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem, praecipue, cum a feris beluis hoc difieramus, quod illa prona [1]) in terramque vergentia nihil nata sunt prospicere nisi pabulum. Nos, quibus vultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est, sermo et ratio [2]), per quae Deum agnoscimus, sentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingerentem sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem: sacrilegii enim vel maximi instar est, humi quaerere quod in sublimi debeas invenire; quo magis mihi videntur qui hunc mundi totius ornatum non divina ratione perfectum volunt, sed frustis [3]) quibusdam temere cohaerentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere. Quid enim potest esse

[1]) Срвн. Ovid. Metam. 1. 84. Pronaque cum spectent animalia cetera terram. Os homini sublime dedit caelumque tueri iussit et erectos ad sidera tollere voltus.
[2]) sc. data sunt.
[3]) = atomis.

tam apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circaque lustraveris, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur? caelum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur, vel quod in noctem astris distinguitur, vel quod in diem sole lustratur: iam scies, quam sit in eo summi moderatoris mira et divina libratio; vide et annum, ut solis ambitus faciat, et mensem vide, ut luna auctu, senio, labore [1]) circumagat. Quid tenebrarum et luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio? relinquenda vero astrologis [2]) prolixa de sideribus oratio, vel quod regant cursum navigandi, vel quod arandi metendique tempus indicant [3]), quae singula non modo ut crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis et perfectae rationis egerunt, verum etiam sentiri, perspici, intellegi, sine summa sollertia et ratione non possunt; quid, cum ordo temporum ac frugum stabili varietate distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testatur ver aequo cum suis floribus et aestas cum suis messibus et autumni maturitas grata et hiberna olivitas [4]) necessaria? Qui ordo facile turbaretur, nisi maxima ratione consisteret. Iam providentiae quantae [5]), ne hiems sola glacie ureret [6]) aut sola aestas ardore torreret, autumni et veris inserere medium temperamentum, ut per vestigia sua anni revertentis occulti et innoxii transitus laberentur. Mari intende [7]), lege littoris stringitur; quidquid arborum est vide, quam e terrae visceribus animatur; aspice oceanum, refluit reciprocis aestibus; vide fontes; manant venis perennibus; fluvios intuere, eunt semper exercitis lapsibus; quid loquar apte disposita recta [8]) montium, collium flexa, porrecta camporum? quidve animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus , alias dentibus saeptas et fundatas ungulis et spicatas aculeis aut pedum celeritate liberas aut elatione pinnarum? Ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo Deum fatetur artificem: status rigidus, vultus erectus, oculi in summo velut in specula constituti et omnes ceteri sensus velut in arce [9]) compositi.

Cap. 18. Longum est ire per singula. Nihil in homine membrorum est, quod non et necessitatis causa sit et decoris, et quod magis mirum est, eadem figura omnibus, sed quaedam unicuique lineamenta

[1]) labor lunae quo tempore non apparet. Такъ про лунныя затменія говорилось: luna laborat (sc. morbo).
[2]) = астрономы.
[3]) отъ indicere.
[4]) масляны зрѣютъ въ Италіи въ декабрѣ мѣсяцѣ. Columell. XII. 50.
[5]) сосд. съ inserere.
[6]) сл. Ovid. ustus ab assiduo frigore pontus.
[7]) = aspice mare.
[8]) erecta, excelsa.
[9]) въ головѣ.

deflexa: sic et similes universi videmur et inter se [1]) singuli dissimiles invenimur... Nec universitati solummodo Deus, sed et partibus consulit. Britannia sole deficitur [2]), sed circumfluentis maris tepore recreatur, Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis, Euphrates Mesopotamiam pro imbribus pensat, Indus flumen et serere [3]) Orientem dicitur et rigare. Quod si ingressus aliquam domum omnia exculta, disposita, ornata vidisses, utique praeesse ei crederes dominum et illis bonis rebus multo esse meliorem [4]), ita in hac mundi domo cum caelum terramque perlustrans perspicias providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum parentemque ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem: ni forte, quoniam de providentia nulla dubitatio est, inquirendum putas, utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste regnum gubernetur; quod ipsum non est multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de caelo [5]). Quando umquam regni societas aut cum fide coepit aut sine cruore desiit? Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes principatum [6]), et Thebanorum par [7]), mortuam [8]) fabulam, transeo; ob [9]) pastorum et casae regnum de geminis [10]) memoria notissima est; generi et soceri [11]) bella toto orbe diffusa sunt, et tam magni imperii duos fortuna non cepit. Vide cetera: rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus. Tu in caelo summam maiestatem dividi credas et scindi veri illius ac divini imperii totam potestatem, cum palam sit parentem omnium Deum, nec principium habere nec terminum, qui nativitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui ante mundum fuerit sibi ipse pro mundo, qui universa, quaecunque sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Hic non videri potest, visu clarior est, nec comprendi, tactu purior est, nec aestimari, sensibus maior est, infinitus, immensus et soli sibi tantus, quantus est, notus: nobis vero ad intellectum pectus angustum est, et ideo sic eum digne aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. Eloquar, quemadmodum sentio: magnitudinem Dei qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuere, non novit. Nec nomen Deo quaeras, Deus nomen est; illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est: Deo, qui solus est, Dei vocabulum

[1]) = inter nos.
[2]) сообразно общераспространенному взгляду древности о томъ, что солнце весьма рѣдко показывается въ Британіи.
[3]) вслѣдствіе плодоносности своего ила.
[4]) срвн. Cic. de nat. deor. II, § 130.
[5]) = plura imperia terrena ad exemplum imperii caelestis formata sunt.
[6]) извѣстенъ разсказъ Иродота о выборѣ одного царя изъ многихъ претендентовъ, по ржанію коня.
[7]) Етеоклъ и Полиникъ.
[8]) = iam exoletam, sine efficacia et vi.
[9]) соед. memoria de geminis notissima est ob regnum...
[10]) Ромулъ и Ремъ.
[11]) Цезарь и Помпей.

totum est... aufer additamenta nominum, et perspicies eius claritatem. Quid quod omnium de isto habeo consensum? audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam «Deum» dicunt et «Deus magnus est» et «Deus verus est» et «si Deus dederit». Vulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio? et qui Iovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt.

Cap. 37. Quam pulchrum spectaculum Deo, cum Christianus cum dolore congreditur, cum adversum minas et supplicia et tormenta componitur, cum strepitum mortis et horrorem carnificis inridens inculcat [1]), cum libertatem suam adversus reges et principes erigit, soli Deo, cuius est, cedit! cum triumphator et victor ipsi, qui adversum se sententiam dixit, insultat! Vicit enim qui quod contendit obtinuit. Quis non miles sub oculis imperatoris audacius periculum provocet? Nemo enim praemium percipit ante experimentum; et imperator tamen quod non habet non dat: non potest propagare vitam, potest honestare militiam. At enim Dei miles nec in dolore describitur nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inveniri. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad caelum, Mucium Scaevolam, qui cum errasset in regem, perisset in hostibus [2]), nisi dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dextram solum, sed totum corpus uri, cremari sine ullis eiulatibus pertulerunt, cum dimitti praesertim haberent in sua potestate? Viros cum Mucio vel cum Aquilio [3]) aut Regulo [4]) comparo? pueri et mulierculae nostrae cruces et tormenta, feras et omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris inludunt. Nec intellegitis, o miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit poenam subire, aut tormenta sine Deo possit sustinere? Nisi forte vos decipit, quod Deum nescientes divitiis effluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. Miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimae ad supplicium saginantur, ut hostiae ad poenam coronantur; in hoc adeo quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditae mentes licentia potestatis libere nundinentur [5]). Absque enim notitia Dei quae potest esse solida felicitas, cum mors sit? somnio similis, antequam tenetur, elabitur. Rex es? et tam times quam time-

[1]) inculcare= conculcare; сл. Tertull. adv. Nat. 1. 10. privatos enim deos... domestica licentia inculcatis.
[2]) in hostibus=inter hostes.
[3]) M. Aquilius cos. 653 U. измѣнически выданный Митридату, который замучилъ его, заливъ ему горло растопленнымъ золотомъ.
[4]) Regulus cos. 487 и 498, замученный Карѳагенянами, выставлялся очень часто какъ примѣръ необычайной твердости въ перенесеніи жесточайшихъ мученій.
[5]) Констр. ut mentes perditae licentiâ potestatis libere nundinentur ingenium eorum. Въ этихъ словахъ можно видѣть намекъ на безграничную власть преторіанцевъ, распоряжавшихся цезарскимъ престоломъ и какъ бы имъ торговавшихъ.

ris, et quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus est. Dives es? sed fortunae male creditur, et magno viatico breve vitae iter non instruitur, sed oneratur. Fascibus et purpuris gloriaris? vanus error hominis et inanis cultus dignitatis fulgere purpura, mente sordescere. Nobilitate generosus es? parentes tuos laudas? omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. Nos igitur qui moribus et pudore censemur, merito malis voluptatibus et pompis vestris et spectaculis abstinemus, quorum et de sacris originem novimus et noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis curulibus [1]) quis non horreat populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriis homicidii disciplinam? In scenicis etiam non minor furor est, turpitudo prolixior: nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monstrat, nunc enervis histrio amorem dum fingit, infligit; idem deos vestros induendo stupra, suspiria, odia dedecorat: idem simulatis doloribus lacrimas vestras vanis gestibus et nutibus provocat: sic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis.

Cap. 38. Quod vero sacrificiorum reliquias et pocula deliibata contemnimus, non confessio timoris est, sed verae libertatis adsertio. Nam etsi omne quod nascitur ut inviolabile Dei munus nullo opere corrumpitur, abstinemus tamen, ne quis nos existimet aut daemoniis, quibus libatum est, cedere, aut nostrae religionis pudere. Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cum carpamus et rosam veris et lilium et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? his enim et sparsis utimur mollibus ac solutis, et sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite; auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire [2]). Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut sentienti facem, aut non sentienti coronam [3]), cum et beatus non egeat, et miser non gaudeat floribus. At enim nos exsequias adornamus, eadem tranquillitate qua vivimus, nec adnectimus arescentem coronam, sed a Deo aeternis floribus vividam sustinemus: quieti, modesti, Dei nostri liberalitate securi spem futurae felicitatis fide praesentis eius maiestatis animamus. Sic et beati resurgimus et futuri contemplatione iam vivimus. Proinde Socrates scurra Atticus viderit, nihil se scire confessus, testimonio licet fallacissimi daemonis gloriosus; Arcesilas [4]) quoque

[1]) ludi curules, сообразно съ этимологіею слова отъ currus, суть ludi circenses.

[2]) сл. Tertullian. Apolog. c. 42. Nos coronam naribus novimus: viderint qui per capillum odorantur.

[3]) т. е. si sentit mortuus, cur illi facem subicitis? si non sentit, cur coronam illi tribuitis, cuius odorem non potest percipere?

[4]) Arcesilas (Ἀρκεσίλαος) изъ Pitâne Эолійской, ок. 300 до Р. Х., основатель средней академіи. Carneâdes (Καρνεάδης) изъ Африканской Кирены, 215—130, основатель третьей академіи. Pyrrho (Πύρρων) изъ Элиды, современникъ Аристотеля, основатель скептической школы.

et Carneades et Pyrrho et omnis Academicorum multitudo diliberet; Simonides [1]) etiam in perpetuum comperendinet: philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos et semper adversus sua vitia facundos. Nos, qui non habitu sapientiam sed mente praeferimus, non eloquimur magna sed vivimus, gloriamur nos consecutos quod illi summa intentione quaesiverunt nec invenire potuerunt. Quid ingrati sumus, quid nobis invidemus, si veritas divinitatis nostri temporis aetate maturuit? Fruamur bono nostro et recti sententiam temperemus: cohibeatur superstitio, impietas expietur, vera religio reservetur.

[1]) Намекъ на слова Цецилія въ гл. 13. Quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio? qui Simonides cum de eo quid et quales arbitraretur deos ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petiit, postridie biduum prorogavit, mox alterum tantum admonitus adiunxit, postremo cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior. Симонидъ Кеосскій, 559—469, знаменитый лирикъ.

II.

Тертулліанъ.

Q. Septimius Florens Tertullianus родился въ 160 г. въ Карѳагенѣ отъ отца, бывшаго центуріономъ у римскаго проконсула. Какъ отецъ, такъ и мать Тертулліана были язычниками. Онъ получилъ прекрасное образованіе въ родномъ городѣ, бывшемъ въ то время однимъ изъ центровъ образованности. Предназначая себя къ адвокатурѣ, Тертулліанъ основательно изучилъ право, затѣмъ съ большимъ успѣхомъ занимался въ школахъ риторовъ и въ совершенствѣ овладѣлъ греческимъ языкомъ. Еще въ молодыхъ лѣтахъ онъ принялъ христіанство, будучи привлеченъ къ нему удивленіемъ передъ сверхъестественною стойкостью его мучениковъ и могуществомъ христіанъ надъ демонами. За свою жизнь и дарованія онъ былъ почтенъ званіемъ пресвитера, и жилъ вмѣстѣ съ женою въ Карѳагенѣ, занимаясь преимущественно литературою. Въ серединѣ жизни Тертулліанъ открыто перешелъ въ секту Монтанистовъ и сдѣлался однимъ изъ ревностнѣйшихъ ея приверженцевъ. Годъ смерти его неизвѣстенъ, но изъ свидѣтельствъ о томъ, что онъ дожилъ до глубокой старости, можно заключать, что онъ умеръ въ половинѣ III-го вѣка.

Тертулліанъ—одинъ изъ самыхъ даровитыхъ, самобытныхъ и плодовитыхъ писателей. Всѣ дошедшія до насъ его сочиненія писаны въ прозѣ, но нерѣдко проникнуты истиннымъ пыломъ поэтическаго воодушевленія. Въ немъ рядомъ съ значительной доктриной замѣчается сильное присутствіе фантазіи; вмѣстѣ съ холодною логикою философа или искусственною декламаціею ритора—черты блестящаго остроумія, употребляемаго Тертулліаномъ, какъ оружіе на своихъ противниковъ. Вся его жизнь протекла въ непрерывной борьбѣ—то съ другими, то съ самимъ собою. Принявъ христіанство, онъ вступилъ во враждебныя отношенія къ язычеству, къ своему собственному прошедшему и боролся съ нимъ, не зная границъ своему одушевленію; перейдя на сторону Монтанизма, онъ

защищаетъ эту ересь, полемизируя съ православіемъ. Языкъ, которымъ написаны всѣ произведенія Тертулліана, поражаетъ читателя своею оригинальностью. Это смѣсь народнаго говора, литературной рѣчи, философскаго языка, смѣсь, на которую личность писателя наложила рѣзкій и своеобразный отпечатокъ.

Всѣ дошедшія до насъ произведенія Тертулліана дѣлятся обыкновенно на три отдѣла: 1) сочиненія, касающіяся отношеній христіанства къ язычеству, апологетическаго и полемическаго характера; ими Тертулліанъ началъ свою литературную дѣятельность; 2) сочиненія, посвященныя христіанской нравственности и церковной дисциплинѣ, и 3) догматико-полемическія сочиненія противъ еретиковъ, Іудеевъ и—съ монтанистической точки зрѣнія—противъ православія.

Съ историко-литературной точки зрѣнія изъ многочисленныхъ сочиненій Тертулліана важны слѣдующія:

1) Apologeticum, въ которомъ авторъ, обращаясь къ правителямъ (praesides), по всей вѣроятности африканскимъ, защищаетъ христіанство отъ взводимыхъ на него обвиненій. Содержаніе сочиненія въ общихъ чертахъ слѣдующее: во введеніи излагается причина изданія апологіи, и затѣмъ авторъ приступаетъ къ самой защитѣ, которая распадается на двѣ половины: въ одной опровергаются т. н. «тайныя преступленія» христіанъ, а въ другой—явныя, какъ-то: непочитаніе боговъ, оскорбленіе величества, вражда къ государству и бездѣятельность. Наконецъ, въ заключеніи опровергается мнѣніе нѣкоторыхъ язычниковъ, будто христіанство есть своего рода философское ученіе.

2) Въ двухъ книгахъ также апологетическаго содержанія: ad nationes или ad gentes, дошедшихъ не вполнѣ, мы имѣемъ частію воспроизведеніе, частію дополненіе «Apologeticum».

3) Такой же характеръ имѣетъ небольшое сочиненіе: «de testimonio animae», въ которомъ сама душа доказываетъ существованіе Бога, демоновъ и свое безсмертіе, доказываетъ въ пользу христіанства и противъ язычества.

4) Въ пяти главахъ сочиненія: «ad martyres», авторъ утѣшаетъ и ободряетъ христіанъ, заключенныхъ въ темницѣ, которымъ угрожаетъ смертная казнь.

5) Трактатъ: «de spectaculis» направленъ къ тому, чтобы убѣдить христіанъ и оглашенныхъ не посѣщать языческихъ зрѣлищъ, какъ не совмѣстныхъ по своему характеру съ христіанствомъ.

6) Къ нему примыкаетъ другой трактатъ: «de idololatria», въ которомъ вообще разсматривается сущность идолослуженія и внушается всевозможное воздержаніе отъ всякаго прикосновенія къ языческой религіи.

7) Небольшое сочиненіе: «de corona», написанное по одному частному поводу, представляетъ апологію тѣхъ христіанъ, которые,

не желая даже въ мелочахъ подчиняться требованіямъ языческой обрядности, вызывали преслѣдованія язычниковъ.

8) Адресованное проконсулу Африки Скапулѣ сочиненіе: «ad Scapulam» заключаетъ даваемое авторомъ предостереженіе властямъ, чтобы онѣ не навлекали на себя гнѣва Божія преслѣдованіемъ неповинныхъ христіанъ.

Всѣ исчисленныя произведенія Тертулліана относятся къ первому отдѣлу, самому важному въ историко-литературномъ отношеніи. Изъ втораго отдѣла особенное значеніе имѣютъ слѣдующія:

9) de patientia, трактатъ весьма важный для характеристики автора, помѣщаемый ниже вполнѣ.

10) de oratione—объясненіе «Отче нашъ», какъ молитвы κατ' ἐξοχήν, указанія на время, мѣсто, способы молитвы, на внѣшніе обряды и внутреннее настроеніе, и восхваленіе дѣйственности молепія.

Вопросу о бракѣ и въ частности о второбрачіи посвящено Тертулліаномъ нѣсколько сочиненій; прежде другихъ написано:

11) «ad uxorem» въ двухъ книгахъ, въ которыхъ авторъ даетъ совѣты своей женѣ на случай, еслибы она овдовѣла. Въ первой книгѣ онъ рѣшительно возстаетъ противъ второбрачія, допуская его лишь съ точки зрѣнія человѣческой слабости; во второй—требуетъ, чтобы, при второмъ бракѣ, остерегаться союза съ язычникомъ, выставляя все неудобство и даже вредъ такого союза. Гораздо строже относится Тертулліанъ къ вопросу о второмъ бракѣ въ монтанистическихъ своихъ сочиненіяхъ:

12) «de exhortatione castitatis» и

13) «de monogamia»,

совершенно его отвергая и считая прелюбодѣяніемъ.

14) Любопытны по подробностямъ бытовымъ сочиненія: «de cultu feminarum» въ двухъ книгахъ, въ которыхъ авторъ совѣтуетъ женщинамъ воздерживаться отъ дорогихъ платьевъ, дорогихъ украшеній и вообще отъ всѣхъ средствъ, придуманныхъ для возвышенія тѣлесной красоты, и: «de pallio».

Остальныя сочиненія этого отдѣла, частію догматизирующія, частію разъясняющія съ монтанистической точки зрѣнія частные вопросы церковной дисциплины, въ литературномъ отношеніи менѣе важны. Таковы:

15) «de baptismo», противъ еретиковъ, отвергавшихъ крещеніе,

16) «de poenitentia», въ которомъ излагаются мысли автора о покаяніи,

17) «de ieiuniis», о строгомъ воздержаніи въ ѣдѣ, и другія.

Наконецъ третій отдѣлъ, заключающій догматико-полемическія сочиненія Тертулліана, не подлежитъ нашему разсмотрѣнію. О Тертулліанѣ, какъ учителѣ Церкви, см. Преосв. Филарета: Историч. ученіе объ отцахъ Церкви (СПБ. 1859). Т. I. 978—84.

Лучшія изданія Тертулліана: Rigaltii Paris 1634. Semler Halle 1770. Oehler Leipz. 1852/51. 3 voll. Отдѣльное изданіе Апологетика—Гаверкампа Lugduni 1718. и Woodham 1843.

Спеціальныхъ монографій о Тертулліанѣ не мало; старинныя собраны въ III томѣ изданія Елера; изъ новыхъ можно указать на: Neander A. Antignosticus, Geist des Tertullianus und Einleitung in dessen Schriften Berlin 1825. Hesselberg K. Tertullianus Lehre aus dessen Schriften entwickelt. I. Einleitung. Leben und Schriften Dorpat 1848. Grotemeyer Ueber Tertullian's Leben und Schriften I. Kempen 1863. Hauck. A. Tertullian's Leben und Schriften. Erlangen 1877. На русскомъ языкѣ изслѣдованіе о Тертулліанѣ помѣщено въ Христіанскомъ Чт. 1842, а сочиненія его переведены Коріѣевымъ СПБ. 1841 и 1849.

1.

Apologeticum, cap. I—VII.

Cap. 1. Si non licet vobis, Romani imperii antistites [1]), in aperto et edito ipso fere vertice civitatis [2]) praesidentibus ad iudicandum, palam dispicere [3]) et coram examinare, quid sit liquido [4]) in causa Christianorum; si ad hanc solam speciem [5]) auctoritas vestra de [6]) iustitiae diligentia [7]) in publico aut timet aut erubescit inquirere; di denique, quod proxime accidit, domesticis iudiciis nimis operata sectae huius infestatio [8]) obstruit viam defensioni, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras pervenire. Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, ceterum [9]) genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere. Unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. Quid hinc deperit legibus in

---

[1]) Въ рукахъ antistites deorum immortalium или pontifices былъ высшій надзоръ за sacra или исполненіемъ религіозныхъ обязанностей, а слѣд. и за введеніемъ новыхъ религій. Во время Имперіи pontifex maximus былъ самъ императоръ. Другіе подъ antistites Romani imperii понимаютъ свѣтскихъ представителей римской власти (summi praesides).

[2]) или буквально: въ Капитоліи, или переносно: на вершинѣ государственнаго или гражданскаго могущества.

[3]) = considerare, perpendere, examinare (vox forensis).

[4]) нарѣчіе.

[5]) genus causae, ὑπόθεσις.

[6]) de имѣетъ здѣсь орудное значеніе.

[7]) de diligentia зависитъ отъ auctoritas.

[8]) указывается на домашніе суды и расправы (въ противоположность in publico).

[9]) ceterum = re autem vera.

suo regno [1]) dominantibus, si audiatur? An [2]) hoc magis gloriabitur potestas earum, quod etiam auditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire, quod auditum damnare non possint. Hanc itaque primam causam apud vos collocamus iniquitatis odii erga nomen Christianorum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit [3]) qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines, quod ignorant, etiamsi res meretur odium? Tunc etenim meretur cum cognoscitur, an mereatur. Vacante autem meriti [4]) notitia, unde odii iustitia defenditur quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? Cum ergo propterea oderint homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste odisse, dum ignorant. Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem, dum excusat, condemnat; cum omnes, qui retro [5]) oderant, quia ignorabant, quale esset quod oderant, simul ut [6]) desinunt ignorare, cessent et odisse. Ex his fiunt Christiani, utique [7]) de comperto [8]) et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant, et sunt tanti, quanti [9]) et denotamur [10]). Obsessam vociferantur civitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, aetatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento moerent. Nec tamen hoc ipso modo ad aestimationem alicuius latentis boni promovent animos; non licet rectius suspicari, non libet propius experiri. Hic tantum humana curiositas torpescit, amant ignorare, cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis [11]) denotasset imprudentes de prudentibus indicantes, quam immusicos de musicis! [12]) Malunt nescire quia iam oderunt; adeo quod nesciunt, praeiudicant id esse, quod, si sciant, odisse non poterant; quando si nullum odii debitum [13]) deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse; si vero de merito constet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius adquiratur ad perseveran-

[1]) in suo, т. е. legum.
[2]) = an non.
[3]) = convincere; onerare = accusare, damnare (vox forensis).
[4]) = delictum, culpa.
[5]) retro во временномъ значеніи.
[6]) simul ut = simulac.
[7]) одно изъ любимыхъ словъ Тертулліана, употребляемое имъ съ различными оттѣнками.
[8]) = de re non ignorata.
[9]) tanti = tot; quanti = quot.
[10]) denotari, быть обвиняемымъ, позорнымъ.
[11]) Анахарсисъ, Скиѳъ, путешествовавшій по Греціи и удивлявшійся, какимъ образомъ на состязаніяхъ художниковъ въ Греціи судьями являются люди, не художники.
[12]) immusicus и musicus соотвѣтствуютъ греч. μὴ τεχνίτης и τεχνίτης.
[13]) debitum—разумная, законная причина.

tiam, etiam iustitiae ipsius auctoritate. Sed non ideo, inquit [1]), bonum, quia multos convertit. Quanti enim ad malum praeformantur, quanti transfugae in perversum? Quis negat? tamen quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit [2]), defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Denique [3]) malefici gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur; certe condemnati moerent: dinumerant in semetipsos [4]) mentis malae impetus, vel fato vel astris imputant; nolunt enim suum esse, quod malum agnoscunt. Christianos vero, nihil simile: neminem pudet, neminem poenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur; damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturam mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, poenitentiam, deplorationem? Quid hoc mali est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est, et poena felicitas? Non potes dementiam dicere, qui revinceris ignorare.

Cap. 2. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsis aliter tractamur, quam pares nostri, id est ceteri nocentes? cum eiusdem noxae eadem tractatio deberet intervenire. Quodcunque dicimur, cum alii dicuntur, et proprio ore et mercenaria advocatione [5]) utuntur ad innocentiae suae commendationem. Respondendi, altercandi [6]) facultas patet, quando nec liceat indefensos et inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui, quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum. Sed illud solum exspectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non examinatio criminis: quando si de aliquo nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidae, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (ut de nostris elogiis [7]) loquar) contenti sitis ad pronunciandum, nisi et consequentia exigatis: qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscios, socios. De nobis nihil tale, cum aeque extorqueri oporteret, quodcunque falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset [8]), qui coci, qui canes affuissent. O quanta

[1]) воображаемый adversarius.
[2]) sc. quos malum ad se rapit.
[3]) = такимъ образомъ, напримѣръ.
[4]) = recolendo adnumerant et imputant. Другіе: recolunt, collustrant, recensent intus semetipsos, h. e. acta sua, vere semetipsos scrutantur.
[5]) mercenaria advocatio—наемные адвокаты.
[6]) altercatio входила въ римское судопроизводство.
[7]) elogia, съ ироническимъ оттѣнкомъ, про позорныя имена, коими клеймили Христіанъ язычники. Другіе понимаютъ въ см. criminum tituli, crimina.
[8]) Въ числѣ различныхъ обвиненій, заводившихся на христіанъ, было и то, что они въ своихъ собраніяхъ убивали младенца и употребляли его въ пищу, затѣмъ, что они, привязавъ къ свѣтильникамъ собакъ и дразня ихъ кускомъ мяса, производили темноту и пользовались ею для распутства. Contenebrare—vox Tertullianea.

illius praesidis gloria, si eruisset [1]) aliquem, qui centum iam infantes comedisset! Atquin [2]) invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret [3]), damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu [4]) pulsis, ipsa tamen multitudine [5]) perturbatus, quid de cetero [6]) ageret consuluit Traianum imperatorem, allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo ut deo et confoederandam disciplinam [7]), homicidium. adulterium, fraudem, perfidiam, et cetera scelera prohibentes [8]). Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate [9]) confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temet ipsum censura circumvenis? si damnas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absolvis? Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur [10]); in reos maiestatis [11]) et publicos hostes omnis homo miles est, ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quam oblationem. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui, puto, iam non ideo meruit poenam, quia nocens est, sed quia, non requirendus, inventus est. Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum; cum, si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideo putaretis non requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquetis admissi [12]): quo perversius, cum praesumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex con-

[1]) vox forensis.
[2]) = Quin immo.
[3]) Плиній Младшій былъ въ 101 г. проконсуломъ Виѳиніи. Переписка его съ Траяномъ сохранилась. О христіанахъ онъ говоритъ въ письмѣ 97, X-й книги; 98-е письмо содержитъ отвѣтъ Траяна.
[4]) gradus здѣсь разумѣется какая нибудь провинціальная магистратура.
[5]) sc. Christianorum.
[6]) = in ceterum, in posterum.
[7]) i. e. vitae et morum castitatem quasi foedere sanciendam et conservandam.
[8]) sc. Christianos.
[9]) = necessario.
[10]) сл. Iuvenal III, 305. Interdum et ferro subitus grassator agit rem. Armato quotiens tutae custode tenentur Et Pomptina palus et Gallinaria pinus. Sortitur— pass.
[11]) maiestas sc. imminuta, оскорбленіе величества въ лицѣ царствующаго императора.
[12]) ordo admissi sc. sceleris—всѣ обстоятельства, сопровождавшія преступленіе.

fessione nominis praesumpseratis. Sed, opinor, non vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic [1]) enim soletis dicere homicidae: nega; laniari [2]) iubere sacrilegum, si confiteri perseveraverit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non iustitia damnandam a vobis sciatis. Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est dicit: tu vis audire, quod non est. Veritatis extorquendae praesides, de nobis solis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quaeris, an sim; quid me torques in perversum? confiteor, et torques; quid faceres, si negarem? Plane, aliis negantibus non facile fidem accommodatis; nobis si negaverimus, statim creditis. Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret [3]). Nisi enim fallor, leges malos erui iubent, non abscondi; confessos damnari praescribunt, non absolvi. Hoc senatus consulta, hos principum mandata [4]) definiunt, hoc imperium, cuius ministri estis. Civilis, non tyrannica dominatio vestra est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena adhibentur; apud vos soli quaestioni temperantur [5]). Vestram illis [6]) servate legem usque ad confessionem; et si confessione praeveniantur, vacabunt [7]). Sententia opus est; debito poenae nocens expungendus [8]) est, non eximendus. Denique illum nemo gestit absolvere: non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturae totius inimicum existimas, et cogis negare, ut absolvas, quem non poteris absolvere, nisi negaverit. Praevaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem ut eum facias innocentem, et quidem invitum iam, nec de praeterito reum. Unde ista perversitas? ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse, quam per vim neganti: vel ne compulsus negare, non ex fide negarit; et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione [9]), iterum Christianus. Cum igitur in omnibus nos aliter disponatis, quam ceteros nocentes, id unum contendendo, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim, si facimus, quae faciunt non Christiani), intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae operationis [10]) insequitur, hoc primum agens,

[1]) = ea de causa, ideo.
[2]) laniari sc. tormentis.
[3]) ministret vos = vestro ministerio utatur.
[4]) principum mandata, императорскіе эдикты.
[5]) temperari—приспособляться, прилагаться.
[6]) sc. tormentis.
[7]) = non adhibenda erunt.
[8]) expungere = удовлетворять; одно изъ любимыхъ выраженій Тертулліана; debito есть Dativ. Смыслъ: осужденіемъ виновнаго, его наказаніемъ какъ бы уплачивается долгъ справедливости. Другіе понимаютъ expungi какъ confici.
[9]) = inimicitia, odium.
[10]) operatio = religio; aemulus = inimicus, infestus.

ut homines nolint scire pro certo, quod se nescire pro certo sciunt. Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse, quae malunt credi esse, ut nomen illius aemulae rationis inimicum, praesumptis, non probatis criminibus, de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes, et punimur perceverantes, et absolvimur negantes, quia nominis proelium est. Denique quid de tabella [1]) recitatis illum Christianum, cur non et homicidam? Si homicida Christianus, cur non et incestus, vel quodcunque aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronuntiare? Christianus si nullius criminis reus est, nomen valde infestum, si solius nominis crimen est.

Cap. 3. Quid, quod ita plerique clausis oculis in odium eius impingunt [2]), ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem: Bonus vir Caius Seius [3]). tantum quod [4]) Christianus. Item alius: Ego miror Lucium sapientem virum repente factum Christianum. Nemo retractat: Nonne ideo bonus Caius, et prudens Lucius, quia Christianus? aut ideo Christianus, quia prudens et bonus? Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant, et id quod sciunt, eo quod ignorant, corrumpunt; cum sit iustius occulta de [5]) manifestis praeiudicare, quam manifesta de occultis praedamnare. Alii, quos retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos noverant, ex ipso denotant [6]), quo laudant; caecitate odii in suffragium impingunt. Quae mulier, quam lasciva, quam festiva! Qui iuvenis, quam lascivus, quam amasius! Facti sunt Christiani. Ita nomen emendationi imputatur [7]). Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur [8]), contenti iniuria, dum ne domi habeant, quod oderunt. Uxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus eiecit, filium iam subiectum pater retro patiens abdicavit, servum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegavit: ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum, quanti est odium Christianorum. Nunc igitur, si nominis odium est, quis nominum reatus? Quae accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum? Christianus vero, quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed et cum perperam Christianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa

[1]) tabella, на которой написанъ былъ приговоръ.
[2]) sc. se = устремляться.
[3]) Caius Seius—nomen fictum, обычное у юрисконсультовъ, такъ же, какъ и Lucius.
[4]) tantum quod—за исключеніемъ того, что—одно изъ любимыхъ выраженій Тертулліана.
[5]) = ex.
[6]) = notam eis inurunt, reprehendunt.
[7]) т. е. itaque homini quamvis probo iam et emendato imputatur Christiani nomen tamquam alicuius criminis probrum.
[8]) т. е. tantum est nonnullorum odium ut illius causa de propriis etiam utilitatibus remittant. Sit uxor adultera, sit filius nebulo, sit servus nequam, dum non sint Christiani.

est notitia penes vos), de suavitate vel benignitate compositum est [1]). Oditur [2]) ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid novi, si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum Stoici, Academici? atque medici ab Erasistrato [3]), et grammatici ab Aristarcho [4]), coci etiam ab Apicio? [5]) Nec tamen quemquam offendit professio nominis, cum institutione transmissa ab institutore. Plane si qui probet malam sectam et ita malum auctorem, is probabit et nomen malum dignum odio de reatu sectae et auctoris. Ideoque ante odium nominis competebat [6]) prius de auctore sectam recognoscere, vel auctorem de secta. At nunc utriusque inquisitione et agnitione neglecta nomen detinetur [7]), nomen expugnatur, et ignotam sectam, ignotum et auctorem vox sola praedamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.

Cap. 4. Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam [8]) odii erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiae consistam [9]), nec tantum refutabo, quae nobis obiiciuntur, sed etiam in ipso retorquebo, qui obiiciunt; ut ex hoc quoque sciant omnes in Christianis non esse quae in se non nesciunt esse, simul uti erubescant accusantes, non dico pessimi optimos, sed iam, ut volunt, compares suos [10]). Respondebimus ad singula, quae in occulto admittere dicimur, quae illos palam admittentes invenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur. Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur auctoritas adversus eam [11]), ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratis [12]) necessitas obsequii praeferatur veritati: de legibus prius concurram vobiscum ut cum tutoribus legum. Iam primum quam dure definitis dicendo: non licet esse vos. Et hoc sine ullo retractatu humaniore praescribitis, vim profitemini et iniquam

[1]) Смѣшеніе написаній χριστιανός (отъ χρίω) и χρηστιανός (отъ χρηστός).
[2]) passiv.
[3]) Erasistrātus съ о-ва Кеоса, ок. 304, знаменитый врачъ, отъ котораго его ученики назывались Erasistratii.
[4]) Aristarchus изъ Самоѳракіи, ок. 170, знаменитый грамматикъ и критикъ.
[5]) Apicius, извѣстный гастрономъ, имя котораго сдѣлалось какъ бы нарицательнымъ для обозначенія обжоры.
[6]) = convenire.
[7]) praeiudicio reum indicare.
[8]) suggillare = laedere, perstringere, iniuriari. contumelias dicere.
[9]) относительно конструкціи срвн. de Idololatr. 13. de hoc quidem primo consistam. Consistere (vox forensis) = causam dicere.
[10]) compares = socios, i. e. similes, qui Christianis illa obiiciunt, falso quamvis, quae ipsi re vera faciunt.
[11]) = post alios praetextus postremo, ut moles invicta, obstruitur defensioni auctoritas legum.
[12]) = invite, quasi per vim.

ex arce [1]) dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit, non licere. Quodsi quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere, quod male fit, et utique hoc ipso praeiudicatur licere, quod bene fit. Si bonum invenero esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest, quod si malum esset, iure prohiberet? Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est, neque enim de caelo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut resipuisse in reprobanda? Nonne et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae, tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicarit? [2]) Nonne et vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem et squalentem silvam legum nobis principalium rescriptorum et edictorum [3]) securibus truncatis et caeditis? Nonne vanissimas Papias leges [4]), quae ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri [5]) Severus constantissimus principum exclusit? Sed et iudicatos retro in partes secari a creditoribus leges erant [6]), consensu tamen publico crudelitas postea erasa est [7]) et in pudoris notam capitis poena conversa; bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere [8]). Quot adhuc vobis repurgandae leges latent, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola? et ideo cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, licet damnent. Quomodo iniquas dicimus? imo, si nomen puniunt, etiam stultas. Si vero facta, cur in nobis de solo nomine puniunt facta, quae in aliis de admisso, non

[1]) сл. c. 1. in aperto et edito ipso fere vertice civitatis. Dominatio ex arce= dominatio tyrannica.

[2]) Плутархъ (Lyc. 42) разсказываетъ, что Ликургъ, желая сдѣлать свои законы непоколебимыми, взялъ клятву съ Лакедемонянъ въ томъ, что они сохранятъ эти законы до его возвращенія, и самъ уѣхалъ въ Дельфы, гдѣ и уморилъ себя голодомъ.

[3]) rescripta principalia s. principum—отвѣты императоровъ на запросы различныхъ чиновниковъ касательно спорныхъ правовыхъ вопросовъ, имѣвшіе силу закона. Edicta же суть указы.

[4]) lex Papia Poppaea (leges у Терт. потому, что законъ состоялъ изъ нѣсколькихъ параграфовъ), изданный при Августѣ М. Папіемъ Мутиломъ и Кв. Поппеемъ Секундомъ, былъ направленъ противъ безбрачной жизни. Съ нимъ слился lex Iulia de maritandis ordinibus, изданный съ тою же цѣлію. Северъ не уничтожилъ эти законы, а только видоизмѣнилъ, сдѣлавши ихъ требованія не столь суровыми. См. Kuntze. Excurse über römisches Recht (Lpz. 1869) стр. 257 и сл. Несообразность, которую видитъ въ этихъ законахъ Тертулліанъ, состоитъ въ томъ, что по lex Papia срокъ для бездѣтной жизни полагался меньшимъ, чѣмъ по lex Iulia для безбрачной, такъ, что выходило, что сперва надобно было имѣть дѣтей, а потомъ уже жениться.

[5]) вообще въ см. недавняго времени.

[6]) Законъ XII таблицъ (у Gell. N. A. XX. 1.) позволялъ кредиторамъ разсѣкать на части и дѣлить между собою тѣло должника. Онъ отмѣненъ въ 427 U. по lex Poetelia.

[7]) sc. de legum tabulis.

[8]) suffundere и effundere представляетъ прекрасную adnominatio. Значеніе suffundere уясняется изъ Verg. G. 1. 430. si virgineum suffuderit ore ruborem.

de nomine probata defendunt [1])? Incestus sum, cur non requirunt? infanticida, cur non extorquent? in deos, in caesares aliquid committo, cur non audior, qui habeo, quo purger? Nulla lex vetat discuti, quod prohibet admitti; quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet; neque civis fideliter legi obsequitur, ignorans, quale sit, quod ulciscitur. Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suae debet, sed eis, a quibus obsequium exspectat. Ceterum suspecta lex est, quae probari se non vult, improba autem, si non probata deminetur.

Cap. 5. Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probatus [2]). Scit M. Aemilius de deo suo Alburno [3]). Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum [4]) introivit, annuntiatum sibi ex Suria Palaestina, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat [5]) detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit; Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite commentarios vestros [6]), illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse [7]). Sed tali dedicatore [8]) damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit [9]) illum, intellegere potest, non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate [10]); sed qua et homo [11]), facile coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat [12]). Tales semper nobis insecutores, iniusti, impii, turpes, quos et ipsi damnare consuestis, et a quibus damnatos restituere soliti estis. Ceterum de tot exinde principibus, usque ad hodiernum divinum humanumque

[1]) = vindicare, ulcisci.

[2]) Это положеніе соблюдалось постоянно, и во время имперіи.

[3]) Alburnus, гора въ Луканіи близъ p. Silarus (т. monte di Postiglione); божество Alburnus есть вѣроятно божество этой горы. О M. Эмиліѣ намъ ближайшимъ образомъ ничего неизвѣстно.

[4]) = mundus.

[5]) Разсказъ этотъ сомнителенъ. Впрочемъ сл. Euseb. h. eccl. II, 2.

[6]) Относя это въ частности къ pontifices, придется здѣсь видѣть указаніе на commentarii pontificum, записи, въ которыя заносились всѣ случаи, относившіеся къ государственному и каноническому праву, и могшіе имѣть значеніе прецедентовъ.

[7]) Извѣстенъ разсказъ Тацита (Ann. XV. 44) о преслѣдованіи христіанъ Нерономъ въ 63 году, послѣ громаднаго пожара въ Римѣ.

[8]) = auctor, princeps.

[9]) = nosse.

[10]) И другіе писатели сравниваютъ Домиціана съ Нерономъ, напр. Iuven. IV. 38.

[11]) сл. c. 30. sciunt, quis illis dederit imperium; sciunt, qua homines, quis et animam. Quâ = in quantum.

[12]) relegatio (deportatio in insulam) одно изъ самыхъ обычныхъ наказаній времени имперіи.

sapientibus, edite aliquem debellatorem Christianorum. At nos e contrario edimus protectorem, si litterae M. Aurelii gravissimi imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte [1]) militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur [2]). Qui sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetriore. Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli exsequuntur impii, iniusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte frustatus est vetando inquiri Christianos; quas nullus [3]) Hadrianus, quamquam curiositatum [4]) omnium explorator, nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus impressit [5]). Facilius utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab aemulis [6]), quam a suis sociis eradicandi iudicarentur.

Cap. 6. Nunc religiosissimi legum et paternorum institutorum protectores et ultores respondeant velim de sua fide et honore et obsequio erga maiorum consulta, si a nullo desciverunt, si in nullo exorbitaverunt [7]), si non necessaria et aptissima quaeque disciplinae oblitteraverunt. Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes [8]), quae centum aera [9]) non amplius in cenam subscribi [10]) iubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, et eam non saginatam; quae patricium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu summovebant [11]); quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant [12]); quae dignitatum et honestorum natalium insignia [13]) non temere nec impune usurpari sinebant? Video enim et centenarias [14]) cenas, a centenis iam sestertiis [15]) dicendas, et in lances parum est si senatorum et non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium [16]) argentaria metalla producta.

[1]) = воиновъ, которые по счастливому случаю были христіанами.
[2]) Это письмо помѣщается въ концѣ 1-й апологіи Св. Іустина мученика, будучи вставлено туда позднѣйшими переписчиками.
[3]) nullus = non.
[4]) въ конкретномъ знач.
[5]) = leges severius exercendas quasi inculcare.
[6]) = inimici.
[7]) сл. c. 16. exorbitantes et ipsi a Iudaico more.
[8]) т. н. leges sumptuariae и leges de ambitu.
[9]) aera = asses. Lex Fannia назывался также lex centussis, потому что опредѣлялъ 100 ассовъ, какъ maximum суммы, которую можно было издержать на обѣдъ.
[10]) = concedi, dari opsonatori unde coëmeret.
[11]) Намекъ на разсказъ у Valer. Max. II, 9, 4. про Фабриція, лишившаго сенаторскаго званія Корнелія Руфина, quod decem pondo vasa argentea comparasset.
[12]) Въ Римѣ до 55 г. до Р. Х. не было постояннаго театра, и когда въ 154 г. цензоръ C. Cassius хотѣлъ выстроить каменный театръ, то онъ былъ разрушенъ, какъ нѣчто, противное общественной нравственности.
[13]) разумѣется употребленіе toga practexta, служившей отличительнымъ костюмомъ высшихъ чиновниковъ и дѣтей знатныхъ родителей.
[14]) = sumptuosissimas.
[15]) отъ sestertium = 1000 сестерціевъ.
[16]) flagra rumpere—про отпущенниковъ, бывшихъ недавно рабами, объ спины которыхъ рвались сѣкшія ихъ плети. О богатствѣ отпущенниковъ времени Имперіи см. Friedländer Darstellungen aus der Sitten geschichte Roms Th. 1.

Video et theatra nec singula satis esse, nec nuda [1]). Nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii odium paenulae ludis [2]) excogitaverunt [3]). Video et inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum [4]). Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quae modestiae, quae sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat, praeter unico digito [5]), quem sponsus oppignerasset pronubo annulo; cum mulieres usque adeo a vino abstinerent, ut matronam ob resignatos cellae vinariae loculos sui [6]) inedia necarint [7]). Sub Romulo vero quae vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata est [8]). Idcirco et oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu iudicarentur. Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus scripsit [9])? At nunc in feminis prae auro nullum leve est membrum; prae vino nullum est osculum; repudium vero iam et votum est, quasi matrimonii fructus. Etiam circa ipsos deos vestros quae perspecte decreverant patres vestri, iidem vos obsequentissimi rescidistis. Liberum patrem cum mysteriis suis consules senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt [10]). Sarapidem [11]) et Isidem et Harpocratem [12]) cum suo cynocephalo, Capitolio prohibitos, id est curia deorum pulsos, Piso et Gabinius consules [13]), non utique Christiani, eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes. His vos restitutis summam maiestatem contulistis. Ubi religio, ubi veneratio maioribus debita a vobis? Habitu, victu, instructu [14]), sensu, ipso denique sermone proavis renuntiastis [15]). Laudatis semper antiquitatem, et nove de die [16]) vivitis.

[1]) Первоначально зрители въ театрахъ сидѣли подъ открытымъ небомъ, и только въ послѣдствіи театръ стали покрывать полотномъ.
[2]) sc. spectandis.
[3]) иронически, ибо Лакедемоняне носили paenula (φαινόλης) въ походахъ для защиты отъ холода. Odium paenulae = paenula odiosa, ибо была толстая и тяжелая.
[4]) Прежде женщины дурнаго поведенія отличались костюмомъ отъ честныхъ матронъ.
[5]) Это обручальное кольцо, по свидѣтельству Плинія N. H. XXX. I, въ древности было желѣзное. Unico digito не зависитъ отъ praeter (= praeterquam), а есть Abl. loci.
[6]) = propinqui, gentiles.
[7]) Loculi—шкапчики, въ которые ставились бутылки съ виномъ.
[8]) Разсказъ передается Plin. N. H. XIV. 13 и Valer. Max. VI. 3. 9.
[9]) Первый, по разсказу Геллія (N. A. XVII. 21), развелся съ женою Sp. Carvilius Ruga, въ 520 U.
[10]) Въ 586 U. Подробный разсказъ у Liv. XXXIX, 8.
[11]) Sarapis, египетское божество, культъ котораго возникъ въ эпоху Птоломеевъ. Объ его преслѣдованіи въ Римѣ см. Dion. Xiphil. XLVII.
[12]) Harpocrates s. Horus, также египетское божество, изображавшееся иногда съ собачьей головой (cynocephalus).
[13]) Консульство L. Calpurnius Piso и A. Gabinius падаетъ на 57 г. до Р. Х.
[14]) Instructus = splendidus apparatus.
[15]) renuntiare сл. Apolog. 38: spectaculis vestris renuntiamus; ἀποτάσσεσθαι, renoncer.
[16]) = in dies.

Per quod ostenditur, dum a bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere et custodire, quae non debuistis, cum quae debuistis non custodistis. Ipsum adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinatis [1]), studium dico deorum colendorum, de quo maxime erravit antiquitas, licet Sarapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras [2]) immolaveritis [3]), suo loco ostendam proinde despici et neglegi et destrui a vobis adversus maiorum auctoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, ut viam mihi ad manifestiora purgem.

2.

Apologeticum cap. 39—43.

Cap. 39. Edam iam nunc ego ipsa negotia Christianae factionis, ut qui mala refutaverim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae divinitate et spei foedere. Coimus in coetum et congregationem, ut ad deum, quasi manu facta [4]), praecationibus ambiamus [5]). Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministeriis eorum ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Cogimur ad litterarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus densamus [6]), ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti: neque enim pretio ulla res dei constat. Etiam si quod arcae genus est, non de honoraria [7]) summa, quasi redemptae religionis

[1]) destinare = putare.
[2]) = furores vestros.
[3]) указываетъ на orgiастическій характеръ празднествъ въ честь Бахуса.
[4]) Значеніе manus объясняется изъ слѣдующаго vis.
[5]) ambire здѣсь absol., такъ что ad deum = apud deum; сл. 48. non integre ad deum.
[6]) т. е. non satis habemus fidem canendo ad deum pascere et spem erigere fiduciamque in eo figere, sed et praecepta inculcamus quae non facienda et facienda demonstrant.
[7]) honoraria summa—тѣ деньги, которыя получаются, какъ даръ, подарокъ за какую нибудь услугу. Значеніе уясняется изъ слѣдующаго: redemptae religionis.

congregatur; modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, et si modo velit et si modo possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus [1]), item naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis [2]), vel in custodiis, dumtaxat ex causa dei sectae, alumni confessionis [3]) suae fiunt. Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant: ipsi enim invicem oderunt; et ut pro alterutro [4]) mori sint parati: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt. Sed et quod fratrum appellatione censemur [5]), non alias [6]), opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturae matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur, qui unum patrem deum agnoverunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverunt veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia [7]) familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, praeter uxores: in isto loco consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia [8]) usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant, ex illa, credo, maiorum et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis et Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa [9]) et alibi creandorum nescio quidem an invitas; quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum! Leno est philosophus et censor [10]). Quid ergo mirum, si tanta caritas convivatur?

[1]) domestici senes—такіе старики, которые уже не выходятъ изъ дому; сл. Hor. S. 1. 6. 127. domesticus otior.
[2]) = in exilio.
[3]) confessio здѣсь въ конкретномъ значеніи.
[4]) = alter pro altero.
[5]) censeri = vocari.
[6]) = non alia de causa.
[7]) substantia = οὐσία, имущество; сл. rei communicatio.
[8]) matrimonia въ конкретномъ значеніи.
[9]) liberorum causa, заимствовано изъ техническаго опредѣленія брака: matrimonium liberorum quaerendorum causa. См. Becker Callus 2² p. 11. Alibi указываетъ на нарушеніе вѣрности. Creandorum же зависитъ отъ invitas, такъ что смыслъ будетъ: quas duxerant in matrimonium liberorum causa, nescio quidem an invitas etiam ex aliis procreandorum.
[10]) Здѣсь Терт. смѣшалъ двухъ Катоновъ: старшаго, Censorius, и Утическаго, который отдалъ свою жену Марцію (Marcia) Гортензію и послѣ его смерти опять на ней женился.

Nam et cenulas nostras, praeterquam sceleris infames, ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri [1]). Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quam in sua trabem. Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus [2]) acescit aër. Saliis cenaturis [3]) creditor erit necessarius. Herculanarum decimarum et polluctorum [4]) sumptus tabellarii supputabunt [5]); Apaturiis [6]), Dionysiis [7]), mysteriis Atticis [8]), cocorum delectus indicentur. Ad fumum cenae Sarapiacae sparteoli [9]) excitabuntur. De solo triclinio Christianorum retractatur [10]). Cena nostra de nomine rationem sui ostendit: id vocatur, quod dilectio penes Graecos est [11]). Quantiscumque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio [12]) isto iuvamus, non qua penes vos parasiti affectant [13]) ad gloriam famulandae [14]) libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi [15]), sed qua penes deum maior est contemplatio [16]) mediocrium. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae aestimate, qui sit, de religionis officio: nihil vilitatis, nihil immodestiae admittit [17]), non prius discumbitur, quam oratio ad deum praegustetur [18]), editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere; hinc probatur

[1]) Diogen. Laërt. 8. 7. 63. разсказываетъ это про Эмпедокла, выразившагося такъ объ Агригентинцахъ.

[2]) Трибы, куріи и декуріи въ извѣстные дни имѣли общія пиршества, отличавшіяся роскошью.

[3]) Salii, жрецы Марса. Роскошь ихъ пиршествъ вошла въ пословицу. Hor. C. 1, 37, 2: Saliares dapes.

[4]) Геркулесу нерѣдко приносили десятину; polluctum (polluceo = polliceor) = convivium; у Macrob. S. 2. 12. ext. ad Herculis polluctum venire.

[5]) ибо другіе не могутъ сдѣлать столь огромныхъ счетовъ.

[6]) Apaturia, Ἀπατούρια (изъ ἄμα и πατόρια, соединеніе Фратрій), Аѳинскій праздникъ, одну изъ частей котораго составляло пиршество (Δορπία s. Δορπεία).

[7]) Dionysia, Διονύσια, празднества въ честь Діониса или Вакха.

[8]) Mysteria Attica, общее названіе для Елевсинскихъ таинствъ.

[9]) Sparteoli, прозваніе пожарной команды въ Римѣ (vigiles). Dicit Sarapiacae cenae tantum esse apparatum, ut ad fumum vigiles excitentur observentque ne quid inde incendii nascatur Oehl.

[10]) = sermo invidiosus excitatur.

[11]) ἀγάπη.

[12]) сл. Fug. 12. p. 194. multis locupletibus credentibus viris ac feminis, qui his etiam refrigeria subministrabant.

[13]) sc. inopes.

[14]) сл. c. 21. elementa ipsa famularet (= δουλοῦν).

[15]) бѣдняковъ нарочно приглашали къ столу и тамъ натравливали на нихъ паразитовъ, для развлеченія пирующихъ. Iuven. V. 25. sqq.

[16]) = respectus.

[17]) sc. disciplina nostra.

[18]) tamquam cibus spiritalis.

quomodo biberit. Aeque oratio convivium dirimit. Inde disceditur non in catervas caesionum [1]), neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam cenam cenaverint, quam disciplinam. Haec coitio Christianorum merito sane illicita, si illicitis par, merito damnanda, si quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati, quod et dispersi, hoc universi, quod et singuli, neminem laedentes, neminem contristantes. Quum probi, quum boni coëunt, quum pii, quum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

Cap. 40. At e contrario illis nomen factionis accommodandum est, qui in odium bonorum conspirant, qui adversum sanguinem innocentium conclamant, praetexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse in causa. Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit [2]), si terra movit [3]), si fames, si lues, statim Christianos ad leonem. Tantos [4]) ad unum? Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et urbem ceciderunt? Legimus Hieran, Anaphen et Delon et Co insulas [5]) multis cum millibus hominum pessum abiisse. Memorat et Plato maiorem Asiae et Africae terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit, et vis undarum Lucaniam Italiae abscissam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt. Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dii vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, vel ut Plato putavit, campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes, in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias in hodiernum manerent, nisi et ipsae postumae cladis illius [6]). Nondum Iudaeum eb Aegypto examen Palaestina susceperat, nec illam illic Christianae sectae origo consederat, quum regiones affines eius Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma conantur, oculis tenus [7]), ceterum contacta cinerescunt. Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebatur, quum Volsi-

[1]) caesio здѣсь въ знач. убійства, разбоя.

[2]) caelum stetit, когда оно не разрѣшается дождемъ. Сл. de ieiun. 16. stupet caelum.

[3]) sc. se.

[4]) = tot.

[5]) Hiĕra, одинъ изъ Эольскихъ острововъ (insulae Aeoliae), Anăphe, въ Спорадахъ, Delos, въ Кикладахъ, Rhodos, близъ береговъ Каріи, Cos, въ Миртойскомъ морѣ.

[6]) postumus съ Gen. конструкція необычная. Значеніе фразы то же, что и выше: posteriores clade diluvii.

[7]) = si quae illic forte arbores supersunt, spectantium quidem oculis promittunt, sed ea poma carpentium digitis contacta solvuntur in cineres.

nios [1]) de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat, cum Annibal apud Cannas Romanos annulos, caedes suas, modio metiebatur. Omnes dii vestri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones [2]) occupaverunt. Et bene, quod si quid adversi accidit urbibus, eaedem clades templorum quae et moenium fuerunt, ut iam hoc revincam, non a deis evenire, quia et ipsis evenit. Semper humana gens male de deo meruit: primo quidem ut inofficiosa eius [3]), quem cum intellegeret ex parte, non solum non requisivit timendum, sed et alios sibi citius commenta est quos coleret; dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum, et nocentiae iudicem et exactorem, omnibus vitiis et criminibus inolevit [4]). Ceterum si requisisset, cognosceret et recognosceret requisitum, et recognitum observaret, et observatum magis propitium experiretur quam iratum. Eundem ergo nunc quoque scire debet iratum, quem et retro semper, priusquam Christiani nominarentur. Cuius bonis utebatur ante editis, quam deos sibi fingeret, cur non ab eo etiam mala intellegat evenire, cuius bona esse non sensit? Illius rea est cuius et ingrata [5]). Et tamen si pristinas clades comparemus, leviora nunc accidunt, ex quo Christianos a deo orbis accepit. Ex eo enim et innocentia seculi iniquitates temperavit, et deprecatores dei esse coeperunt. Denique [6]) cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt [7]) et annus [8]) in cura est, vos quidem, quotidie pasti statimque pransuri, balneis et cauponis et lupanaribus operati, aquilicia [9]) Iovi immolatis [10]), nudipedalia [11]) populo denuntiatis, caelum apud Capitolium quaeritis, nubila de laquearibus [12]) exspectatis, aversi ab ipso et deo et caelo. Nos vero ieiuniis aridi et omni continentia expressi [13]), ab omni vitae fruge dilati [14]), in sacco [15]) et cinere volutantes, invidia [16]) caelum tundimus [17]), deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iuppiter honoratur a vobis, Deus neglegitur.

[1]) Volsinii, город. въ Этруріи. См. Plin. N. H. II, 52. Гибель Помпей отъ изверженія Везувія, въ 79 г., общеизвѣстна.
[2]) т. е. Галлы, подъ предводительствомъ Бренна, въ 390 г.
[3]) inofficiosus съ Gen. рѣдко.
[4]) значеніе inolescere уясняется изъ Auson. epigr. 141. Quae nosti, meditando velis inolescere menti.
[5]) = illius irae rea est, cuius beneficiis est ingrata.
[6]) = такъ, напримѣръ.
[7]) смыслъ: cum non pluit neque aestivo neque hiberno tempore.
[8]) въ прегнантномъ знач.: годовой урожай.
[9]) aquilicia отъ aqua и elicio (ср. Iuppiter Elicius).
[10]) immolare aquilicia сказано такъ же, какъ foedus ferire.
[11]) nudipedalia = sacra quae nudis pedibus fiunt.
[12]) sc. templi.
[13]) = ἐκπεπεισμένοι.
[14]) = alimentis in serum dilatis.
[15]) Hieron. ep. ad Marcell. saccus orationis signum atque ieiunii est. Saccus и cinis соединяются оч. часто у Терт. См. прим. къ Іерон. и. XXII. 7.
[16]) = рвеніе (срв. фр. envie).
[17]) = pulsamus, стучимся.

Cap. 41. Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices [1]) semper, apud quos deus spernitur, statuae adorantur. Utique enim credibilius haberi debet, cum irasci qui neglegatur, quam qui coluntur: aut nae illi iniquissimi, si propter Christianos etiam cultores suos laedunt quos separare deberent a meritis [2]) Christianorum. Hoc, inquitis, et in deum vestrum repercutere est [3]), qui et ipse patiatur propter profanos etiam cultores suos laedi. Admittite [4]) prius dispositiones [5]) eius, et non retorqueritis. Qui enim semel [6]) aeternum iudicium destinavit post seculi finem, non praecipitat discretionem [7]), quae est conditio iudicii, ante seculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus et indulgens et increpans; communia voluit esse et commoda profanis et incommoda suis, ut pari consortio omnes et lenitatem eius et severitatem experiremur. Quia haec ita didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severitatem, vos contra utramque despicitis: et sequitur, ut omnes seculi plagae nobis, si forte [8]), in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant. Atquin nos nullo laedimur: inprimis quia nihil nostra refert in hoc aevo, nisi de eo quam celeriter excedere; dehinc quia si quid adversi infligitur, vestris id meritis deputatur [9]). Sed etsi aliqua nos quoque perstringunt ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum praedicationum, confirmantium scilicet fiduciam et fidem spei nostrae. Si vero ab eis quos colitis omnia vobis mala eveniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in dolorem Christianorum iuvare et adserere debuerant?

Cap. 42. Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur et infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus [10]), eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanae aut Indorum gymnosophistae [11]) sumus, silvicolae et exules vitae. Meminimus gratiam nos debere deo domino creatori; nullum fructum operum eius repudiamus; plane temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis [12]), nundinis

[1]) сл. de poenit. 9. conversationem iniungens misericordiae illicem.
[2]) meritum здѣсь in malam partem, то, что заслуживаетъ не поощренія, а наказанія; см. ниже: vestris id meritis deputatur.
[3]) est = ἔξεστι.
[4]) = appropinquare sinite.
[5]) = lex.
[6]) = разъ на всегда.
[7]) sc. profanorum a cultoribus suis.
[8]) = nempe, utique. Eллипсисъ можетъ быть разрѣшенъ, si forte in aliquem finem a deo obveniant.
[9]) deputatur = adsignatur, adscribitur.
[10]) instructus—домашнее хозяйство.
[11]) Brachmanae греческая каста въ Индіи, отличавшаяся суровостью образа жизни. Они составляли секту Gymnosophistarum, мудрецовъ, жившихъ въ лѣсахъ, безъ всякой одежды.
[12]) = deversorium.

vestris, ceterisque commerciis cohabitamus in hoc seculo. Navigamus et nos vobiscum et militamus, et rusticamur, et mercamur, proinde miscemus artes [1]), operas nostras publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio. Sed si caerimonias tuas non frequento, attamen et illa die homo sum. Non lavo sub noctem Saturnalibus [2]), ne et noctem et diem perdam; attamen lavo et debita hora et salubri, quae mihi et calorem et sanguinem servet; rigere et pallere post lavacrum mortuus possum. Non in publico Liberalibus [3]) discumbo, quod bestiariis supremam cenantibus mos est; attamen ubi de copiis tuis ceno [4]). Non emo capiti coronam. Quid tua interest, emptis nihilominus floribus quomodo utar? puto gratius liberis et solutis et undique vagis; sed etsi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus, viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus; quae tamen apud illos coetus venditantur si desideravero, libentius de suis locis sumam. Thura plane non emimus; si Arabiae queruntur [5]), scient Sabaei [6]) pluris et carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari [7]), quam diis fumigandis. Certe, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt; stipes quotusquisque iam iactat? Non sufficimus et hominibus et diis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus impertiendum. Denique [8]) porrigat manum Iuppiter et accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quam vestra religio templatim [9]). Sed cetera vectigalia gratias Christianis agent ex fide dependentibus debitum, qua alieno [10]) fraudando abstinemus, ut, si ineatur quantum publico pereat fraude et mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, unius speciei [11]) querela compensata pro commodo ceterarum rationum.

---

[1]) miscere artes = variis artibus operam dare.
[2]) Saturnalia, празднества въ честь Сатурна, въ концѣ декабря. Омовеніе, совершавшееся ночью, было опасно для здоровья.
[3]) Liberalia, празднества въ честь Либера или Діониса. Они сопровождались различными играми, и, между прочимъ, боями съ дикими звѣрьми. Bestiarii = ad bestias damnati.
[4]) при ubi подразумѣвается гл. discumbo или ему подобный. Смыслъ: etsi non Liberalibus cum vobis discumbam in publico ad cenandum, attamen, cum discumbo, semper vobis sum fructuosus, quandoquidem de copiis vestris cibos emo.
[5]) sc. quia merces earum non emimus.
[6]) Sabaei, народъ въ Arabia felix, торговали особенно благовонными маслами, другіе же Арабы вообще ладономъ.
[7]) profligari—съ оттѣнкомъ траты, уничтоженія.
[8]) = ut breviter dicam.
[9]) templatim есть ἅπαξ εἰρημένον = per templa, ubi fiunt epulae luxuriosae et commissationes.
[10]) отъ alienum, въ соотвѣтствіе стоящему ниже publico.
[11]) и именно vectigalium templorum.

3.

De patientia.

Cap. 1. Confiteor ad dominum deum, satis temere me, si non etiam impudenter, de patientia componere ausum, cui praestandae idoneus omnimo non sim, ut homo nullius boni, quando oporteat demonstrationem et commendationem alicuius rei adortos, ipsos prius in administratione eius rei deprehendi, et constantiam commonendi propriae conversationis [1]) auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant. Atque utinam erubescere istud remedium ferat, uti pudor non exhibendi, quod aliis suggestum [2]) imus, exhibendi fiat magisterium, nisi quod bonorum quorundam sicuti et malorum intolerabilis magnitudo est, ut ad capienda et praestanda ea sola gratia divinae inspirationis operetur. Nam quod maxime bonum, id maxime penes deum, nec alius id quam qui possidet dispensat, ut cuique dignatur. Itaque velut solatium erit disputare super eo quod frui non datur, vice languentium, qui, cum vacent a sanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miserrimus ego, semper aeger caloribus impatientiae, quam non obtineo patientiae sanitatem et suspirem et invocem et perorem necesse est, cum recordor et in meae imbecillitatis contemplatione digero [3]), bonam fidei valetudinem et dominicae disciplinae sanitatem non facile cuiquam, nisi patientia adsideat, provenire. Ita proposita dei rebus est, ut nullum praeceptum obire quis, nullum opus domino complacitum perpetrare extraneus patientia [4]) possit. Bonum eius, etiam qui caeci vivunt [5]), summae virtutis appellatione honorant. Philosophi quidem, qui alicuius sapientiae animalia deputantur [6]), tantum illi subsignant [7]), ut cum inter sese variis sectarum libidinibus et sententiarum aemulationibus discordent, solius tamen patientiae in commune memores huic uni studiorum suorum commiserint pacem. In eam conspirant, in eam foederantur, illi affectatione virtutis unanimiter student, omnem sapientiae ostentationem de patientia praeferunt [8]). Grande testimonium eius est, cum etiam vanas seculi disciplinas ad laudem et gloriam promovet. Aut numquid potius iniuria, cum divina res in secularibus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox sapientiae suae cum seculo destructae ac dedecoratae pudebit.

---

[1]) conversatio—образъ дѣйствій, образъ жизни, ἀναστροφή.
[2]) = subiicere, submonere.
[3]) = recenseo.
[4]) extraneus patientia = impatiens.
[5]) т. е. язычники, не просвѣщенные свѣтомъ Откровенія.
[6]) = putare, consere.
[7]) = adsignant.
[8]) = prae se ferunt.

Cap. 2. Nobis exercendae patientiae auctoritatem non affectatio humana caninae aequanimitatis stupore [1]) formata, sed vivae ac caelestis disciplinae divina dispositio [2]) delegat, deum ipsum ostendens patientiae exemplum. Iam primum qui florem lucis huius super iustos et iniustos aequaliter spargit, qui temporum officia, elementorum servitia, totius geniturae tributa dignis simul et indignis patitur occurrere, sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium et opera manuum suarum adorantes, nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescentem, ut sua sibi patientia detrahat; plures enim dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tam diu nesciunt.

Cap. 3. Et haec quidem divinae patientiae species, quasi de longinquo, fors [3]) ut de supernis, aestimetur. Quid illa autem, quae inter homines palam in terris quodammodo manu apprehensa est? Nasci se deus in utero patitur matris, et exspectat, natus adolescere sustinet, et adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus [4]) insuper sibi est, et a servo suo tingitur [5]), et tentatoris congressus solis verbis repellit, cum de domino fit magister, docens hominem evadere mortem ad salutem, scilicet veniam offensae patientiae eruditus, non contendit, non reclamavit, nec quisquam in plateis vocem eius audivit, arundinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit [6]). Nec enim mentitus fuerat propheta, imo ipsius dei contestatio, spiritum suum in filio cum tota patientia collocantis. Nullum volentem sibi adhaerere non suscepit, nullius mensam tectumve despexit. Aquam ipse lavandis discipulorum pedibus ministravit. Non peccatores, non publicanos aspernatus est. Non illi saltem [7]) civitati, quae eum recipere noluerat, iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestes ignes repraesentari [8]) voluissent. Ingratos curavit, insidiatoribus cessit. Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotavit. Cum vero traditur, cum adducitur, ut pecus ad victimam [9]), sic enim non magis aperit os, quam agnus sub tondentis potestate. Ille, cui legiones angelorum, si voluisset, uno dicto de caelis affuissent, ne unius quidem discentis [10]) gladium ultorem probavit. Patientia domini in Malcho vulnerata est. Itaque et gladii opera maledixit in posterum, et sanitatis restitutione

---

[1]) въ этихъ словахъ видятъ намекъ на киническую (κόων) секту философовъ.
[2]) = lex.
[3]) = fortasse.
[4]) contumeliosus = obnoxius probris et contumeliis.
[5]) = βαπτίζεται.
[6]) Исаія 42, 2. 3.
[7]) = ne—quidem.
[8]) = ostendi; другіе понимаютъ это въ см. немедленнаго и дѣйствительнаго низведенія небеснаго огня.
[9]) = σφαγή, iugulatio.
[10]) discens = discipulus, употребленіе у позднѣйшихъ нерѣдкое.

ei, quem non ipse vexaverat, satisfecit, per patientiam, misericordiae matrem. Taceo quod figitur; in hoc enim venerat. Numquid tamen subeundae morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientiae discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deridetur, foedis vestitur, foedioribus coronatur. Mira aequanimitatis fides. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime Pharisaei dominum agnoscere debuistis; patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem retractatio fidei est, penes nos vero ratio et structio, satis aperte non sermonibus modo in praecipiendo, sed etiam passionibus in sustinendo, probant, his, quibus credere datum est, patientiam dei esse naturam, effectum et praestantiam ingenitae cuiusdam proprietatis.

Cap. 4. Igitur si probos quosque servos et bonae mentis pro ingenio dominico conversari [1]) videmus (siquidem artificium promerendi obsequium est, obsequii vero disciplina morigera subiectio est), quanto magis nos secundum dominum moratos inveniri oportet, servos scilicet dei vivi, cuius iudicium in suos non in compede aut pileo vertitur [2]), sed in aeternitate aut poenae aut salutis? Cui severitati declinandae vel liberalitati invitandae tanta obsequii diligentia opus est, quanta sunt ipsa, quae aut severitas comminatur aut liberalitas pollicetur. Et tamen nos non de hominibus modo servitute subnixis [3]) vel quolibet alio iure debitoribus obsequii, verum etiam de pecudibus, etiam de bestiis oboedientiam exprimimus [4]), intellegentes usibus nostris eas a domino provisas traditasque. Meliora ergo nobis erunt in obsequii disciplina, quae nobis deus subdit? Agnoscunt denique, quae oboediunt. Nos, cui soli subditi sumus, domino scilicet auscultare dubitamus? At quam iniustum est, quam etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de [5]) aliis consequaris, idem illi, per quem consequeris, de temetipso non rependere! Nec pluribus de obsequii exhibitione debita a nobis domino deo. Satis enim agnitio dei quid sibi incumbat intellegit. Ne tamen ut extraneum [6]) de obsequio videamur interiecisse, ipsum quoque obsequium de patientia trahitur. Numquam impatiens obsequitur, aut patiens quis [7]) non oblectatur. Quam ergo dominus, omnium bonorum et demonstrator et acceptor, deus in semetipso circumtulit, quis de bono eius late retractet [8])? Cui item dubium sit, omne bonum, quia ad deum pertineat,

---

[1]) conversari = versari, se gerere, vivere, ἀναστρέφεσθαι.
[2]) compedes servitutis notae erant, ut pileus libertatis. Rig.
[3]) т. е. servis multo conatu et nisu adlaborantibus.
[4]) exprimimus = exigimus, postulamus.
[5]) = ex.
[6]) sc. sermonem.
[7]) = aliquis.
[8]) = quis de bono eius satis umquam dixerit?

pertinentibus ad deum tota mente sectandum? Per quae in expedito [1]) et quasi in praescriptionis compendio et commendatio et exhortatio de patientia constituta est.

Cap. 5. Verumtamen procedere disputationem de necessariis fidei non est otiosum, quia nec infructuosum. Loquacitas in aedificatione [2]) nulla turpis, si quando [3]) turpis. Itaque si de aliquo bono sermo est, res postulat, quoque boni recensere. Quid enim sectandum sit, magis illuminabis [4]), si quod vitandum sit proinde digesseris [5]). Consideremus igitur de impatientia, an sicut patientia in deo, ita adversaria eius in adversario nostro nata atque comperta sit, ut ex isto appareat, quam principaliter [6]) fidei adversetur. Nam quod ab aemulo [7]) dei conceptum est, utique non est amicum dei rebus. Eadem discordia est rerum, quae et auctorum. Porro quum deus optimus, diabolus e contrario pessimus, ipsa sui diversitate testantur neutrum alteri facere, ut nobis non magis a malo aliquid boni, quam a bono aliquid mali editum videri possit. Igitur natales impatientiae in ipso diabolo deprehendo, iam tunc cum dominum deum universa opera, quae fecisset, imagini suae, id est homini, subiecisse impatienter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisset; nec invidisset homini, si non doluisset. Adeo decepit eum, quia inviderat; inviderat autem, quia doluerat; doluerat, quia patienter utique non tulerat. Quid primum fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens, contemno quaerere, palam cum sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam ab imparientia auspicatam, deinde inter se conspirasse et individuas in uno patris sinu adolevisse. At enim quam primus senserat, per quam delinquere intraverat [8]), de suo experimento quid ad peccandum adiutaret instructus [9]) eandem impingendo [10]) in crimen homini advocavit. Conventa statim illi mulier, non temere dixerim [11]) per colloquium ipsum, eius afflata est spiritu impatienta infecto, usque adeo ut [12]) numquam

[1]) in expedito esse, фраза, заимствованная изъ языка юридическаго: находиться подъ рукой, быть на готовѣ, въ ясности. Точно также оттуда же заимствовано и слѣдующее: in praescriptionis compendio; изъ различныхъ значеній praescribere ближе другихъ сюда подходитъ знач. praefinire, такъ что смыслъ нашего мѣста будетъ: habes compendiose praescriptum praefinitumque quid sentire de patientia debeas.

[2]) срвн. нѣм. Erbauung. Nullă = non.

[3]) = siquidem aliquando. Si у Tertull. часто = siquidem.

[4]) = declarare, clarum reddere.

[5]) = narrare.

[6]) = срвн. Apolog. 6. in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinastis.

[7]) = inimico.

[8]) = coeperat.

[9]) = наученный.

[10]) sc. hominem.

[11]) = я не ошибусь, если скажу.

[12]) эта прибавка объясняетъ лишь слово: impatientia. Смыслъ: Сатана нарочно подѣйствовалъ на Еву, побуждая ее къ impatientia, ибо онъ зналъ, что только этимъ путемъ онъ можетъ склонить ее къ грѣху; сохрани она patientiam, и она никогда бы не прегрѣшила.

omnino peccasset, si divino interdicto patientiam perseverasset [1]). Quid, quod non sustinuit [2]), sola conventa, sed apud Adam nondum maritum, nondum aures sibi debentem [3]), impatiens etiam tacendi est, ac traducem [4]), illum eius, quod a malo [5]) hauserat, facit. Perit igitur et alius homo per impatientiam alterius; perit mox et ipse per impatientiam suam utrobique commissam: et circa dei praemonitionem et circa diaboli circumscriptionem [6]), illam servare, hanc refutare non sustinens. Hinc prima iudicii, unde delicti origo; hinc deus irasci exorsus, unde offendere homo inductus, inde in deo prima patientia, unde indignatio prima; qui tunc maledictione sola contentus ab animadversionis impetu in diabolo temperavit. Aut quod crimen ante istud impatientiae admissum homini imputatur? Innocens erat et deo de proximo amicus et paradisi colonus [7]). At ubi semel succidit [8]) impatientiae, desivit deo sapere [9]), desivit caelestia sustinere posse. Exinde homo terrae datus et ab oculis dei ciectus, facile usurpari ab impatientia coepit in omne quod deum offenderet. Nam statim illa semine diaboli concepta, malitiae fecunditate iram filium procreavit, editum suis artibus erudiit. Quod enim ipsum Adam et Evam morti immerserat, docuit et filium ab homicidio incipere. Frustra istud impatientiae adscripserim, si Cain ille primus homicida et primus fratricida oblationes suas a domino recusatas aequanimiter nec impatienter tulit, si iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. Cum ergo nec occidere potuerit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gessit ad eam referendum, a qua ira suggesta est. Et haec quidem impatientiae tunc infantis quodammodo incunabula. Ceterum quanta mox incrementa? Nec mirum. Nam si prima deliquit, consequens est, ut, quia prima, idcirco et sola sit matrix [10]) in omne delictum, defundens de suo fonte varias criminum venas. De homicidio quidem dictum est. Sed ira editum a primordio, etiam quascumque postea causas sibi invenit, ad impatientiam ut ad originem sui confert [11]). Sive enim quis inimicitiis sive praedae gratia id scelus conficit, prius est, ut aut odii aut avaritiae fiat impatiens. Quicquid compellit, sine impatientia sui non est ut perfici possit. Quis adulterium sine libidinis impatientia subiit? Quod et si pretio in feminis cogitur venditio illa

[1]) perseverare patientiam сказано такъ же, какъ perseverare observantiam. Symm. Epist. 90.

[2]) абсолютно.

[3]) aures debere alicui = auscultare; сл. aures praebere alicui.

[4]) traducem facere aliquem alicuius rei = aliquem ad aliquam rem transducere.

[5]) начало: malus.

[6]) = обманъ. Срвн. circumscribere = fallere, in errorem inducere.

[7]) = incola.

[8]) succidere = succumbere, subiectum esse.

[9]) = placere.

[10]) употребленіе сл. matrix въ переносномъ знач. свойственно Терт.

[11]) confert = refert.

pudicitiae, utique impatientiae contemnendi lucri ordinatur. Haec ut principalia penes dominum delicta. Nam ut compendio dictum sit, omne peccatum impatientiae adscribendum. Malum impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiae, et improbus probitatis, et impius pietatis, et inquietus quietis. Ut malus unusquisque fiat, bonus perseverare non poterit. Talis igitur excetra delictorum cur non dominum offendat improbatorem malorum? An non ipsum quoque Israël per impatientiam semper in deum deliquisse manifestum est? Exinde cum oblitus brachii caelestis, quo Aegyptiis afflictationibus fuerat extractus, de Aaron sibi deos duces postulat, cum in idolum auri sui collationes defundit: tam necessarias enim Moysis cum domino congredientis impatienter exceperat moras. Post mannae escatilem [1]) pluviam, post petrae aquatilem sequelam [2]) desperant de domino, tridui sitim non sustinendo. Nam haec quoque illis impatientia a domino exprobratur. Ac ne singula pervagemur, numquam non per impatientiam delinquendo perierunt. Quomodo autem prophetis manus intulerunt, nisi per impatientiam audiendi? domino autem ipsi, per impatientiam etiam vivendi. Quodsi patientiam inissent, liberarentur.

Cap. 6. Ipsa adeo est, quae fidem et subsequitur et antecedit. Denique Abraham deo credidit et iustitiae deputatus [3]) ab illo est; sed fidem eius patientia probavit, cum filium immolare iussus est ad fidei, non tentationem dixerim, sed typicam contestationem [4]). Ceterum deus quem iustitiae deputasset sciebat. Tam grave praeceptum, quod nec domino perfici placebat, patienter et audivit, et si deus voluisset, implesset. Merito ergo benedictus, quia et fidelis; merito fidelis, quia et patiens. Ita fides patientia illuminata; cum in nationes seminaretur [5]), per semen Abrahae, quod est Christus, et gratiam legi superduceret [6]), ampliandae adimplendaeque legi adiutricem suam patientiam praefecit, quod ea sola ad iustitiae doctrinam retro [7]) defuisset. Nam olim et oculum pro oculo et dentem pro dente repetebant, et malum malo fenerabant; nondum enim patientia in terris, quia nec fides; scilicet interim impatientia occasionibus [8]) legis fruebatur. Facile erat absente domino patientiae et magistro. Qui postquam supervenit [9]) et gratiam fidei patientia composuit, iam nec verbo quidem lacessere nec fatue quidem dicere sine iudicii periculo licet. Prohibita ira, restricti animi, compressa

[1]) escatilis, вновь образованное слово, въ см. edulis, qui edi potest.
[2]) смыслъ: post aquam e petra secutam.
[3]) iustitiae deputatus est; сл. de poen. 3. quae delicto deputanda sunt.
[4]) typica contestatio = прообразъ, какъ подтвержденіе.
[5]) намекъ на притчу о сѣятелѣ.
[6]) какъ нѣчто высшее. Gratia = благодать.
[7]) во временномъ значеніи.
[8]) пользуясь закономъ, какъ случаемъ, поводомъ.
[9]) = venit.

petulantia manus [1]); exemptum linguae venenum, plus lex, quam amisit, invenit, dicente Christo: Diligite inimicos vestros, et maledicentibus benedicite, et orate pro persecutoribus vestris, ut filii sitis patris vestri caelestis [2]). Vides, quem nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali praecepto universa patientiae disciplina succincta est, quando ne digne [3]) quidem malefacere concessum est.

Cap. 7. Iam vero percurrentibus nobis causas impatientiae cetera quoque praecepta suis locis respondebunt. Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni paene in loco [4]) contemnendo seculo [5]) scripturis dominicis commonetur; nec maior ad pecuniae contemptum exhortatio subiacet, quam quod ipse dominus in nullis divitiis invenitur. Semper pauperes iustificat, divites praedamnat. Ita detrimentorum patientiae fastidium opulentiae praeministravit [6]) demonstrans per abiectionem divitiarum laesuras quoque earum computandas non esse. Quod ergo nobis appetere minime opus est, quia nec dominus appetivit, detruncatum vel etiam ademptum non aegre sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem [7]) spiritus domini per apostolum pronuntiavit. Eam non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur; nam et quod nostrum videtur, alienum est; nihil enim nostrum, quoniam dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Itaque si damno affecti impatientes erimus, non de nostro amissum dolentes, affines cupiditatis [8]) deprehendemur. Alienum quaerimus, cum alienum amissum aegre sustinemus. Qui damni impatientia concitatur terrena caelestibus anteponendo, de proximo [9]) in deum peccat. Spiritum enim, quem a domino sumpsit, secularis rei gratia concutit. Libenter igitur terrena amittamus, caelestia tueamur. Totum licet seculum pereat, dum patientiam lucrifaciam [10]). Iam qui minutum sibi aliquid aut furto aut vi aut etiam ignavia non constanter sustinere constituit, nescio an facile vel ex animo [11]) ipse rei suae manum inferre posset in causa eleemosynae. Quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi et communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit? Quomodo amicos de mam-

[1]) gen.
[2]) Matt. 5. 44. diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in caelis est.
[3]) = по заслугамъ.
[4]) sc. scripturae sacrae.
[5]) = ad contemnendum.
[6]) = предпослалъ.
[7]) 1 Тим. 6. 10.
[8]) = avaritiae.
[9]) = ближайшимъ образомъ.
[10]) lucrificare = κερδαίνειν.
[11]) = добровольно.

mona fabricabimus [1]) nobis, si eum in tantum amaverimus, ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hic invenimus, ubi habemus amittere? Gentilium est, omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniarum fortasse animae anteponant. Nam et faciunt, cum lucri cupiditatibus quaestuosa pericula mercimoniorum in mari exercent, cum pecuniae causa etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant, cum denique ludo et castris [2]) sese locant, cum per viam in mores [3]) bestiarum latrocinantur. Nos vero secundum diversitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere, seu sponte in largiendo seu patienter in amittendo.

Cap. 8. Ipsam animam ipsumque corpus in seculo isto expositum omnium ad iniuriam gerimus eiusque iniuriae patientiam subimus: minorum deliberatione [4]) laedemur? Absit a servo Christi tale inquinamentum [5]), ut patientia maioribus tentationibus [6]) praeparata, in frivolis excidat. Si manu quis tentaverit provocare, praesto est dominica monela [7]): verberanti te, inquit, in faciem etiam alteram genam obverte [8]). Fatigetur improbitas patientia tua. Quivis ictus ille sit dolore et contumelia constrictus, gravius a domino vapulat. Plus improbum illum caedis sustinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia sustines. Si linguae amaritudo maledicto sive convitio eruperit, respice dictum: Cum vos maledixerint, gaudete [9]). Dominus ipse maledictus in lege est, et tamen solus est benedictus [10]). Igitur dominum servi consequamur et maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus. Si parum aequanimiter audiam dictum aliquod in me protervum aut nequam, reddam et ipse amaritudinis vicem necesse est, aut cruciabor impatientia muta. Cum ergo percussero maledictus, quomodo secutus inveniar doctrinam domini, qua traditum est, non vasculorum inquinamentis, sed eorum, quae ex ore promuntur, hominem communicari [11])? Item: manere nos omnis vani et supervacui dicti reatum [12]) Sequitur ergo, ut, a quo nos dominus arcet, idem ab alio aequanimiter pati admoneat. Hic iam de patientiae voluptate. Nam omnis iniuria, seu lingua seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur [13]), quo telum aliquod

[1]) = facere, acquirere.
[2]) ludo sc. gladiatorio—здѣсь указывается на добровольное поступленіе въ труппу гладіаторовъ, по найму. Castris же указываетъ на поступленіе по найму въ военную службу.
[3]) = in morem, more.
[4]) deliberatione = liberatione.
[5]) = μολυσμός, inquinatio.
[6]) dativ.
[7]) = monitum, monitio.
[8]) Матѳ. 5. 39.
[9]) Матѳ. 5. 12.
[10]) Второз. 21. 23.
[11]) communicare = profanare, polluere, κοινοῦν. сл. Матѳ. 15. 11.
[12]) Матѳ. 12, 36.
[13]) dispungi = deleri.

in petra constantissimae duritiae libratum et obtusum. Concidet enim ibidem irrita opera et infructuosa, et nonnunquam repercussum in eum, qui emisit, reciproco impetu saeviet. Nempe idcirco quis te laedit, ut doleas, quia fructus laedentis in dolore laesi est. Ergo cum fructum eius everteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui. Tunc tu non modo illaesus abis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper adversarii tui et frustratione oblectatus et dolore defensus. Haec est patientiae utilitas et voluptas.

Cap. 9. Ne illa quidem impatientiae species excusatur in amissione nostrorum, ubi aliqua doloris patrocinatur affectio. Proponendus est enim respectus [1]) denuntiationis [2]) apostoli, qui ait: Ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes, quae spe carent [3]). Et merito. Credentes enim resurrectionem Christi. nostram quoque credimus, propter quos ille et obiit et resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis, vacat et impatientia doloris. Cur ergo doleas, si periisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reversurum? Profectio est, quam putas mortem. Non est lugendus qui antecedit, sed plane desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderate feras abiisse, quem mox subsequeris? Ceterum impatientia in huiusmodi [4]) et spei nostrae male ominatur et fidem praevaricatur [5]). Et Christum laedimus cum evocatos quosque ab illo quasi miserandos non aequanimiter accipimus. Cupio, inquit apostolus, recipi iam et esse cum domino [6]). Quanto melius ostendit votum? Christianorum ergo votum si alios consecutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus.

Cap. 10. Est et alius summus impatientiae stimulus, ultionis libido, negotium curans aut gloriae aut malitiae. Sed et gloria utique vana et malitia numquam non domino odiosa; hoc quidem loco maxime, cum alterius malitia provocata, superiorem se in exsequenda ultione constituit, et remunerans nequam duplicat quod semel factum est. Ultio penes errorem [7]) solatium videtur doloris, penes veritatem certe redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter provocantem et provocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior. Tamen uterque laesi hominis [8]) domino reus est, qui omne nequam et prohibet et damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est; nec locus secernit, quod similitudo coniungit.

[1]) proponere respectum = взять на видъ, обратить вниманіе.
[2]) = пареченіе.
[3]) 1 Сол. 4. 12. ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent.
[4]) = in rebus huiusmodi.
[5]) praevaricari = transgredi, παραβαίνειν.
[6]) Филип. 1. 23. desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.
[7]) penes errorem = penes ethnicos, какъ ниже: penes veritatem = penes Christum.
[8]) Gen. зависитъ отъ reus; ниже qui относится къ dominus.

Государственная
БИБЛІОТЕКА

Absolute itaque praecipitur malum malo non rependendum. Par factum par habet meritum. Quomodo id observabimus, si fastiditi ante in fastidio ultionis non erimus? Quem autem honorem litabimus domino deo, si nobis arbitrium defensionis arrogaverimus? Nos utres, vasa fictilia, servulis nostris assumentibus sibi de conservis ultionem graviter offendimur; eosque qui nobis patientiam obtulerint suam, ut memores humilitatis, servitutis, ius dominici honoris diligentes, non probamus modo, sed ampliorem, quam ipsi sibi praesumpsissent, satisfactionem facimus. Id nobis in domino tam iusto ad aestimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, si non et ultorem? Hoc se nobis repromittit, dicens [1]: Vindictam mihi, et ego vindicabo, id est, patientiam mihi, et ego patientiam remunerabo. Cum enim dicit [2]: Nolite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit non defendendi [3])? Quis idcirco iudicat, ut ignoscat? Ac si ignoscet, tamen iudicantis impatientiam cavit [4]), et honorem unici iudicis, id est dei, abstulit. Quantos vero casus huiusmodi impatientia incursare consuevit? Quotiens poenituit defensionem? Quotiens instantia eius deterior facta est causis suis [5])? Quoniam nihil impatientia susceptum sine impetu transigi novit, nihil impetu actum, aut non offendit aut corruit aut praeceps abiit. Iam si levius defendaris, insanies, si uberius, oneraberis. Quid mihi cum ultione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris? Quodsi patientiae incubabo, non dolebo, si non dolebo, ulcisci non desiderabo.

Cap. 11. Post has principales impatientiae materias, ut potuimus, regestas [6]), quid inter ceteras evagemur, quae domi, quae foris? Lata atque diffusa est operatio mali [7]), multiplicia spiritus incitamenta iaculantis, et modo parvula, modo maxima. Sed parvula de sua mediocritate contemnas, maximis pro sua exsuperantia cedas. Ubi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatientiae. At ubi maior iniuria, ibi necessarior iniuriae medela, patientia. Certemus igitur quae a malo infliguntur sustinere, ut hostis studium aemulatio nostrae aequanimitatis eludat. Si vero quaedam ipsi in nos aut imprudentia aut sponte etiam superducimus [8]), aeque patienter obeamus, quae nobis imputamus. Quodsi a domino nonnulla credimus incuti, cui ma-

[1]) Второз. 32. 35. Mea est ultio et ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum.
[2]) Matth. 7. 1. Nolite iudicare, ut non iudicemini.
[3]) defendere = ulcisci; срвн. ниже defensio.
[4]) = adhibuit impatientiam iudicantis. Cavere impatinetiam = cavere per impatientiam, prospicere sibi ultionem per impatientiam iniuriae.
[5]) т. е. institit acrius et asperius aequo. Non suberat causa tam saevae tamque atrocis aut pertinacis instantiae. Rig.
[6]) = привести.
[7]) отъ malus = diabolus.
[8]) срвн. гл. 6.

gis patientiam quam domino praebeamus? Quin insuper gratulari et gaudere nos docet dignatione divinae castigationis. Ego, inquit, quos diligo, castigo [1]). O servum illum beatum, cuius emendationi dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit! Undique igitur adstricti sumus officio patientiae administrandae. Quaqua ex parte aut erroribus nostris aut mali insidiis aut admonitionibus domini intervenit usus [2]), eius officii magna merces, felicitas scilicet. Quos enim felices dominus, nisi patientes nuncupavit, dicendo: Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum caelorum [3]). Nullus profecto spiritu pauper, nisi humilis. Quis enim humilis, nisi patiens? quia nemo subiicere sese potest, sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, flentes atque lugentes [4]). Quis talia sine patientia tolerat? Itaque talibus et advocatio [5]) et risus promittitur. Beati mites. Hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino censeri [6]). Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat et filios dei nuncupat, numquid impatientes pacis affines? Stultus hoc senserit. Cum vero, gaudete et exsultate, dicit, quotiens vos maledicent et persequentur, merces enim vestra plurima in caelo [7]); id utique non exsultationis impatientiae pollicetur, quia nemo in adversis exsultabit, nisi ante ea contempserit. Nemo contemnet, nisi patientiam gesserit.

Cap. 12. Quod pacis gratissimae deo attinet disciplinam, quis omnino impatientiae natus [8]) vel semel [9]) ignoscet fratri suo, non dicam septies, sed septuagies? quis iudicium cum adversario suo dirigens [10]), negotium convenientia [11]) solvet, nisi prius animi dolorem, duritiam, amaritudinem, venena scilicet impatientiae, amputarit? Quomodo remittes et remittetur tibi, si tenax iniuriae per absentiam patientiae fueris? Nemo convulsus animum [12]) in fratrem suum, munus apud altare perficiet, nisi prius reconciliando fratri reversus ad patientiam fuerit. Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis una die sine patientia manere. At enim cum omnem speciem salutaris disciplinae gubernet, quid mirum, quod etiam poenitentiae ministrat, solitae lapsis subvenire; cum disiuncto matrimonio, ex ea tamen causa, qua licet seu viro seu feminae ad viduitatis perseverantiam sustineri, haec exspec-

[1]) Притч. 3. 12. Quem enim diligit Dominus, corripit.
[2]) = utilitas.
[3]) Matth. 5. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
[4]) Matth. 5. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
[5]) advocatio = consolatio, παράκλησις.
[6]) = appellari.
[7]) Matth. 5. 12. Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint... quoniam merces vestra copiosa est in caelis.
[8]) = filius.
[9]) vel semel противопол. omnino.
[10]) iudicium dirigere = in iudicio disceptare.
[11]) = conventione.
[12]) convulsus animum = iratus.

tat, haec exoptat, haec exorat poenitentiam quandoque inituris salutem? Quantum boni utrique confert, alterum non adulterum facit, alterum emendat [1]). Sic et illis dominicarum similitudinum exemplis de patientia sanctis [2]) adest. Erroneam ovem patientia pastoris requirit et invenit. Nam impatientia unam facile contemneret; sed laborem inquisitionis patientia suscipit, et umeris insuper advehit baiulus patiens paccatricem derelictam. Illum quoque prodigum filium patientia patris et recipit et vestit et pascit et apud impatientiam irati fratris excusat. Salvus est igitur qui perierat, quia poenitentiam iniit. Poenitentia non perit, quia patientiam invenit. Nam dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius nisi patientiae disciplinis eruditur? Dilectio, inquit, magnanimis [3]) est: ita patientiam sumit. Benefica est: malum patientia non facit. Non aemulatur: id quidem patientiae proprium est. Nec protervum sapit: modestiam de patientia traxit; non inflatur, non proterit: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit, si offert sua, dum alteri prosit; nec incitatur. Ceterum quid impatientiae reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat, utique quia patiens. Merito ergo numquam excidet; nam cetera evacuabuntur, consummabuntur. Exhauriuntur linguae, scientiae, prophetiae: permanent fides, spes, dilectio: fides quam Christi patientia induxit, spes, quam hominis patientia exspectat, dilectio, quam deo magistro patientia comitatur [4]).

Cap. 13. Usque huc de patientia tandem simplici et uniformi et tantum in animo constituta, quum eadem etiam in corpore demerendo [5]) domino multipliciter allaboret, utpote quae ab ipso domino in corporis quoque virtute edita est, siquidem rector animus facile communicat spiritus invecta cum habitaculo suo [6]). Quae igitur negotiatio patientiae in corpore? Inprimis afflictatio carnis, hostia domino placatoria per humiliationis sacrificium, quum sordes cum angustia victus domino libat, contenta simplici pabulo puro-

[1]) Loqui videtur de Christianis seu viris seu feminis, qui se ethnicis in matrimonio coniungunt. Hic aliqando contingebat, ut uxor Christiana marito ethnico tandem continentiam persuaderet, quam amplexus ille servabat, mulier vero poenitentiam agebat, atque prius factum expiabat apud ecclesiam, iuxta ritum eius temporis; atque hoc est quod sequitur. Quantum boni utrique confert patientia, alterum adulterum non facit, alterum emendat. Rhen.

[2]) отъ sancire.

[3]) = magnanima.

[4]) 1 Коринѳ. 13. 4—7. Caritas patiens est, benigna est; caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum... 8. Caritas numquam excidit, sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur... 13. nunc autem manent fides, spes, caritas.

[5]) deservire.

[6]) rector animus есть душа, правящая тѣломъ; spiritus—жизненное начало, его одушевляющее; invecta spiritus (сл. invecta illata въ языкѣ юридическомъ, въ см. домашняго скарба) суть орудія этого жизненнаго начала, тѣлесные органы.

que aquae potu, quum ieiunia coniungit [1]), quum cineri et sacco inolescit [2]). Haec patientia corporis precationes commendat, deprecationes [3]) affirmat; haec aures Christi dei aperit, severitatem dispergit, clementiam elicit. Sic ille rex Babylonius [4]), offenso domino, quum squalore et paedore septenni ab humana forma exulasset [5]), immolata [6]) patientia corporis sui et regnum recupaverit et, quod optabilius homini est, satis deo fecit. Iam si altiores et feliciores gradus corporalis patientiae digeramus, eadem sanctitati quoque procurat continentiam carnis... Quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia in persecutionibus denique proeliatur. Si fuga urgeat, adversus incommoda fugae caro militat. Si et carcer premat, caro in vinculis, caro in ligno [7]), caro in solo et in illa paupertate lucis et in illa penuria mundi [8]). Quum vero producitur ad experimentum felicitatis, ad occasionem secundae intinctionis[9]), ad ipsum divinae sedis ascensum, nulla plus illic [10]) quam patientia corporis. Si spiritus promptus, sed caro sine patientia infirma [11]), ubi salus spiritus et carnis ipsius? At quum hoc dominus de carne dicit, infirmam pronuntians, quid ei firmandae opus sit, ostendit, patientia scilicet adversus omnem subvertendae fidei vel puniendae paraturam [12]), ut verbera, ut ignem, ut crucem, bestias, gladium constantissime toleret, quae prophetae, quae apostoli sustinendo vicerunt.

Cap. 14. His patientiae viribus secatur Esaias et de domino non tacet, lapidatur Stephanus et veniam hostibus suis postulat. O felicissimum illum quoque, qui omnem patientiae speciem adversus omnem diaboli vim expunxit [13]), quem non abacti greges, non illae in pecore divitiae, non filii uno ruinae impetu adempti, non ipsius denique corporis in ulcere cruciatus a patientia et fide domino debita exclusit, quem diabolus totis viribus frustra cecidit! Neque enim a respectu dei tot doloribus avocatus ille est, sed constitit nobis in exemplum et testimonium, tam spiritu quam carne, tam animo quam

[1]) про непрерывность.

[2]) сл. Apolog. 40. omnibus vitiis et criminibus inolevit. O saccus ibid. in sacco et cinere volutantes.

[3]) deprecatio есть усиленное precatio.

[4]) Навуходоносоръ. Даніилъ 4, 25 и сл.

[5]) = былъ лишенъ.

[6]) подобно жертвѣ.

[7]) in ligno, потому что заключенныхъ въ темницу заковывали нерѣдко въ деревянныя колодки (ligneae compedes). Слѣдующее solum лучше понимать въ смыслѣ solitudo, одиночное заключеніе (arca).

[8]) penuria mundi = omnium rerum egestas.

[9]) = βάπτισμα; мученіе нерѣдко зовется вторымъ, кровавымъ крещеніемъ. Оно же есть experimentum felicitatis потому, что представляетъ какъ бы образчикъ, предвкушеніе блаженства.

[10]) sc. est, operatur.

[11]) Матѳ. 26, 41.

[12]) paratura = apparatus.

[13]) expungere = удовлетворить. Смыслъ: Іовъ противопоставилъ всѣ виды терпѣнія всѣмъ проявленіямъ силы діавола.

corpore, patientiae perpetrandae, ut neque damnis secularium [1]), nec amissionibus carissimorum, nec corporis quidem conflictationibus succidamus. Quale in illo viro feretrum [2]) deus diabolo exstruxit? Quale vexillum de inimico gloriae suae extulit, quum ille homo ad omnem acervum nuntiorum. nihil ex ore promeret, nisi deo gratias; quum uxorem iam malis delassatam et ad prava remedia suadentem exsecraretur? Quid? ridebat deus; quid? dissecabatur malus, quum Iob immundam ulceris sui redundantiam magna aequanimitate destringeret, quum erumpentes bestiolas inde in eosdem specus [3]) et pastus deformatae carnis ludendo revocaret. Itaque operarius ille victoriae dei, retusis omnibus iaculis tentationum, lorica clypeoque patientiae et integritatem mox corporis a deo recuperavit, et quae amiserat conduplicata possedit. Et si filios [4]) quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die [5]) reddi sibi. Tantum gaudii, securus sic de domino, distulit; sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret.

Cap. 15. Adeo satis idoneus patientiae sequester [6]) deus. Si iniuriam deposueris penes eum, ultor est; si damnum, restitutor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est. Quantum patientiae licet, ut deum habeat debitorem! Nec immerito. Omnia enim placita eius tuetur, omnibus mandatis eius intervenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuvat, humilitatem instruit, poenitentiam exspectat, exomologesin [7]) assignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit [8]), valentem non consumit [9]), fidelem delectat, gentilem invitat, servum domino, dominum deo commendat, feminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in iuvene, suspicitur in sene; in omni sexu, in omni aetate formosa est. Age iam sis et effigiem habitumque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla moeroris aut irae rugositate contracta; remissa aeque in laetum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate deiectis; os taciturnitatis honore signatum; color, qualis securis et innoxiis; motus frequens capitis in diabolum et minax risus; ceterum amictus circum pectora candidus, et corpori

[1]) secularia—имущество, οὐσία.
[2]) feretrum = tropaeum, ибо на такихъ носилкахъ несли въ тріумфѣ доспѣхи, снятые со враговъ, и добычу у него взятую.
[3]) specus, ибо все тѣло Іова было выѣдено язвами.
[4]) Тертулліанъ разумѣетъ здѣсь тѣхъ же самыхъ сыновей, которые погибли.
[5]) ille dies—день общаго воскресенія.
[6]) Изъ слѣдующаго deposueris видно, что sequester понимается здѣсь въ смыслѣ того, которому ввѣряется или залогъ или какая нибудь спорная вещь на храненіе. Сл. de ressur. carn. 51. Iesus sequester dei atque hominum appellatus, ex utriusque partis deposito commisso sibi...
[7]) exomologesis = ἐξομολόγησις, признаніе; adsignare—скрѣплять.
[8]) non extendit = sustentat.
[9]) non consumit = veris eius non exhaurit.

impressus, ut qui nec inflatur nec inquietatur [1]). Sedet enim in throno spiritus eius mitissimi et mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est tenerae serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Helias [2]). Nam ubi deus, ibidem et alumna eius, patientia scilicet. Cum ergo spiritus dei descendit, individua patientia comitatur eum. Si non eam cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper? imo nescio an diutius perseveret. Sine sua comite ac ministra, omni loco ac tempore angatur necesse est. Quodcumque inimicus eius inflixerit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi.

Cap. 16. Haec patientiae ratio, haec disciplina, haec opera caelestis et verae, scilicet Christianae: non ut illa patientia gentium terrae, falsa, probrosa. Nam ut in isto quoque domino diabolus aemularetur, quasi plane ex pari (nisi quod ipsa diversitas mali et boni aequaliter magnitudinis par est) docuit et suos patientiam propriam: illam dico, quae maritos dote venales aut lenociniis negotiantes uxorum potestatibus subiicit; quae aucupandis orbitatibus [3]) omnem coacti obsequii laborem mentitis affectionibus tolerat; quae ventris operarios [4]) contumeliosis patrociniis, subiectione libertatis gulae, addicit. Talia nationes patientiae studia noverunt, et tanti boni nomen foedis operationibus occupant; patientes rivalium et divitum et invitatorum, impatientes solius dei vivunt. Sed viderit sua et sui praesidis patientia, quam subter ignis exspectat. Ceterum nos amemus patientiam dei, patientiam Christi; rependamus illi, quam pro nobis ipse dependit; offeramus patientiam spiritus, patientiam carnis, qui resurrectionem carnis et spiritus credimus.

[1]) inquietatur про одежду, которая теряетъ свою правильность.
[2]) 3 Царств. 19.
[3]) то, что Сенека называетъ ars testamentorum captandorum.
[4]) — parasitos.

III.

Св. Кипріанъ.

Thascius Caecilius Cyprianus родомъ, по всей вѣроятности, изъ Карѳагена, былъ сынъ родителей-язычниковъ, бывшихъ богатыми и знатными. Онъ родился въ самомъ началѣ III столѣтія. Получивъ блестящее образованіе, онъ сдѣлался учителемъ риторики, но въ половинѣ своей жизни, познакомившись съ христіанскимъ пресвитеромъ Цециліемъ, перешелъ въ христіанство и сдѣлался однимъ изъ ревностнѣйшихъ его послѣдователей. Прилагая къ жизни повелѣнія Божественнаго Учителя, Кипріанъ роздалъ большую часть имущества нищимъ и постоянно служилъ имъ помощью и подкрѣпленіемъ. За свою добродѣтельную жизнь онъ былъ почтенъ саномъ пресвитера и въ 248 г. избранъ епископомъ, что доказываетъ, что онъ особенно выдавался своими добродѣтелями и способностями. Въ теченіи десяти лѣтъ правилъ святитель своею паствою, принимая живое и дѣятельное участіе во всѣхъ важнѣйшихъ обстоятельствахъ внутренней и внѣшней ея жизни. Въ 250 г. императоромъ Декіемъ было воздвигнуто гоненіе на христіанъ, во время котораго Кипріану угрожала смерть, коей онъ избѣжалъ, укрывшись отъ преслѣдователей, по наставленію откровенія. Возвратившись черезъ годъ къ своей паствѣ, святитель долженъ былъ бороться съ различными затрудненіями, возникавшими въ то время и въ церкви и въ обществѣ. Въ особенности его занималъ вопросъ о принятіи въ лоно церкви т. н. lapsi, т. е. такихъ, которые, подъ вліяніемъ различныхъ обстоятельствъ, отпали отъ христіанства и перешли въ язычество; весьма многіе изъ нихъ, раскаявшись въ своемъ отступничествѣ, хотѣли возвратиться въ лоно церкви такимъ же легкимъ путемъ, какимъ они его оставили. Но Св. Кипріанъ энергично возсталъ противъ этого, требуя отъ lapsi самаго строгаго покаянія. Къ этому предмету относится его сочиненіе de lapsis. Засимъ послѣдовали несогласія въ африканской церкви, и съ римскимъ епископомъ Стефаномъ (по вопросу о крещеніи еретиковъ), а въ 253 г. открылась страшная моровая язва,

опустошавшая римскую имперію, и въ особенности Африку. Кипріанъ явился во время ея ангеломъ-хранителемъ не только для христіанъ, но и для язычниковъ, помогая имъ дѣломъ и ободряя ихъ словомъ. Въ 257 г. началось новое гоненіе, и въ 258 святитель мученическою кончиною завершилъ свою многоплодную дѣятельность.

Въ литературѣ Кипріанъ является непосредственнымъ ученикомъ и послѣдователемъ Тертулліана, до того, что въ нѣкоторыхъ сочиненіяхъ прямо подражаетъ ему, и притомъ весьма близко. Всѣ его сочиненія могутъ быть сгруппированы по тѣмъ же тремъ отдѣламъ, на которые дѣлятся сочиненія Тертулліана. Но, подражая ему, и Кипріанъ является тѣмъ не менѣе своеобразнымъ, какъ въ пріемахъ изложенія, въ разработкѣ темы, такъ и въ языкѣ. Изложеніе носитъ на себѣ слѣды значительной ловкости, высокаго образованія, показываетъ въ авторѣ человѣка съ мягкимъ сердцемъ, не безъ фантазіи, но съ твердымъ характеромъ. Рѣчь Кипріана ясна, плавна, прочувствована. Всѣ эти качества возбуждали удивленіе потомства, высоко цѣнившаго краснорѣчіе Кипріана.

Съ историко-литературной точки зрѣнія важны слѣдующія его сочиненія:

1) «Ad Donatum» или «de gratia Dei», написанное вскорѣ послѣ обращенія автора въ христіанство, съ цѣлью оправдать автора и побудить другихъ послѣдовать ему. Сочинитель рисуетъ и восхваляетъ свое перерожденіе въ крещеніи, внутренній переворотъ, который онъ доселѣ считалъ невозможнымъ, заставившій его, оставивъ стезю порока, вступить на стезю добродѣтели. Все сочиненіе проникнуто искренностью, воодушевленіемъ и теплотою чувства.

2) «de mortalitate», помѣщаемое ниже, написано во время моровой язвы, съ цѣлью утѣшить и ободрить африканскую паству.

3) «ad Demetrianum», написанное по тому же поводу, но въ апологетическомъ духѣ. По поводу язвы, Кипріанъ, обращаясь къ язычникамъ, укорявшимъ христіанъ въ томъ, будто они виною столь ужаснаго бѣдствія, показываетъ, что, наоборотъ, виноваты въ немъ сами язычники, вызвавшіе гнѣвъ Господень, праведно наказующій ихъ крайнюю распущенность. Сочиненіе изложено съ рѣдкимъ мастерствомъ и одушевленіемъ.

Другія сочиненія Кипріана, какъ напр. de opere et eleemosynis, de lapsis, de oratione dominica, testimoniorum adversus Iudaeos libri III, de unitate ecclesiae, de zelo et livore и др., важныя въ патрологическомъ отношеніи (см. преосв. Филарета Ученіе объ отцахъ церкви. Т. I. § 57—61), не подлежатъ нашему разсмотрѣнію.

Наконецъ отъ Кипріана дошелъ сборникъ писемъ, частію къ отдѣльнымъ лицамъ, частію къ цѣлымъ общинамъ, въ которыхъ разрѣшаются различные вопросы, частію догматическіе, частію церковно-практическіе. Эти письма представляютъ весьма важный церковно-историческій источникъ. Два изъ нихъ помѣщаются ниже.

Лучшія изданія твореній Св. Кипріана: N. Rigaltii Paris. 1648. St. Baluzii Paris. 1726. Krabinger Tübing. 1853. 59. и W. Hartel Wien 186 8—1871.3 vol.

Изъ спеціальныхъ монографій слѣдуетъ указать на: H. Dodwell dissertationes Cyprianicae 1684. 4. F. W. Rettberg Th. Caec. Cyprianus dargestellt nach seinem Leben und Wirken. Göttingen 1831 и Blampignon De S. Cypriano et de primaeva Carthaginiensi ecclesia. Paris. 1862.

Нѣкоторыя изъ сочиненій Св. Кипріана переведены на русскій языкъ въ Христіанскомъ Чтеніи и Трудахъ Кіевской Духовной Академіи.

1.

Epistola XXXVII.

Cyprianus Moysi et Maximo presbyteris et ceteris confessoribus fratribus s. [1]).

Cap. 1. Et cunctos vos pariter et singulos repraesentavit [2]) adfectibus nostris, fratres carissimi, Celerinus adveniens, fidei ac virtutis vestrae comes et gloriosis congressibus [3]) Dei miles, universos vos in illo veniente conspeximus, et cum caritatem circa me vestram dulciter ac saepe loqueretur, in eius sermonibus vos audiebamus. Satis ac plurimum gaudeo quando a vobis per tales talia perferuntur: vobiscum illic in carcere quodam modo et nos sumus, divinae dignationis [4]) ornamenta vobiscum sentire nos credimus qui sic vestris cordibus adhaeremus; honori nos vestro caritas vestra individua connectit, separari dilectionem spiritus non sinit, vos illic confessio, me adfectio includit. Et nos quidem vestri diebus ac noctibus memores, et quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus et cum in secessu privatis precibus oramus, coronis [5]) ac laudibus vestris plenam Domini faventiam [6]) postulamus, sed ad reddendam vobis vicem minor est nostra mediocritas: plus vos datis quando nostri in oratione meministis, qui sperantes iam sola caelestia et tantum divina meditantes, ad fastigia celsiora mora ipsa passionis ascenditis longoque temporum ductu glorias vestras non trahitis [1]), sed augetis. Beatum facit prima et una confessio: vos totiens confitemini quotiens rogati ut de carcere recedatis carcerem fide et virtute praeligitis; tot vestrae laudes quot dies, quot mensium curricula tot incrementa meritorum. Semel vincit qui statim patitur, at qui monens semper in poenis congreditur cum dolore nec vincitur, quotidie coronatur.

Cap. 2. Eant nunc magistratus et consules sive proconsules, annuae dignitatis [2]) insignibus et duodecim fascibus glorientur: ecce dignitas caelestis in vobis honoris annui claritate signata est et iam revertentis anni volubilem circulum victricis gloriae diuturnitate transgressa est. Illuminabat mundum sol oriens et luna decurrens; sed vobis idem qui solem fecit et lunam maius in carcere lumen fuit, et in corde ac mentibus vestris Christi claritudo resplendens horribiles ceteris atque funestas paenalis loci tenebras aeterna illa et candida luce radiavit; per vicissitudines mensium transmeavit hibernum [3]): sed vos inclusi tempora hiemis persecutionis hieme pensatis; successit hiemi verna temperies rosis laeta et floribus coronata: sed vobis rosae et flores de paradisi deliciis aderant et caput vestrum serta caelestia coronabant; aestas ecce messium fertilitate fecunda est et area frugibus plena est: sed vos qui gloriam seminastis frugem gloriae metitis atque in Domini area constituti exuri paleas inextinguibili igne perspicitis, ipsi ut tritici grana purgata et frumenta pretiosa iam probati et conditi hospitium carceris horreum computatis [4]). Nec deest de autumno ad munera fungenda temporis gratia spiritalis, vindemia foris premitur et profutura poculis in torcularibus uva calcatur: vos de Domini vinea pingues racemi et iam maturis fructibus botrui [5]) pressurae secularis infestatione calcati torcular nostrum carcere torquente [6]) sentitis, vini vice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes martyrii poculum libenter hauritis; sic apud servos Dei anuus evolvitur, sic spiritalibus meritis et caelestibus praemiis temporum vicissitudo celebratur.

Cap. 3. Beati satis qui ex vobis per haec gloriarum vestigia commeantes iam de seculo recesserunt confectoque itinere virtutis ac fidei ad complexum et osculum Domini Domino ipso gaudente venerunt, sed et vestra non minor gloria, qui adhuc in certamine constituti et comitum glorias secuturi pugnam diu geritis immotaque et inconcussa fide stabiles quotidie spectaculum Deo vestris virtuti-

[1]) Написано это посланіе въ 250 году. Confessores, исповѣдники, назывались христіане, претерпѣвшіе за свое исповѣданіе вѣры Христовой, но не увѣнчавшіе его мученическою кончиною.

[2]) значеніе repraesentare уясняется изъ слѣдующаго ниже: universos vos conspeximus.

[3]) congressus = pugna.

[4]) divina dignatio = gratia divina.

[5]) coronis, т. е. вѣнцамъ вашихъ страданій и мученичества.

[6]) faventia = favor.

[1]) glorias trahere по аналогіи съ bellum trahere, vitam trahere, tempus trahere.

[2]) потому что большинство изъ римскихъ магистратовъ было magistratus annui.

[3]) hibernum sc. tempus = hiems.

[4]) computatis = ducitis, habetis.

[5]) botruus = βότρυς.

[6]) въ torcular и torquente замѣченная игра словъ.

bus exhibetis. Quo longior vestra pugna, hoc corona sublimior: agon unus sed multiplici proeliorum numerositate congestus; famem vincitis et sitim spernitis et squalorem carceris ac receptaculi poenalis horrorem roboris vigore calcatis. Poena illic subigitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur sed optatur, quae scilicet immortalitatis praemio vincitur, ut vitae aeternitate qui vicerit honoretur. Qui nunc in vobis animus, quam sublime quam capax pectus, ubi talia et tanta volvuntur, ubi non nisi Dei praecepta et Christi praemia cogitantur? voluntas est illic tantum Dei, et in carne adhuc licet vobis positis vita iam vivitur non praesentis seculi sed futuri.

Cap. 4. Nunc est, fratres beatissimi, ut memores mei sitis, ut inter magnas atque divinas cogitationes vestras nos quoque animo ac mente volvatis, simque in precibus et orationibus vestris cum vox illa purificatione confessionis illustris et iugi [1]) honoris sui tenore laudabilis ad Dei aures penetrat et aperto sibi caelo de his subacti mundi partibus ad superna transmissa impetrat de Domini bonitate quod postulat. Quid enim petitis de indulgentia Domini quod non impetrare mereamini? qui sic Domini mandata servastis, qui evangelicam disciplinam sincero fidei vigore tenuistis, qui incorrupto honore virtutis cum praeceptis Domini et cum apostolis eius fortiter stantes nutantem multorum fidem martyrii vestri veritate solidastis; vere evangelii testes et vere martyres Christi radicibus eius innixi, super petram robusta mole fundati, disciplinam cum virtute iunxistis, ad timorem Dei ceteros provocastis, martyria vestra exempla fecistis, opto vos fortissimi ac beatissimi fratres, semper bene valere et nostri meminisse.

2.

Epistola LVIII.

Cyprianus plebi Thibari consistenti [2]) s.

Cap. 1. Cogitaveram quidem, fratres dilectissimi, atque in votis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio permitteret, secundum quod frequenter desiderastis, ipse ad vos venire, et quantulacumque mediocritate exhortationis nostrae praesens illic fraternitatem [3]) corroborare; sed quoniam sic rebus urgentibus detinemur ut longe istinc excurrere et diu a plebe cui de divina indulgentia praesumus abesse

[1]) iugi согласовано съ tenore, отъ iugis; сл. uno tenore.
[2]) Consistere = vivere, habitare. Thibari, гор. въ С. Африкѣ, ближайшимъ образомъ неизвѣстный. Посланіе писано въ 252 г.
[3]) fraternitas = fratres.

non detur facultas, has interim pro me ad vos vicarias [1]) litteras misi. Nam cum Domini instruentis dignatione instigemur saepius et admoneamur, ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostrae sollicitudinem perferre debemus; scire enim debetis et pro certo credere ac tenere pressurae [2]) diem super caput esse coepisse et occasum seculi atque antichristi tempus appropinquasse, ut parati omnes ad proelium stemus nec quicquam nisi gloriam vitae aeternae et coronam confessionis dominicae cogitemus, nec putemus talia esse quae veniunt qualia fuerunt illa quae transierunt. Gravior nunc et ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta et virtute robusta parare se debeant milites Christi, considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere ut possint et ipsi propter Christum sanguinem fundere. Hoc est enim velle cum Christo inveniri, id quod Christus et docuit et fecit imitari secundum Iohannem apostolum dicentem: qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulavit et ipse ambulare [3]); item Paulus apostolus exhortatur et docet dicens: sumus filii Dei. Si autem filii et heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur ut et commagnificemur [4]).

Cap. 2. Quae nunc omnia consideranda sunt nobis, ut nemo quicquam de seculo iam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui et vivit in aeternum et vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos; venit enim tempus, fratres dilectissimi, quod iam pridem Dominus noster praenuntiavit et docuit advenire dicens: veniet hora ut omnis qui vos occiderit putet se officium Deo facere, sed hoc facient, quoniam non cognoverunt patrem neque me. Haec autem locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi vobis [5]). Nec quisquam miretur persecutionibus nos assiduis fatigari et pressuris angentibus frequenter urgeri, quando haec futura in novissimis temporibus Dominus ante praedixerit et militiam nostram magisterio et hortamento sui sermonis instruxerit, Petrus quoque apostolus eius docuerit ideo persecutiones fieri ut probemur et ut dilectioni Dei iusto iustorum praecedentium exemplo nos etiam morte et passionibus copulemur. Posuit enim in epistola sua dicens: carissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, nec excidatis tamquam novum vobis contingat sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in revelatione facta claritatis eius gaudentes exsulte-

[1]) vicaris = vices meas apud vos acturas.
[2]) pressura не только угнетеніе, но и гоненіе.
[3]) 1 Іоанн. 2. 6.
[4]) Римл. 8. 16. 17. sumus filii Dei. Si autem filii et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur ut et conglorificemur (συνδοξασθῶμεν).
[5]) Іоанн. 16. 2—4. venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se praestare Deo, et haec facient vobis quia non noverunt patrem neque me. Sed haec locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

tis. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis et virtutis Domini nomen in vobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur [1]). Docuerunt autem nos apostoli ea quae de praeceptis dominicis et caelestibus mandatis ipsi quoque didicerunt Domino ipso scilicet corroborante nos et dicente: nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei, et non recipiat septies tantum in isto tempore, in seculo autem venturo vitam aeternam [2]). Et iterum, beati, inquit, eritis, cum odio vos habuerint homines et separaverint vos et expulerint et maledixerint nomini vestro quasi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die et exsultate: ecce enim merces vestra multa in caelis [3]).

Cap. 3. Gaudere nos et exsultare voluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent caeli. Neque enim sic nomen militiae dedimus [4]) ut pacem tantummodo cogitare et detractare ac recusare militiam debeamus, quando in ipsa militia primus ambulaverit Dominus humilitatis et tolerantiae et passionis magister, ut quod fieri docuit prior faceret et qui pati hortatur prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos, fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium a patre solus accepit et qui venturus est iudicaturus, iam iudicii sui et cognitionis futurae [5]) sententiam protulerit praenuntians et contestans confessurum se coram patre suo confitentes et negaturum negantes. Si mortem possemus evadere, merito mori timeremus; porro autem cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de divina promissione et dignatione venientem et fungamur exitum mortis cum praemio immortalitatis nec vereamur occidi, quos constet quando occidimur coronari.

Cap. 4. Nec quisquam, fratres dilectissimi, cum populum nostrum fugari conspexerit metu persecutionis et spargi conturbetur, quod collectam fraternitatem [6]) non videat nec tractantes [7]) episcopos audiat. Simul tunc omnes esse non possunt, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. Ubicumque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit a grege interim ac necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moveatur ad fugae illius horrorem nec recedens et latens deserti loci solitudine terreatur: solus non est cui Christus in fuga comes est, solus non est qui templum Dei servans ubicumque fuerit sine Deo non est, et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera invaserit, fames aut sitis aut frigus adflixerit, vel per maria praecipiti navigatione properantem tempestas ac procella submerserit, spectat militem suum Christus ubicumque pugnantem et persecutionis causa pro nominis sui honore morienti praemium reddit quod daturum se in resurrectione promisit. Nec minor est martyrii gloria non publice et inter multos perisse, cum pereundi causa sit propter Christum perire: sufficit ad testimonium martyrii sui testis ille qui probat martyras et coronat.

Cap. 5. Imitemur, fratres dilectissimi, Abel iustum qui initiavit [1]) martyria dum propter iustitiam primus occiditur; imitemur Abraham Dei amicum qui non est cunctatus ut filium victimam suis manibus offerret, dum Deo fide devotionis obsequitur; imitemur tres pueros Ananian Azarian Misaëlem, qui nec aetate territi [2]) nec captivitate fracti Iudaea devicta et Hierosolymis captis in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, qui adorare statuam quam Nabuchodonosor rex fecerat iussi et minis regis et flammis fortiores exstiterunt, proclamantes et fidem suam per haec verba testantes: Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos servimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis liberabit nos: et si non, notum si tibi quia diis tuis non servimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus [3]). Credebant se illi secundum fidem posse evadere, sed addiderunt et si non, ut sciret rex illos propter Deum quem colebant et mori posse. Hoc est enim robur virtutis et fidei credere et scire quod Deus a morte praesenti liberare possit, et tamen mortem non timere nec cedere, ut probari fortius fides possit. Erupit per os eorum spiritus sancti incorruptus et invictus vigor, ut appareat vera esse quae in evangelio suo Dominus edixit [4]) dicens: cum autem vos apprehenderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed

[1]) 1 Петр. 4. 12—14. Carissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vos contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris gloriae et virtutis Dei, et qui est eius Spiritus, super vos requiescit.

[2]) Лук. 18. 29. 30. Nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat multo plura in hoc tempore et in seculo venturo vitam aeternam.

[3]) Лук. 6. 22. 23. Beati eritis cum vos oderint homines et cum separaverint vos et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die et exsultate: ecce enim merces vestra multa est in caelo.

[4]) nomen militiae dare техническое выражение про поступление въ военную службу.

[5]) cognitio futura = summum iudicium.

[6]) fraternitas = fratres.

[7]) tractare = sermone docere сл. ep. 55. ego prius legeram et episcopo tractante cognoveram.

[1]) initiare = initium facere сл. ep. 73. qui resurrectionem carnis per semet ipsum primus initiaverit.

[2]) aetas въ прегнантномъ знач. aetas puerilis, въ которомъ человѣкъ не обладаетъ еще достаточнымъ мужествомъ.

[3]) Дан. 3. 16—18. dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis et de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non columus et statuam auream quam erexisti non adoramus.

[4]) edicere = pronuntiare.

spiritus patris vestri qui loquitur in vobis [1]). Dixit quid loqui et respondere possimus dari nobis in illa hora divinitus et offerri, nec nos tunc esse qui loquimur, sed spiritum Dei patris: qui cum a confitentibus non discedit neque dividitur, ipse in nobis et loquitur et coronatur. Sic et Daniel cum compelleretur adorare idolum Bel quem tunc populus et rex colebat in asserendum Dei sui honorem plena fide et libertate prorupit dicens: nihil colo ego nisi Dominum Deum meum qui condidit caelum et terram [2]).

Cap. 6. Quid in Machabaeis beatorum martyrum gravia tormenta et multiformes septem fratrum poenae et confortans liberos suos mater in poenis et moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnae virtutis et fidei documenta testantur et nos ad martyrii triumphum suis passionibus adhortantur? quid prophetae quos ad praescientiam futurorum spiritus sanctus animavit? quid apostoli quos Dominus elegit? nonne cum iusti occiduntur propter iustitiam mori nos quoque docuerunt? Christi nativitas a martyriis infantium statim coepit, ut ob nomen eius a bimatu et infra qui fuerant necarentur; aetas necdum [3]) habilis ad pugnam idonea exstitit ad coronam; ut appareret innocentes esse qui propter Christum necantur; infantia [4]) innocens ob nomen eius occisa est; ostensum est neminem esse a periculo persecutionis immunem, quando et tales martyria fecerunt. Quam vero gravis causa sit hominis Christiani servum [5]) pati nolle, cum passus sit prior Dominus, et pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatum suum proprium non habens passus sit ille pro nobis? filius Dei passus est ut nos filios Dei faceret, et filius hominis pati non vult ut esse Dei filius perseveret. Si odio seculi laboramus, odium seculi sustinuit prior Christus: si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, graviora expertus est mundi factor et dominus, qui et admonet dicens: si seculum, inquit, vos odit, mementote quoniam me primo odiit; si de seculo essetis, seculum quod suum esset amaret: sed quia de seculo non estis et ego elegi vos de seculo, propterea odit vos seculum. Mementote sermonis quem dixi vobis: non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur [6]). Dominus et Deus noster quicquid docuit et fe-

[1]) Матѳ. 10. 19. 20. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

[2]) Дан. 14. 4. non colo idola manufacta sed viventem Deum qui creavit caelum et terram.

[3]) necdum = nondum.

[4]) infantia = infantes.

[5]) servus объясняется какъ противоположность къ Dominus. Сл. ниже текстъ изъ св. Іоанна.

[6]) Іоан. 15. 18—20. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit; si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos persequentur.

cit [1]), ut discipulus excusatus esse non possit qui discit et non facit.

Cap. 7. Neque aliquis ex vobis, fratres dilectissimi, futurae persecutionis metu aut antichristi imminentis adventu sic terreatur ut non evangelicis exhortationibus et praeceptis ac monitis caelestibus ad omnia inveniatur armatus [2]): venit antichristus, sed supervenit Christus, grassatur et saevit inimicus, sed statim sequitur Dominus passiones nostras et vulnera vindicaturus; irascitur adversarius et minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare; ille metuendus est cuius iram nemo poterit evadere ipso praemonente et dicente: ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, magis autem metuite eum qui potest et corpus et animam occidere in gehennam [3]), et iterum: qui amat animam suam, perdet illam, et qui odit animam suam in isto seculo, in vitam aeternam conservabit illam [4]); et apocalypsis instruit et praemonet dicens: si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de vino irae Dei mixto in poculo irae eius, et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in secula seculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorat bestiam et imaginem eius [5]).

Cap. 8. Ad agonem secularem exercentur homines et parantur et magnam gloriam computant [6]) honoris sui, si illis spectante populo et imperatore praesente contigerit coronari. Ecce agon sublimis et magnus et coronae caelestis praemio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus et super eos quos filios facere dignatus est oculos suos pandens certaminis nostri spectaculo perfruatur. Proeliantes nos et fidei congressione pugnantes spectat Deus, spectant angeli eius, spectat et Christus. Quanta est gloriae dignitas, quanta felicitas praeside Deo congredi [7]) et Christo iudice coronari! armemur, fratres dilectissimi, viribus totis et paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute devota: ad aciem quae nobis indicitur Dei castra

[1]) т. е. quid docuit id fecit.

[2]) armatus ad omnia въ томъ же смыслѣ, какъ de hab. 23. ad omnem tolerantiam fortis.

[3]) Матѳ. 10. 28. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.

[4]) Іоан. 12. 25. Qui amat animam suam perdet eam et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam.

[5]) Апокал. 14. 9—11. Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius et acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de vino irae Dei quod mixtum est mero in calice irae ipsius et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum et ante conspectum agni, et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum; nec habent requiem die ac nocte qui adoraverunt bestiam et imaginem eius.

[6]) computant = putant, habent.

[7]) congredi про сходящихся и начинающихъ бороться атлетовъ.

procedant, armentur integri, ne perdat integer quod nuper stetit, armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amisit; integros honor, lapsos dolor ad proelium provocet; armari et parari nos beatus apostolus docet dicens: non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, adversus spiritus nequitiae in caelestibus. Propter quod induite tota arma, ut possitis resistere in die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis stetis accincti lumbos vestros in veritate, induti loricam iustitiae et calceati pedes in praeparatione pacis evangelii, assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere et galeam salutis et gladium spiritus, qui est sermo Dei [1]).

Cap. 9. Haec arma sumamus, his nos tutamentis spiritalibus et caelestibus muniamus, ut in die nequissimo [2]) resistere diaboli minis et repugnare possimus; induamus loricam iustitiae, ut contra inimici iacula munitum sit pectus et tutum; calceati sint evangelico magisterio et armati pedes, ut cum serpens calcari a nobis et obteri coeperit, mordere et supplantare non possit; portemus fortiter scutum fidei, quo protegente quicquid iaculatur inimicus possit extingui [3]); accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam spiritalem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia [4]), muniantur oculi, ne videant detestanda simulacra, muniatur frons, ut signum Dei incolume servetur, muniatur os, ut Dominum suum Christum victrix lingua fateatur; armemus et dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut eucharistiae memor quae Domini corpus accipit ipsum complectatur, postmodum Domini sumptura praemium caelestium coronarum.

Cap. 10. O dies ille qualis et quantus adveniet, fratres dilectissimi, cum coeperit populum suum Dominus recensere et divinae cognitionis [5]) examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes et persecutores nostros flammae poenalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei et devotionis exsolvere. Quae erit gloria et quanta laetitia admitti ut Deum videas, honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias. Abraham et Isaac et Iacob et patriarchas omnes et

[1]) Ефес. 6. 12—17. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induti loricam iustitiae et calceati pedes in praeparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere et galeam salutis assumite et gladium spiritus, quod est verbum Dei.

[2]) dies nequissimus потому что и самъ діаволъ зовется nequam spiritus.

[3]) extingui, потому что стрѣлы діавола представляются огненными.

[4]) ср. ep. 55. qui Cornelium adversus edicta feralia resistentem... gladio invaderent.

[5]) divina cognitio = summum iudicium.

apostolos et prophetas et martyras salutare, cum iustis et Dei amicis in regno caelorum datae immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Maiora enim nos accipere quam quod hic aut operamur aut patimur apostolus praedicat dicens: non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram claritatem quae revelabitur in nobis [1]). Cum revelatio illa venerit, cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus et laeti dignatione Domini honorati, quam rei remanebunt et miseri qui Dei desertores aut contra Deum rebelles voluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inextinguibili igne torqueri.

Cap. 11. Haec, fratres dilectissimi, haereant cordibus vestris, haec sit armorum nostrorum praeparatio, haec diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere et cogitatione semper ac sensibus volvere iniquorum supplicia et praemia ac merita iustorum, quid negantibus Dominus comminetur ad poenam, quid contra confitentibus promittat ad gloriam. Si haec cogitantibus ac meditantibus nobis supervenerit persecutionis dies, miles Christi praeceptis eius et monitis eruditus non expavescit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

3.

De mortalitate [2]).

Cap. 1. Etsi apud plurimos vestrum, fratres dilectissimi, mens solida est et fides firma et anima devota quae ad praesentis mortalitatis copiam non movetur, sed tamquam petra fortis et stabilis turbidos impetus mundi et violentos seculi fluctus frangit potius ipsa nec frangitur, et tentationibus non vincitur sed probatur, tamen quia animadverto in plebe quosdam vel imbecillitate animi vel fidei parvitate vel dulcedine secularis vitae vel sexus mollitie vel, quod magis est [3]), veritatis errore minus stare fortiter nec pectoris sui divinum atque invictum robur exserere, dissimulanda res non fuit nec tacenda, quominus quantum nostra mediocritas sufficit vigore pleno et sermone de dominica lectione [4]) concepto delicatae mentis ignavia comprimatur et qui homo Dei et Christi esse iam coepit Deo et Christo dignus habeatur.

[1]) Римл. 8. 18. non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis.

[2]) = pestis, lues mortifera.

[3]) = quod maius est.

[4]) lectio dominica s. divina = lectio sacrorum sacra или librorum scriptura.

Cap. 2. Agnoscere enim se debet, fratres dilectissimi, qui Deo militat, qui positus in caelestibus castris divina iam sperat, ut ad procellas et turbines mundi trepidatio nulla sit nobis, nulla turbatio, quando haec ventura praedixerit Dominus providae vocis hortatu instruens et docens et praeparans atque corroborans ecclesiae suae populum ad omnem tolerantiam futurorum: bella et fames et terrae motus et pestilentias per loca singula exsurgere praenuntiavit et cecinit [1]), et ne inopinatus nos et novus rerum infestantium metus quateret, magis ac magis in novissimis temporibus adversa crebrescere ante praemonuit. Fiunt ecce quae dicta sunt, et quando fiunt quae ante praedicta sunt sequentur et quaecumque promissa sunt Domino ipso pollicente et dicente: cum autem videritis haec omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum Dei [2]). Regnum Dei, fratres dilectissimi, esse coepit in proximo: praemium vitae et gaudium salutis aeternae et perpetua laetitia et possessio paradisi nuper amissa mundo transeunte iam veniunt: iam terrenis caelestia et magna parvis et caducis aeterna succedunt. Quis hic anxietatis et sollicitudinis locus est? quis inter haec trepidus et maestus est nisi cui spes et fides deest? eius est enim mortem timere qui ad Christum nolit ire, eius est ad Christum nolle ire qui se non credat cum Christo incipere regnare.

Cap. 3. Scriptum est: iustum fide vivere [3]). Si iustus es et fide vivis, si vere in Deum credis, cur non cum Christo futurus et de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris amplecteris et quod diabolo careas gratularis? Simeon denique ille iustus qui vere iustus fuit, qui fide plena Dei praecepta servavit, cum ei divinitus responsum fuisset quod non ante moreretur quam Christum vidisset et Christus infans in templum cum matre venisset, agnovit in spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante praedictum: quo viso scivit se cito esse moriturum; laetus itaque de morte iam proxima et de vicina arcessitione [4]) securus accepit in manus puerum et benedicens Deum exclamavit et dixit: nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutarem tuum [5]), probans scilicet atque contestans tunc esse servis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti sedis et securitatis aeternae porrum petivimus, quando expuncta hac morte [6]) ad immortalitatem

[1]) canere = praedicere.
[2]) Лук. 21. 31. Ita et vos cum videritis haec fieri scitote quoniam prope est regnum Dei.
[3]) Римл. 1. 17.
[4]) arcessitio sc. ad dominum = mors.
[5]) Лук. 2. 29. Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace quia viderunt oculi mei salutare tuum.
[6]) expungere mortem = exsolvere, consummare. Сл. de bono pat. 11. donec morte expuncta de isto seculo recedamus.

venimus: illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis et firma et perpetua securitas.

Cap. 4. Ceterum quid aliud in mundo quam pugna adversus diabolum quotidie geritur, quam adversus iacula eius et tela conflictationibus assiduis dimicatur? cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitiis, cum illecebris sucularibus assidua et molesta luctatio. Obsessa mens hominis et undique diaboli infestatione vallata vix occurrit singulis, vix resistit: si avaritia prostrata est, exsurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscidit; cogeris maledicere quod divina lex prohibet, compelleris iurare [1]) quod non licet.

Cap. 5. Tot persecutiones quotidie animus patitur, tot periculis pectus urgetur: et delectat hic inter diaboli gladios diu stare? cum magis concupiscendum sit et optandum ad Christum subveniente velocius morte properare ipso instruente nos et dicente: amen, amen dico vobis quoniam vos plorabitis et plangetis, seculum autem gaudebit: vos tristes eritis, sed tristitia vestra in laetitiam veniet [2]). Quis non tristitia carere optet, quis non ad laetitiam venire festinet? quando autem in laetitiam veniat nostra tristitia Dominus denuo ipse declarat dicens: iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo auferet a vobis [3]). Cum ergo Christum videre gaudere sit nec possit esse gaudium nostrum nisi quis viderit Christum, quae caecitas animi quaeve dementia est amare pressuras et poenas et lacrimas mundi et non festinare potius ad gaudium quod numquam possit auferri.

Cap. 6. Hoc autem fit, fratres dilectissimi, quia fides deest, quia nemo credit esse vera quae promittit Deus qui verax est, cuius sermo credentibus aeternus et firmus est. Si tibi vir gravis et laudabilis aliquid polliceretur, haberes pollicenti fidem nec te falli aut decipi ab eo crederes quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires. Deus tecum loquitur, et tu mente incredula perfidus [4]) fluctuaris? Deus de hoc mundo recedenti immortalitatem atque aeternitatem pollicetur, et dubitas? hoc est Deum omnino non nosse, hoc est Christum credendi magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

Cap. 7. Quantum prosit exire de seculo Christus ipse salutis atque utilitatis nostrae magister ostendit: qui quum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos

[1]) sc. per genium Caesaris.
[2]) Ioan. 16. 20. amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
[3]) Ioan. 16. 22. iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.
[4]) perfidus — маловѣрный.

dicens: si me dilexissetis, gauderetis quoniam vado ad patrem [1]), docens et ostendens, cum cari quos diligimus de seculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum; cuius rei memor beatus apostolus Paulus in epistola sua ponit et dicit: mihi vivere Christus est et mori lucrum [2]), lucrum maximum computans iam seculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis et vitiis carnis obnoxium fieri, exemptum pressuris angentibus et venenatis diaboli faucibus liberatum ad laetitiam salutis aeternae Christo vocante proficisci.

Cap. 8. At enim quosdam movet quod aequaliter cum gentilibus nostros morbi istius valetudo [3]) corripiat: quasi ad hoc [4]) crediderit christianus, ut immunis a contactu malorum mundo et seculo feliciter perfruatur et non hic omnia adversa perpessus ad futuram laetitiam reservetur. Movet quosdam quod sit nobis cum ceteris mortalitas [5]) ista communis. Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, quamdiu adhuc secundum legem primae nativitatis manet caro ista communis? quoadusque istic in mundo sumus, cum genere humano carnis aequalitate coniungimur, spiritu separamur. Itaque donec corruptivum istud induat incorruptionem, et mortale hoc accipiat immortalitatem, et spiritus nos perducat ad Deum patrem, quaecumque sunt carnis incommoda sunt nobis cum humano genere communia; sic cum fetu sterili terra ieiuna est, neminem fames separat: sic cum irruptione hostili civitas aliqua possessa est, omnes simul captivitas vastat, et quando imbrem nubila serena suspendunt [6]), omnibus siccitas una est, et cum navem scopulosa saxa confringunt, navigantibus naufragium sine exceptione commune est, et oculorum dolor et impetus febrium et omnium valetudo membrorum cum ceteris communis est nobis, quamdiu portatur in seculo caro ista communis.

Cap. 9. Quin imo si qua conditione, qua lege crediderit christianus noscat et teneat, sciet plus sibi quam ceteris in seculo laborandum, cui magis sit cum diaboli impugnatione luctandum; docet et praemonet scriptura divina dicens: fili, accedens ad servitutem Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad tentationem [7]), et iterum: in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum [8]).

Cap. 10. Sic Iob post rerum damna, post pignerum [9]) funera vulneribus quoque et vermibus graviter afflictus non victus est sed

[1]) Ioan. 14. 28. si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem.
[2]) Филип. 1. 21. Mihi enin vivere Christus est et mori lucrum.
[3]) valetudo morbi = pestilentia.
[4]) ad hoc = propter hoc.
[5]) = pestis.
[6]) сл. ad. Demetr. 2. quodque imbres et pluvias serena longa suspendant nobis imputari.
[7]) Cup. 2. 1.
[8]) Cup. 2. 4. 5.
[9]) pignera = liberi.

probatus, qui in ipsis conflictationibus et doloribus suis patientiam religiosae mentis ostendens ait: nudus exivi de matris utero, nudus etiam ibo sub terram. Dominus dedit et Dominus abstulit: sicut Domino visum est, ita factum est; sit nomen Domini benedictum [1]); et cum eum uxor quoque compelleret, ut vi doloris impatiens aliquid adversus Deum querula et invidiosa voce loqueretur, respondit et dixit: tamquam una ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona excepimus de manu Domini, mala non tolerabimus? in his omnibus quae contigerunt ei nihil peccavit Iob labiis suis in conspectu Domini [2]). Itaque illi Dominus Deus perhibet testimonium dicens: animadvertisti puerum meum Iob? non enim est similis illi quisquam in terris, homo sine querela, verus Dei cultor [3]). Et Tobias post misericordiae suae multa et gloriosa praeconia caecitatem luminum passus timens et benedicens in adversis Deum per ipsam corporis sui cladem crevit ad laudem, quem et ipsum uxor sua depravare tentavit dicens: ubi sunt iustitiae tuae? ecce quae pateris [4]). At ille circa timorem Dei stabilis et firmus et ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus tentationi uxoris invalidae in dolore non cessit, sed magis Deum patientia maiore promeruit, quem postmodum Raphaël angelus collaudat et dicit: opera Dei revelare et confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu et Sarra ego obtuli memoriam orationis vestrae in conspectu claritatis Dei: et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exsurgere et derelinquere prandium tuum et abisti et condidisti mortuum, et missus sum tentare te; et iterum me misit Deus curare te et Sarram nurum tuam: ego enim sum Raphaël, unus ex septem angelis sanctis qui adsistimus et conversamur ante claritatem Dei [5]).

Cap. 11. Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, hanc apostoli disciplinam de Domini lege [6]) tenuerunt non mussitare in adversis sed quaecumque in seculo accidunt fortiter et patienter excipere, cum Iudaeorum populus hinc semper offenderit, quod adversus Deum fre-

[1]) Iов. 1. 21. Nudus egressus sum de utero matris meae et nudus revertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum.
[2]) Iов. 2. 10. Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei mala quare non suscipiamus? In omnibus his non peccavit Iob labiis suis.
[3]) Iов. 1. 8. Numquid considerasti servum Iob? quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus ac timens Deum.
[4]) Тов. 2. 22. Manifeste vana facta est spes tua et eleemosynae tuae modo apparuerunt.
[5]) Тов. 12. 11. Manifesto ergo vobis veritatem et non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos et derelinquebas prandium tuum et mortuos abscondebas per diem in domo tua et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino; et quia acceptus eras Deo necesse fuit ut tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus ut curarem te et Sarram uxorem filii tui a daemonio liberarem. Ego sum Raphaël angelus unus ex septem qui adstamus ante Dominum.
[6]) de lege = secundum legem.

quentius murmuraret, sicut testatur in Numeris Dominus Deus dicens: desinat murmuratio eorum a me, et non morientur [1]). Murmurandum non est in adversis, fratres dilectissimi, sed patienter et fortiter quicquid acciderit sustinendum, cum scriptum sit: sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despicit [2]); in Deuteronomio quoque monet per Moysen Spiritus sanctus et dicit: Dominus Deus tuus vexabit te et famem iniiciet tibi, et cognoscetur in corde tuo si bene custodieris praecepta eius sive non [3]), et iterum: tentat Dominus Deus vester vos ut sciat si diligitis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro et ex tota anima vestra [4]).

Cap. 12. Sic Abraham Deo placuit, quia ut placeret Deo nec amittere filium timuit nec gerere [5]) parricidium recusavit. Qui filium non potes lege et sorte mortalitatis amittere, quid faceres, si filium iubereris occidere? ad omnia te paratum facere timor Dei et fides debet: sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis [6]) assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus [7]) caris funebris et tristis avulsio: non sint tibi offendicula ista sed proelia, nec debilitent aut frangant christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum praesentium fiducia futurorum bonorum. Nisi praecesserit pugna, non potest esse victoria, cum fuerit in pugnae congressione victoria, tunc datur vincentibus et corona. Gubernator in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur; delicata [8]) iactatio est, cum periculum non est: cum est conflictatio in adversis, probatio est veritatis. Arbor quae alta radice fundata est ventis incumbentibus non movetur et navis quae forti compage solidata est pulsatur fluctibus nec foratur [9]), et quando area fruges terit, ventos grana fortia et robusta contemnunt, inanes paleae flatu portante rapiuntur.

Cap. 13. Sic et apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis et corporis multa et gravia tormenta non vexari sed emendari se dicit adversis, ut dum gravius adfligitur verius probaretur: datus est mihi, inquit, stimulus carnis meae, angelus satanae qui me colaphizet ut non extollar, propter quod ter Dominum rogavi ut

[1]) Числ. 17. 10. quiescant querelae eorum a me, ne moriantur.
[2]) Псал. 50. 19. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humilatum Deus non despiciet.
[3]) Второз. 8. 2. et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum ut affligeret te atque tentaret et nota fierent quae in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius an non.
[4]) Второз. 13. 3. tentat Dominus Deus vester ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde et in tota anima vestra.
[5]) gerere = admittere, perpetrare.
[6]) vexatio de morbis = vexatio morborum.
[7]) excedere = mori.
[8]) delicata = debilis, facilis.
[9]) foratur = perforatur.

discederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur [1]). Quando ergo infirmitas et imbecillitas et vastitas [2]) aliqua grassatur, tunc virtus nostra perficitur, tunc fides si tentata perstiterit coronatur, sicut scriptum est: vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis [3]). Hoc denique inter nos et ceteros interest qui Deum nesciunt, quod illi in adversis queruntur et murmurant, nos adversa non avocant a virtutis et fidei veritate, sed comprobant in dolore.

Cap. 14. Hoc quod nunc corporis vires solutus in fluxum [4]) venter eviscerat, quod in faucium vulnera conceptus medullitus ignis exaestuat, quod assiduo vomitu intestina quatiuntur, quod oculi vi sanguinis inardescunt, quod quorundam vel pedes vel aliquae membrorum partes contagio morbidae putredinis amputantur, quod per iacturas et damna corporum prorumpente languore vel debilitatur incessus vel auditus obstruitur vel caecatur aspectus, ad documentum proficit fidei. Contra tot impetus vastitatis et mortis inconcussis animi virtutibus congredi quanta pectoris magnitudo est, quanta sublimitas in ruinis humani generis stare rectum nec cum eis quibus spes in Deum nulla est iacere prostratum et gratulari magis et temporis munus amplecti, quod dum nostram fidem firmiter promimus et labore tolerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus, praemium viae eius et fidei ipso iudicante capiamus. Mori plane timeat, sed qui ex aqua et spiritu non renatus gehennae ignibus mancipatur; mori timeat qui non Christi cruce et passione censetur [5]); mori timeat qui ad secundam mortem de hac morte transibit; mori timeat quem de seculo recedentem perennibus poenis aeterna flamma torquebit; mori timeat cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus eius et gemitus interim differatur.

Cap. 15. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc est multi ex nostris de seculo liberantur: mortalitas ista Iudaeis et gentibus et Christi hostibus pestis est, Dei servis salutaris excessus est. Hoc quod sine ullo discrimine generis humani cum iniustis moriuntur et iusti, non est quod putetis malis et bonis interitum esse communem: ad refrigerium [6]) iusti vocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti, datur velocius tutela fidentibus, parfidis [7]) poena. Improvidi et ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad beneficia divina nec

[1]) 2 Кор. 12. 7. datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.
[2]) vastitas = devastatio, pestis.
[3]) Сир. 27. 5.
[4]) fluxus = mollities.
[5]) censetur = censum vel aestimationem habet.
[6]) refrigerium, какъ мѣсто пребыванія праведниковъ, въ противоположность геенны. Сл. Ер. 59. qui de Lazaro in sinu Abraham posito atque in refrigerio constituto implorat auxilium (сл. Дѣян. 3. 19).
[7]) perfidi--невѣрующіе.

quid nobis conferatur agnoscimus. Excedunt [1]) ecce in pace tutae cum gloria sua virgines venientis antichristi minas et corruptelas et lupanaria non timentes; pueri periculum lubricae aetatis evadunt, ad continentiae atque innocentiae praemium feliciter veniunt; tormenta iam non timet delicata matrona metum persecutionis et manus cruciatusque carnificis moriendi celeritate lucrata [2]); pavore mortalitatis et temporis accenduntur trepidi, constringuntur remissi, excitantur ignavi, desertores compelluntur ut redeant, gentiles coguntur ut credant, vetus fidelium populus [3]) ad quietem vocatur, ad aciem recens et copiosus exercitus robore fortiore colligitur pugnaturus sine metu mortis, cum proelium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit.

Cap. 16. Quid deinde illud, fratres dilectissimi, quale est, quam pertinens, quam necessarium [4]), quod pestis ista et lues quae horribilis et feralis videtur explorat iustitiam singulorum et mentes humani generis examinat, an infirmis serviant sani, an propinqui cognatos pie diligant, an misereantur servorum languentium domini, an deprecantes aegros non deserant medici, an feroces violentiam suam comprimant, an rapaces avaritiae furentis insatiabilem semper ardorem vel metu mortis extinguant, an cervicem flectant superbi, an audaciam leniant improbi, an pereuntibus caris vel sic aliquid divites largiantur et donent sine herede morituri. Ut nihil aliud mortalitas ista contulerit, hoc christianis et Dei servis plurimum praestitit quod martyrium coepimus libenter appetere, dum mortem discimus non timere. Exercitia sunt nobis ista, non funera: dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis praeparant ad coronam.

Cap. 17. Sed fortasse aliquis opponat et dicat: hoc me ergo in praesenti mortalitate contristat quod qui paratus ad confessionem fueram et ad tolerantiam passionis toto me corde et plena virtute devoveram martyrio meo privor, dum morte praevenior. Primo in loco non est in tua potestate sed in Dei dignatione [5]) martyrium, nec potes te dicere perdidisse quod nescis an merearis accipere; tunc deinde Deus scrutator est renis et cordis et occultorum contemplator et cognitor, videt et collaudat te et comprobat et qui perspicit apud te paratam fuisse virtutem reddit pro virtute mercedem. Numquid Cain cum Deo munus offerret iam peremerat fratrem? et tamen parricidium mente conceptum Deus providus ante damnavit; ut illic cogitatio mala et perniciosa conceptio [6]) Deo providente prospecta est, ita et in Dei servis, apud quos confessio cogitatur et martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur; aliud est martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium. Qualem te invenit Dominus cum vocat talem pariter et iudicat, quando ipse testetur et dicat: et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis [1]). Nec enim sanguinem Deus nostrum sed fidem quaerit, nam nec Abraham nec Isaac nec Iacob occisi sunt, sed tamen fidei ac iustitiae meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt: ad quorum convivium congregatur quisque [2]) fidelis et iustus et laudabilis invenitur.

Cap. 18. Meminisse debemus voluntatem nos non nostram sed Dei facere debere secundum quod nos Dominus quotidie iussit orare. Quam praeposterum est quamque perversum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos et arcessit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus! obnitimur et reluctamur et pervicacium more servorum ad conspectum Domini cum tristitia et maerore perducimur exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: et volumus ab eo praemiis caelestibus honorari ad quem venimus inviti. Quid ergo oramus et petimus ut adveniat regnum caelorum, si captivitas terrena delectat? quid precibus frequenter iteratis rogamus et poscimus ut adceleret dies regni, si maiora desideria et vota potiora sunt servire istic diabolo quam regnare cum Christo?

Cap. 19. Denique ut manifestius divinae providentiae indicia clarescerent quod Dominus praescius futurorum suis consulat ad veram salutem, cum quidam de collegis et consacerdotibus nostris infirmitate defessus et de appropinquante morte sollicitus commeatum [3]) sibi precaretur, adstitit deprecanti et iam paene morienti iuvenis honore et maiestate venerabilis, statu celsus et clarus aspectu et quem adsistentem sibi vix possit humanus aspectus oculis carnalibus intueri nisi quod talem videre iam poterat de seculo recessurus. Atque ille non sine quadam animi et vocis indignatione infremuit et dixit: pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? increpantis vox et monentis, qui [4]) de persecutione sollicitus, de arcessitione [5]) securus non consentit ad praesens desiderium sed consulit in futurum. Audivit frater noster et collega moriturus quod ceteris diceret, nam qui moriturus audivit, ad hoc audivit ut diceret: audivit non sibi ille sed nobis, nam quid disceret iam recessurus? didi-

[1]) excedunt = moriuntur.
[2]) lucrari = non pati; сл. ad Fortunatum c. 11. lucrari brevia vitae tormenta.
[3]) = qui fidem a prima iuventute receperunt.
[4]) И въ другихъ мѣстахъ встрѣчается соединеніе pertinenter et necessarie.
[5]) dignatio = gratia.
[6]) conceptio объясняется изъ слѣдующаго ниже: mente concipitur.

[1]) Апок. 2. 23. et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutans renes et corda.
[2]) quisque = quicunque.
[3]) commeatus = prorogatio, mora. Commeatus facultas est imperatoris, qua licet militi a castris ad certum tempus abesse. Ita hic pro facultate accipitur, ut a congressione et proelio mortis abesse liceat ad aliquod tempus. (Latinius Bibl. sacr. p. 179).
[4]) monentis qui = monentis eum qui. Monere здѣсь не «увѣщевать», а «грозить».
[5]) arcessitio = mors, какъ призваніе кого либо Богомъ къ себѣ. Сл. ниже arcessitio dominica.

cit imo remanentibus, ut dum sacerdotem qui commeatum petebat increpitum esse comperimus, quid cunctis expediat nosceremus.

Cap. 20. Nobis quoque ipsis minimis et extremis quotiens revelatum est, quam frequenter atque manifeste de Dei dignatione praeceptum est, ut contestarer assidue, ut publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos arcessitione dominica de seculo liberatos, cum sciamus non amitti sed praemitti, recedentes praecedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent, desiderari eos debere, non plangi nec accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint, occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos vivere apud Deum dicimus ut extinctos et perditos lugeamus et fidem quam sermone et voce depromimus cordis et pectoris testimonio non probemus. Spei nostrae et fidei praevaricatores sumus, si simulata, si ficta, si fucata videntur esse quae dicimus: nihil prodest verbis praeferre virtutem et factis destruere veritatem.

Cap. 21. Improbat denique apostolus Paulus et obiurgat et culpat, si qui contristentur excessu suorum: nolumus, inquit, ignorare vos, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut et ceteri qui non habent spem. Si enim credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo [1]). Eos contristari dicit in excessu suorum qui spem non habent, qui autem spe vivimus et in Deum credimus et Christum passum esse pro nobis et resurrexisse confidimus in Christo manentes et per ipsum atque in ipso resurgentes quid aut ipsi recedere istinc de seculo nolumus aut nostros recedentes quasi perditos lugemus et dolemus? ipso Christo Domino et Deo nostro monente et dicente: ego sum resurrectio: qui credit in me, licet moriatur, vivet et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum [2]). Si in Christo credimus, fidem verbis et promissi eius habeamus: ut non morituri in aeternum ad Christum, cum quo et victuri et regnaturi semper sumus, laeta securitate veniamus.

Cap. 22. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire: non est exitus iste sed transitus et temporali itinere decurso ad aeterna transgressus. Quis non ad meliora festinet? quis non mutari et reformari ad Christi speciem et ad caelestis gratiae dignitatem citius exoptet? Paulo apostolo praedicante: nostra autem conversatio, inquit, in caelis est, unde et Dominum exspectamus Iesum Christum qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum

[1]) 1 Солун. 4. 13. Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

[2]) Іоан. 11. 25. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum.

corpori claritatis suae [1]). Tales nos futuros et Christus Dominus pollicetur, quando ut cum illo simus et cum illo in aeternis sedibus atque in regnis caelestibus gaudeamus patrem pro nobis precatur dicens: pater, quos mihi dedisti volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum et videant claritatem quam mihi dedisti priusquam mundus fieret [2]). Venturus ad Christi sedem, ad regnorum caelestium claritatem lugere non debet et plangere sed potius secundum pollicitationem Domini, secundum fidem veri in profectione hac sua et translatione [3]) gaudere.

Cap. 23. Sic denique invenimus et Enoch translatum esse qui Deo placuit, sicut in Genesi testatur et loquitur scriptura divina: et placuit Enoch Deo et non est inventus postmodum, quia Deus illum transtulit [4]). Hoc fuit placuisse in conspectu Dei de hoc contagio seculi meruisse transferri; sed et per Salomonem docet Spiritus sanctus eos qui Deo placeant maturius istinc eximi et citius liberari, ne dum in isto mundo diutius immorantur mundi contactibus polluantur: raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, placita enim erat Deo anima eius: propter hoc properavit educere eum de media iniquitate [5]). Sic et in psalmis ad Deum properat spiritali fide Deo suo anima devota, sicut scriptum est: quam dilectissimae habitationes tuae, Deus virtutum. Desiderat et properat anima mea ad atria Dei [6]).

Cap. 24. Eius est in mundo diu velle remanere quem mundus oblectat, quem seculum blandiens atque decipiens illecebris terrenae voluptatis invitat. Porro cum mundus oderit christianum, quid amas eum qui te odit et non magis sequeris Christum qui te et redemit et diligit? Iohannes in epistola sua clamat et loquitur et ne carnalia desideria sectantes mundum diligamus hortatur: nolite, inquit, diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio seculi quae non est a patre sed ex concupiscentia mundi. Et mundus transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit voluntatem Dei manet in aeternum, quomodo et Deus manet in aeter-

[1]) Филип. 3. 20. Nostra autem conversatio in caelis est, unde etiam salvatorem exspectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae.

[2]) Іоан. 17. 24. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

[3]) translatio sc. in caelum, какъ и ниже: translatum esse.

[4]) Быт. 5. 24. Ambulavitque cum Deo et non apparuit quia tulit eum Deus.

[5]) Прем. 4. 11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius... 14. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

[6]) Псал. 83. 2. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

num [1]). Potius, fratres dilectissimi, mente integra, fide firma, virtute robusta parati ad omnem voluntatem Dei simus, pavore mortis exclusi [2]) immortalitatem quae sequitur cogitemus; hoc nos ostendamus esse quod credimus, ut nec carorum lugeamus excidium et cum arcessitionis propriae dies venerit incunctanter et libenter ad Dominum ipso vocante veniamus.

Cap. 25. Quod cum semper faciendum fuerit Dei servis, nunc fieri multo magis debet corruente iam mundo et malorum infestantium turbinibus obsesso, ut qui cernimus coepisse iam gravia et scimus imminere graviora lucrum maximum computemus, si istinc velociter recedamus. Si in habitaculo tuo parietes vetustate nutarent, tecta desuper tremerent, domus iam fatigata, iam lassa aedificiis senectute labentibus ruinam proximam minaretur, nonne omni celeritate migrares? si navigante te turbida er procellosa tempestas fluctibus violentius excitatis praenuntiaret futura naufragia, nonne portum velocius peteres? mundus ecce nutat et labitur et ruinam sui non iam senectute rerum sed fine testatur: et tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis quod exitu maturiore subtractus ruinis et naufragiis et plagis imminentibus exuaris [3])?

Cap. 26. Considerandum est, fratres dilectissimi, et identidem cogitandum renuntiasse [4]) nos mundo et tamquam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem qui adsignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos et laqueis secularibus exsolutos paradiso restituit et regno. Quis non peregre constitutus properet in patriam regredi? quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optet, ut velociter caros liceat amplecti? patriam nos nostram paradisum computamus, parentes patriarchas habere iam coepimus: quid non properamus et currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? magnus illud nos carorum numerus exspectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum venire quanta et illis et nobis in commune laetitia est, qualis illic caelestium regnorum voluptas sine timore moriendi et cum aeternitate vivendi quam summa et perpetua felicitas! illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis po-

[1]) 1 Ioan. 2. 15—18. Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum et superbia vitae quae non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit et concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei manet in aeternum.

[2]) exclusi = procul remoti.

[3]) exui = eximi, liberari.

[4]) renuntiare = repudiare; cf. renoncer.

pulus ob certaminis et passionis gloriam et victoriam coronatus, triumphantes virgines quae concupiscentiam carnis et corporis continentiae robore subegerunt, remunerati misericordes qui alimentis et largitionibus pauperum iustitiae opera fecerunt, qui dominica praecepta servantes ad caelestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat optemus. Hanc cogitationem nostram Deus videat, hoc propositum mentis et fidei Christus aspiciat daturus eis caritatis suae ampliora praemia quorum circa se fuerint desideria maiora.

IV.

Арнобій.

Обстоятельства жизни этого писателя извѣстны мало; родомъ изъ Африки, онъ былъ преподавателемъ риторики при Діоклетіанѣ, въ Африканскомъ городѣ Сиккѣ. Будучи язычникомъ, онъ полемизировалъ противъ христіанства, но затѣмъ, принявъ послѣднее, сдѣлался однимъ изъ ревностнѣйшихъ его апологетовъ. Апологія Арнобія отличается своеобразностью, показывая, что ея авторъ еще не вполнѣ сложилъ съ себя язычество, что, не имѣя знакомства съ ветхимъ завѣтомъ и лишь весьма поверхностное съ новымъ, онъ принялъ христіанство не въ силу его ученія объ искупленіи, не въ силу его другихъ преимуществъ, но потому, что находилъ язычество съ его нелѣпымъ и безнравственнымъ многобожіемъ несостоятельнымъ, потому, что языческая философія не могла дать ему удовлетворительный отвѣтъ на вопросъ о загробной жизни и безсмертіи души. Христіанство же при его монофеизмѣ и обѣщаніи безсмертія и вѣчнаго блаженства своимъ послѣдователямъ привлекло къ себѣ Арнобія.

Онъ написалъ въ VII книгахъ сочиненіе подъ заглавіемъ: adversus nationes, которое въ двухъ первыхъ книгахъ носитъ апологетическій, а въ остальныхъ полемическій характеръ, при чемъ въ кн. III—V авторъ полемизируетъ противъ языческой миѳологіи, а въ кн. VI и VII противъ языческихъ обрядовъ, идолослуженія и игръ. Положительная сторона Арнобіева сочиненія, т. е. его взглядъ на христіанство, понятія объ основныхъ его догматахъ, не состоятельна: Арнобій не имѣетъ яснаго представленія даже о такихъ существенныхъ догматахъ, какъ напр. догматъ объ искупленіи. Поэтому его полемика съ язычествомъ вращается исключительно въ философской сферѣ, при чемъ и здѣсь авторъ не можетъ достигнуть надлежащей ясности и опредѣленности. Но зато тѣмъ любопытнѣе и важнѣе отрицательная сторона его сочиненія—тѣ подробности изъ языческой миѳологіи и обрядовъ, несостоятельность которыхъ доказываетъ Арнобій. Тутъ онъ является ученымъ археологомъ, съ обширною эрудиціей и тактомъ при выборѣ источниковъ, и, какъ собраніе различныхъ, часто ни у кого другаго не сохранившихся археологическихъ данныхъ, его сочиненіе для насъ весьма важно и любопытно.

Изложеніе Арнобія носитъ сильное вліяніе риторики и не можетъ быть названо образцовымъ; языкъ его теменъ, полонъ провинціализмовъ и архаизмовъ.

Лучшія изданія: Elmenhorst Hannov. 1603, Salmasius Lugd. Bat. 1651, Orelli Lips. 1816, Hildenbrand Halle 1844, Oehler Lips. 1846, Reifferscheid Vindob. 1875.

Обстоятельное изслѣдованіе объ Арнобіѣ Dom le Nourry помѣщено въ V т. латинской патрологіи Миньи. Изъ новыхъ можно указать на: Meyer. De ratione et argumento Apolog. Arn. Havniae 1815.

Adversus nationes lib. I, c. 13—35.

Cap. 13. Christianorum, inquiunt, causa mala omnia dii inferunt et interitus comparatur ab superis frugibus [1]). Rogo, cum haec dicitis, non calumniare [2]) vos improbe in apertis conspicitis manifestisque mendaciis? Trecenti sunt anni ferme minus vel plus aliquid ex quo coepimus esse Christiani et terrarum in orbe censeri: numquid omnibus his annis continua fuerunt bella, continuae sterilitates, pax nulla in terris, nulla protinus [3]) vilitas aut abundantia rerum fuit? Hoc enim primum efficiendum est ei, qui nos arguit, perpetuas et iuges calamitates fuisse has, numquam omnino respirasse mortalia, et sine ullis, ut dicitur, feriis [4]) multiplicium formas sustinuisse discriminum.

Cap. 14. Atquin videmus mediis his annis mediisque temporibus ex victis hostibus innumerabiles esse victorias reportatas, prolatos imperii fines et in potestatem redactas inauditi nominis nationes: saepenumero maximos annonae fuisse proventus, vilitates atque abundantias rerum tantas, ut commercia stuperent universa pretiorum auctoritate prostrata [5]). Quemadmodum enim res ageret usque

[1]) т. е. superi parant interitum frugibus.
[2]) calumniare = calumniari; improbe = impudentissime.
[3]) protinus = mox, parvo intervallo, въ противоположность къ continuae sterilitates.
[4]) sine ullis feriis, потому что праздники сопровождаются отдохновеніемъ.
[5]) цѣнность (pretium) имѣетъ свой вѣсъ, свое значеніе (auctoritas). Оно уничтожается (prosterni) при дешевизнѣ, которая до того велика, что вся торговля (commercia) въ изумленіи останавливается (stupere).

ad hoc tempus genusque hic duraret mortalium, si non omnia, quae usus sibi posceret, subministraret fertilitas rerum?

Cap. 15. Sed fuerunt aliquando nonnulla in necessitatibus tempora: et [1]) relaxata sunt abundantiis. Rursus contra voluntatem quaedam bella administrata: et victoriis postmodum successibusque correcta. Quid ergo, dicemus iniuriarum nostrarum deos modo memores esse, modo esse rursus immemores? Si quo tempore fames est irati esse dicuntur, sequitur ut abundantiae tempore irati et difficiles non sint, atque ita perducitur res eo, ut vicibus ludicris et ponant et repetant iras, et in integrum se semper offensionum recordatione restituant [2]).

Cap. 16. Quamquam istud quod dicitur quale sit explicabili non potest compraehensione cognosci. Si Alamannos [3]), Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent et degerent [4]) in eorum gentibus [5]) Christiani: quemadmodum Romanis tribuere victoriam, cum habitarent et degerent in eorum quoque gentibus Christiani? Si in Asia, Syria idcirco mures et locustas effervescere [6]) prodigialiter voluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Christiani: in Hispania, Gallia cur eodem tempore horum nihil natum est, cum innumeri viverent in his quoque provinciis Christiani? Si apud Getulos, Tingitanos [7]) huius rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt, cum religio similis his quoque in regionibus verteretur? Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri, verum etiam Christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? Aut igitur cuncti nihil laetum habere debuerunt, si malorum causa nos sumus,—nationibus enim sumus in cunctis,— aut cum mixta videatis cum incommodis laeta, desinite nobis adscribere id quod offendit res vestras, cum nihil lactis officiamus et prosperis. Si enim ego ut male sit facio, cur ut bene sit non obsto? Si ut inopia magna sit meum nomen in causa est, cur nihil impedio, ut sit feracitas maxima? Si ut in bellis accipiatur vulnus ego dicor adferre fortunam, cur, duelles [8]) cum pereant, laevum augu-

[1]) et = at.

[2]) integrum se restituant, потому что боги давно разгнѣваны на людей, и смягчаются только ихъ непрестанными молитвами. Хорошо объясняетъ Orelli, говоря: Vult dicere Arnobius, deos esse natura iratos et difficiles, adeo ut, si quando precibus vel sacrificiis fuerint mitigati, mox prima statim offensionum recordatione in integrum se restituant, h. e. ad pristinam innatamque ipsis iracundiae indolem revertantur.

[3]) Подъ Alamanni разумѣется не отдѣльная народность, а все племя Германцевъ вообще.

[4]) habitarent et degerent— Арнобій очень любитъ соединеніе синонимовъ.

[5]) gentes = terrae; сл. 1, 4. gentes desolatae et viduatae suis cultoribus.

[6]) effervescere = augeri.

[7]) Gaetuli, народъ въ С.-З. Африкѣ. Tingitani, часть Мавританіи.

[8]) duelles = hostes; сл. perduellio, duellum = bellum.

rium non sum nec in adversum spes bonas mali ominis obscenitate [1]) traduco?

Cap. 17. Et tamen, o magni cultores atque antistites [2]) numinum, cur ut irasci populis Christianis augustissimos illos adseveratis deos, ita non advertitis, non videtis, adfectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis insanias? Quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri et in alterius doloris crucibus [3]) efferati pectoris alienatione bacchari? Hoc ergo dii magni norunt, perpetiuntur et sentiunt, quod ferae, quod beluae, quod mortiferae continent venenato in dente natrices. Quod levitatis [4]) in homine, quod terreno in animante culpabile est, praestans illa natura et in perpetuae virtutis firmitate consistens scire [5]) adseveratur a vobis. Et quid ergo sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillae emicent flammeae, aestuet anhelum pectus, spumae iactentur ex ore, et ex verbis ardentibus labrorum siccitas inalbescat [6])?

Cap. 18. Quod si verum est istud et est exploratum et cognitum, et fervescere deos ira et huiusmodi motus perturbatione iactari, immortales et perpetui non sunt nec in divinitatis alicuius existimatione ponendi. Ubi enim est ullus, sicut sapientibus videtur [7]), adfectus, ibi esse necesse est passionem: ubi passio sita est, perturbationem consentaneum est consequi: ubi perturbatio est, ibi dolor et aegritudo est: ubi dolor et aegritudo est, imminutioni et corruptioni iam locus est: quae duo si vexant, adest vicinus interitus, mors omnia finiens et cunctis adimens sentientibus vitam.

Cap. 19. Quid? quod isto modo non tantum illos leves ac fervidos, verum, quod ab diis convenit procul esse dimotum [8]), et iniquos inducitis et iniustos et aequitatis vel modicae nullam prorsus obtinere rationem [9]). Quid est enim tam iniustum, quam in aliis irasci et alios laedere; de hominibus conqueri et innoxia dilaceraro [10]) frumenta; Christianum nomen [11]) odisse et dispendiis omnibus suos labefactare cultores [12])?

Cap. 20. At numquid idcirco in vos etiam saeviunt, ut intestinis vulneribus concitati in ultionem consurgatis illorum? Ergo hu-

[1]) obscenitas, obscenus, выраженіе, заимствованное изъ авгурской терминологіи. Obscenum называлось все, что предвѣщало дурное, malum omen. Оттуда же заимствовано и выраженіе laevum augurium = sinistrum, malum, infelix.

[2]) antistites здѣсь просто sacerdotes.

[3]) cruces = cruciatus.

[4]) quod levitatis = eam levitatem quae... est.

[5]) scire, какъ и выше nosse = sentire, experiri.

[6]) смыслъ: губы дѣлаются блѣдными и сухими отъ гнѣвныхъ словъ, слѣд. и отъ самаго гнѣва.

[7]) = стоикамъ. Seneca de ira 2. 2.

[8]) dimotum; сл. VII. 48. ab omni scelerum contagione dimoti.

[9]) ratio = portio, rata pars.

[10]) dilacerare = perdere.

[11]) = Christianos.

[12]) sc. Christi.

mana patrocinia dii quaerunt, et nisi vestra fuerint adsertione protecti, idonei non sunt ipsi, qui propulsare suas valeant contumelias. Quin imo si verum est ardere illos ira, permittite illis potestatem sui, defendant se ipsi, atque in ultionem maiestatis offensae intestinas [1]) exserant experianturque virtutes. Possunt nos, si voluerint, aestu, possunt nocentissimo frigore, possunt auris pestilibus, possunt morborum obscurissimis causis enecare atque ab omni penitus coetu exterminare mortali, aut si malum consilium est adgredi nos vi, emittant aliquod iudicationis signum, per quod esse liquidum cunctis possit, invitissimis nos eis habitare sub caelo.

Cap. 21. Vobis secundas tribuant valetudines, adversas nobis ac pessimas. Opportunis imbribus vestra irrigent rura, pluviarum quicumque sunt rores nostris ab agellulis abigant. Lanitia [2]) curent vestra numerosis fetibus multiplicari, sterilitatem infaustam nostris pecuariis inferant. Ex olivetis vestris atque vinetis plenam faciant autumnitatem [3]) fundi, at ex nostris exprimi unum prohibeant palmitis rorem [4]). Ad extremum et ultimum in vestro ore praecipiant suam fruges retinere naturam, at vero in nostro mel amarum fieri, olearum fluenta [5]) rancescere, et sub ipsius poculi labris in acoris perfidiam [6]) vinum repente mutari.

Cap. 22. Quod cum minime fieri testificentur res ipsae, neque minus ad nos quicquam neque ad vos plurimum [7]) redundare vitalibus ex beneficiis constet, libido quae tanta est inimicos atque hostes deos esse contendere Christianis, quos in rebus tristissimis atque lactis [8]) nihil abs te videas ratione in aliqua discrepare? Si verum vobis permittitis ac sine ullis adsentationibus dici: verba sunt haec, verba sunt, res imo per calumnias creditae, non cognitionis alicuius testimonio comprobatae.

Cap. 23. Ceterum dii veri et qui habere, qui ferre nominis huius auctoritatem condigni sunt, neque irascuntur neque quod alteri noceat insidiosis machinationibus construunt. Etenim revera est impium et sacrilegia cuncta transcendens, sapientem illam credere beatissimamque naturam magnum aliquid putare, si se sibi aliquis adulatoria humilitate summittat [9]): et si fuerit non factum, despectam

[1]) intestinus = proprius.
[2]) lanitia = oves.
[3]) autumnitas = autumni proventus.
[4]) ros въ см. влаги, жидкости, сока (см выше: pluviarum rores); unus ros = una gutta.
[5]) fluentum = fluor.
[6]) in acoris perfidiam = in perfidum acorem; acor зовется perfidus потому, что обманываетъ ожиданія пьющаго.
[7]) plurimum = plus.
[8]) tristissimis atque lactis—соединеніе прилагат. въ различныхъ степеняхъ сравненія, которымъ не придается особаго значенія, обычно у Арнобія. Такъ и здѣсь tristissimis = tristibus.
[9]) se summittere—про лицо, преклоняющееся передъ кѣмъ либо.

se credere et ab summi culminis decidisse fastigio. Puerile, pusillum est et exile, vix et illis conveniens, quos iamdudum experientia doctorum daemonas appellat et heroas non nosse caelestia [1]) et in hac rerum materia crassiore condicionis suae sorte versari [2]).

Cap. 24. Vestra sunt haec, vestra sunt irreligiose opinata et irreligiosius credita. Quin imo, ut verius proloquar, haruspices has fabulas, coniectores [3]), harioli, vates et numquam non vani concinnavere fanatici [4]), qui ne suae artes intereant ac ne stipes exiguas consultoribus excutiant iam raris [5]), si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt [6]), negleguntur dii, clamitant, atque in templis iam raritas summa est. Iacent antiquae derisui [7]) cerimoniae et sacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum superstitionibus occiderunt [8]), et merito humanum genus tot miseriarum angustiis premitur, tot laborum excruciatur aerumnis: et homines, brutum genus et quod situm sub lumine est, caecitate ingenita nequeuntes videre, audent adseverare furiosi quod vos credere non erubescitis sani.

Cap. 25. Ac ne quis nos tamen diffidentia responsionis tranquillitatis existimet deos donare muneribus [9]), innoxias adfingere his mentes atque ab omni perturbatione dimotas, concedamus, sicut libitum vobis est, intendere in nos iras, sanguinem illos sitire nostrum et iamdudum nos cupere mortalium summovere de seculis [10]). Sed si non est molestum, non grave, si communis officii res est, non ex gratia, sed ex vero disceptationis huius disceptare momenta, audire a vobis exposcimus, quaenam sit haec ratio, quae causa, propter quam in nos tantum et dii saeviant superi et asperati homines inardescant. Religiones, inquiunt, impias atque inauditos cultus terrarum in orbe tractatis. Quid, o participes rationis audetis homines proloqui, quid effutire, quid promere temerariae vocis desperatione [11]) tentatis? Deum principem, rerum cunctarum quaecumque sunt dominum, summitatem omnium summorum obtinentem, adorare, obsequio venerabili invocare, in rebus fessis totis ut ita dixerim sensibus amplexari, amare,

[1]) = non usu, experientia cognita habere caelestia.
[2]) crassiore sorte versari—фигура заимствована изъ такихъ выраженій, какъ crassum ingenium, crassa Minerva.
[3]) coniectores—про сноголкователей, ὀνειροκριταί.
[4]) fanatici—жрецы восточныхъ божествъ, культъ которыхъ отличался таинственностью и оргіастическимъ характеромъ.
[5]) = verentes, ne stipes iam exiguae ob consultorum raritatem penitus dispereant.
[6]) т. е. si quando compererunt vos (sc. gentiles) velle rem (sc. suam) venire in invidiam.
[7]) iacent derisui = contemptae sunt atque expositae, obiectae derisui.
[8]) occiderunt—фигура заимствована отъ свѣтилъ небесныхъ.
[9]) смыслъ: ne quis existimet nos donare deos muneribus tranquillitatis.
[10]) secula mortalium = genus mortalium.
[11]) desperatio vocis temeraria = vox temeraria hominis scelerati et de salute sua desperantis.

suspicere exsecrabilis religio est et infausta, impietatis et sacrilegii plena, cerimonias antiquitus institutas novitatis suae superstitione contaminans?

Cap. 26. Hoccine est quaeso audax illud facinus et immane, propter quod maximi caelites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum, propter quod vos ipsi, cum libido incesserit saeva, exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis [1]), exuritis [2]), et ad extremum nos feris et beluarum laniatibus obiectatis? Quisquis istud in nobis damnat aut in aliqua ducit criminatione ponendum, is aut nomine appellandus est hominis, quamvis ille videatur sibi, aut deus esse credendus est, quamvis ipse se esse similem profiteatur in vatibus [3])? Trophonius [4]) nos impios Dodonaeus aut Iuppiter [5]) nominat, et ipse dicetur deus atque in ordine computabitur numinum, qui aut summo servientibus regi [6]) crimen impietatis adfingit, aut sibi torquetur maiestatem eius cultumque praeponi? Delius Apollo [7]) vel Clarius [8]), Didymaeus [9]), Philesius [10]), Pythius [11]) et is habendus divinus est, qui aut summum imperatorem nescit aut ignorat a nobis quotidianis ei precibus supplicari? Qui si pectorum secreta nesciret nec quid in intimis sensibus contineamus agnosceret, summum tamen invocare nos deum et ab eo quod postulamus [12]) orare vel auribus potuit scire vel ipsius vocis sono, qua utimur in precibus, noscitare.

Cap. 27. Nondum est locus, ut explicemus, omnes isti qui nos damnant qui sint vel unde sint, quantum possint vel noverint, cur ad Christi paveant mentionem, discipulos cur eius inimicos habeant et invisos: quod tamen humanum pollicentibus sensum [13]) una pariter definitione figamus [14]): nihil sumus aliud Christiani nisi magistro Christo summi regis ac principis veneratores; nihil, si concideres,

[1]) т. е. flagellis et ungulis.
[2]) sc. vivocomburio.
[3]) quamvis ipse и т. д. Смыслъ тотъ, что языческіе боги въ пророченіяхъ своихъ оракуловъ (vates) выдавали себя за истинное божество.
[4]) Trophonius, Τροφώνιος, прозвище Зевеса хеонническаго, имѣвшаго знаменитый оракулъ близъ Віотійскаго города Ливадіи.
[5]) Iuppiter Dodonaeus, имѣвшій оракулъ въ Эпирскомъ городѣ Додонѣ, одинъ изъ важнѣйшихъ въ Греціи.
[6]) summo regi = Deo vero; сл. ниже summum imperatorem.
[7]) Аполлонъ почитался особенно на о-вѣ Делосѣ, считавшемся мѣстомъ его рожденія.
[8]) Claros, недалеко отъ Малоазійскаго г. Колофона, съ храмомъ и оракуломъ Аполлона.
[9]) Didyma, близъ Милета, съ славнымъ храмомъ Аполлона, управлявшимся семействомъ Вранхидовъ.
[10]) Apollo Philesius (Φιλήσιος) dictus, quod lumen eius exoriens amabile amicissima veneratione consalutamus. Macrob. Sat. 1. 17.
[11]) Apollo Pythius, почитавшійся въ Дельфахъ.
[12]) = optamus.
[13]) humanum pollicentibus sensum = hominibus sensu praeditis.
[14]) figere = constituere tamquam firmum. Metaphora ducta est ab iis quae clavis figuntur.

aliud invenies in ista religione versari. Haec totius summa est actionis, hic propositus terminus divinorum officiorum. hic finis, huic omnes ex more prosternimur, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc iusta et honesta et auditui eius condigna deposcimus, non quo ipse desideret supplices non esse aut amet substerni [1]) tot milium venerationem videre: utilitas haec nostra est et commodi nostri rationem spectans. Nam quia proni ad culpas et ad libidinis varioappetitus vitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur se semper nostris cogitationibus concipi, ut dum illum oramus et mereri eius contendimus munera, accipiamus innocentiae voluntatem et ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus.

Cap. 28. Quid dicitis o sacri, quid divini interpretes iuris? Meliores sunt causae, qui Grundulios adorant Lares [2]), Aios Locutios [3]), Limentinos [4]) quam sumus nos omnes, qui deum colimus rerum patrem, atque ab eo deposcimus rebus fessis languentibusque tutamina? Et illi cati [5]), sapientes, prudentissimi vobis videntur nec reprehensionis ullius, qui Faunos [6]), qui Fatuas [7]) civitatumque genios [8]), qui Pavores [9]) reverentur atque Bellonas. Nos hebetes, stolidi, fatui, obtunsi pronuntiamur et bruti, qui dedimus nos deo, cuius nutu et arbitrio omne quod est constat et in sententiae suae perpetuitate defixum est [10]). Hanccine sententiam promitis, hanc legem constituitis, hanc promulgatis, ut honoribus afficiatur amplissimis quisquis vestros adoraverit servulos: crucem mereatur extremam [11]) quisquis vobis ipsis dominis supplicarit? In civitatibus maximis atque in potentioribus populis sacra publice fiunt scortis meritoriis quondam atque in vulgarem libidinem prostitutis [12]): nullus tumor indignationis in diis est. Templa felibus, scarabeis et buculis sublimibus sunt elata fasti-

[1]) substerni сл. II, 34. si eius nomini maiestatique substernimur.
[2]) Grundulios Lares (отъ grundio = grunnio, хрюкать); это были, по преданію (у грамм. Diomed. p. 379), божества, введенныя Ромуломъ въ честь свиньи, опоросившейся 30-ю поросятами и послужившей Енею знаменіемъ тому, что его странствованія окончены. См. Preller Römische Mythologie Berlin. 1858. p. 496.
[3]) Aius Locutius (отъ aio и loquor); божество, по преданію возвѣстившее Римлянамъ нашествіе Галловъ. Liv. V. 50. Preller p. 55.
[4]) Limentinus (отъ limen), божество дверныхъ пороговъ, по Augustin. Civ. D. IV. 8. Preller p. 589. 603.
[5]) catus, Сабинское слово, обозначающее хитраго, умнаго.
[6]) Fauni (faveo), лѣсныя божества, помогавшія произрастанію растительности и охранявшія насущихся въ лѣсахъ животныхъ. Preller p. 335 сл.
[7]) Fatuae (fari), женское божество, соотвѣтствовавшее мужскому Фавну. Preller p. 338.
[8]) civitatum genios. Какъ отдѣльныя личности имѣли своихъ боговъ покровителей (genii), такъ и общины и цѣлыя государства.
[9]) Pavor, въ противоположность къ Bellona, божество, внушавшее страхъ. Preller p. 612. Bellona, богиня войны. Preller p. 611.
[10]) i. e. immotum, immutabile manet, defixum quasi ac firmatum in perpetua Dei sententia, h. e. in aeterno eius decreto.
[11]) crux зовется extrema потому, что это было supplicium extremum.
[12]) напр. Аккѣ Ларенціѣ, которую преданіе зоветъ lupa.

giis [1]): silent irrisae numinum potestates nec livore afficiuntur ullo, quod sibi comparatas animantium vitium conspiciunt sanctitates. Nobis solis sunt inimici, nobis asperrimi dii hostes, quia patrem veneramur illorum, per quem, si sunt, esse et habere substantiam sui numinis maiestatisque coeperunt; a quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti esse sentiuntur et in rerum numero recognoscuntur, cuius voluntate et arbitrio et interire et solvi nec solvi possunt nec interire [2])? Nam si omnes concedimus unum esse principem solum, quem nulla res alia vetustate temporis antecedat, post illum necesse est cuncta et nata esse et prodita et in sui nominis prosiluisse naturam [3]). Quodsi fixum et ratum est, erit nobis consequens confiteri, et deos esse nativos et a principe rerum fonte ortus sui originem ducere. Qui si sunt nativi et geniti, et interitionibus utique periculisque vicini. At enim esse creduntur immortales, perpetui et nullius umquam participes finis. Ergo istud munus dei patris et donum est, ut infinita meruerint [4]) idem esse per secula, cum sint labiles [5]) solubilesque natura.

Cap. 29. Atque utinam daretur in unius speciem contionis toto orbe contracto oratione hac uti et humani in generis audientia collocari. Ergone impiae religionis sumus apud vos rei, et quod caput rerum et columen venerabilibus adimus obsequiis, ut convitio utamur vestro, infausti [6]) et athei nuncupamur? Et quis magis rectius [7]) horum feret invidiam nominum, quam qui alium prae hoc deum aut novit aut sciscitatur aut credit? Nonne huic omnes debemus hoc ipsum primum, quod sumus, quod esse homines dicimur, quod ab eo vel missae animae vel lapsae [8]) caecitate huius in corporis continemur? Non quod incedimus, quod spiramus et vivimus, ab eo ad nos venit, vique ipsa vivendi efficit nos esse et animali agitatione motari? Nonne ab hoc effluunt causae, per quas nostra fulcitur salus variarum munificentia voluptatum? Mundus iste in quo degitis, cuius est aut quis eius vobis attribuit fructum possessionemque retinere? Quis, ut subiectas res cernere, ut contrectare, ut considerare possetis, publicum istud lumen dedit? Quis, ne fixa pigritiae stupore torpescerent elementa vitalia, solis ignes constituit ad rerum incrementa futuros [9])? Solem deum cum esse credatis, conditorem eius opificem-

[1]) намекъ на культъ Египетскихъ божествъ.
[2]) т. е. cuius arbitrio et interire solvique possunt et ab interitu et solutione conservari.
[3]) in sui nominis prosiluisse naturam = nomen accepisse.
[4]) merere, mereri, de iis qui consequuntur aliquid sive Dei sive principis alicuius vel potentioris gratia.
[5]) labilis = caducus.
[6]) infausti = abominandi, detestandi, tamquam monstrum aliquod et portentum.
[7]) плеоназмъ, обычный у Арнобія.
[8]) lapsae = delapsae, по ученію Пиеагора и Платона.
[9]) esse ad rem = rei mederi, prodesse.

que non quaeritis; luna cum apud vos dea sit, non similiter scire curatis genitor eius et fabricator quis sit?

Cap. 30. Nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere, in cuia [1]) possessione versemini, cuia in re sitis, cuius ista sit quam fatigatis terra, cuius aër iste, quem vitali reciprocatis a spiritu [2]), cuius abutamini [3]) fontibus, cuius liquore, quis ventorum disposuerit flamina, quis undosas excogitaverit nubes, quis seminum frugiferas potestates rationum [4]) proprietate distinxerit? Apollo vobis pluit, Mercurius vobis pluit, Aesculapius, Hercules aut Diana rationem imbrium tempestatumque finxerunt? Et hoc fieri qui [5]) potest, cum in mundo profiteamini eos natos certoque tempore sensum arripuisse vitalem? Si enim temporis antiquitate mundus eos antevenit et, priusquam nati sunt, iam noverat pluvias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi ius habent, neque eis inserere rationibus [6]) se possunt, quas invenerunt hic agi et maiore ab auctore tractari.

Cap. 31. O maxime, o summe rerum invisibilium procreator! O ipse invisus [7]) et nullis umquam comprehense naturis, dignus, dignus es vere, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intellegensque natura et habere et agere numquam desinat gratias, cui tota conveniat vita genu nixo procumbere et continuatis precibus supplicare! Prima enim tu causa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctorum quaecumque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla deliniat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, expers quantitatis, sine situ, motu et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum, qui ut intellegaris, tacendum est, atque ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino muttiendum. Da veniam, rex summe, tuos persequentibus famulos, et quod tuae benignitatis est proprium, fugientibus ignosce tui nominis et religionis cultum! Non est mirum, si ignoraris, maioris est admirationis, si sciaris, nisi forte audet quisquam—hoc enim furiosae restat insaniae—ambigere, dubitare, an sit iste deus, an non sit, explorata fidei veritate, an rumoris cassi opinatione sit creditus. Audimus enim quosdam philosophandi studio deditos partim ullam negare vim esse divinam [8]), partim an sit quotidie

[1]) in cuia = in cuius. Форма cuius, a, um, очень обычна у комиковъ.
[2]) reciprocatis; ср. II. 16 auras accipiunt paribus et per anhelitum reciprocatas reddunt.
[3]) abuti = valde, maxime uti.
[4]) ratio = modus ac natura peculiaris.
[5]) qui = quo modo, qua ratione.
[6]) ratio = явленіе.
[7]) invisus = non visus. Incomprehensus = incomprehensibilis. Natura = creatura. Въ invisus и comprehense имѣемъ enallage casuum, не рѣдкую у Арнобія.
[8]) По ученію атомистовъ различныя формы въ природѣ происходятъ отъ различныхъ направленій, въ которыхъ сталкиваются атомы.

quaerere [1]); alios casibus fortuitis et concursionibus temerariis summam rerum construere atque diversitatis impetu [2]) fabricari, cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino super tali erit obstinatione certamen. Aiunt enim sana sentientes contradicere rebus stultis stultitiae esse maioris.

Cap. 32. Sermo cum his nobis est, qui divinum esse consentientes genus de maioribus dubitant, cum idem esse plebeia atque humiliora fateantur. Quid ergo, res tantas argumentis nitemur atque elaborabimus obtinere? Discedat haec longe atque a nobis procul, procul inquam, ut dicitur, averruncetur [3]) amentia. Tam est enim periculosum argumentis aggredi deum principem comprobare, quam ratione huiusmodi esse illum velle cognoscere. Nec quicquam refert aut discrepat, utrumne neges illum, an asseras atque existere fatearis, cum in eadem culpa sit et assertio talis rei et abnegatio refutatoris increduli.

Cap. 33. Quisquamne est hominum, qui non cum istius principis notione diem primae nativitatis intraverit? cui non sit ingenitum, non adfixum, ...non insitum, esse regem ac dominum cunctorum quaecumque sunt moderatorem? Ipsa denique hiscere si animantia muta potis essent: si in linguarum nostrarum facilitatem solvi, imo si arbores, glebae, saxa sensu animata vitali vocis sonitum quirent et verborum articulos integrare [4]), ita [5]) non duce natura et magistra, non incorruptae simplicitatis fide et intellegerent esse deum et cunctorum dominum solum esse clamarent?

Cap. 34. Sed frustra, inquit, nos falso et calumnioso incessitis et appetitis crimine, tamquam eamus infitias esse deum maiorem, cum a nobis et Iuppiter nominetur et optimus habeatur et maximus, cumque illi augustissimas sedes et Capitolia constituerimus immania [6]). Dissimilia copulare atque in unam speciem cogere inducta confusione conamini. Nam deus omnipotens mente una omnium et communi mortalitatis assensu neque genitus scitur, neque novam in lucem aliquando esse prolatus, nec ex aliquo temporis puncto coepisse esse vel seculo. Ipse est enim fons rerum, sator seculorum ac temporum. Non enim ipsa per se sunt, sed ex eius perpetuitate perpetua et infinita semper continuatione procedunt. At vero Iuppiter, ut vos fertis, et patrem habet et matrem, avos, avias, fratres, nunc nuper [7]) in utero matris suae formatus, absolutus mensibus et consummatus decem ignotam sibi in lucem sensu irruit se vitali. Ergo, si haec ita sunt, Iuppiter esse deus qui potest, cum illum esse perpetuum constet et perhibeatur alter [1]) a vobis, et dies habuisse natales et pavefactus re nova lamentabilem extulisse vagitum?

Cap. 35. Sed sint, ut vultis, unum nec in aliqua vi numinis et maiestate distantes: ecquid ergo iniustis persequimini nos odiis? Quid ut ominis pessimi nostri nominis inhorrescitis mentionem, si quem deum colitis, eum et nos? aut quid in eadem causa vobis esse contenditis familiares deos, inimicos atque infestissimos nobis? Etenim si una religio est nobis vobisque communis, cessat ira caelestium: sin nobis infesti sunt solis, manifestum est nescire et vos et illos deum, quem Iovem non esse ipsis clarum est indignationibus numinum.

---

[1]) срвн. Cic. de N. D. 1. 1. 23.
[2]) Cic. ibid.
[3]) averruncari, выраженіе, заимствованное изъ богослужебнаго языка.
[4]) integrare; сл. II, 25. verba psittacus et integrare et nomina rostris expromere.
[5]) = οὕτως, sc. hiscere si potis essent.
[6]) Capitolia—риторическое plural. Сл. Tertull. Apol. 25.
[7]) nunc nuper = χθὲς καὶ πρώην. Nuper, въ сравненіи съ вѣчнымъ, нерожденнымъ Богомъ.

[1]) alter, т. е. Iuppiter, тогда какъ ille—Deus verus.

V.

Лактанцій.

Lactantius Firmianus, ученикъ Арнобія, былъ преподавателемъ риторики въ одномъ изъ городовъ Африки, откуда будучи вызванъ Діоклетіаномъ, переселился въ Никомидію, въ качествѣ также преподавателя риторики. Но такъ какъ въ этомъ городѣ было весьма мало лицъ, желавшихъ обучаться по латыни, то у Лактанція оставалось весьма много свободнаго времени, которое онъ посвящалъ занятіямъ литературнымъ, упражняясь какъ въ прозѣ, такъ и въ поэзіи. Еще до Діоклетіанова гоненія, онъ перешелъ въ христіанство, и во время гоненія удалился изъ Никомидіи. Въ глубокой старости онъ былъ наставникомъ Криспа, сына Константина В., въ Галліи.

Изъ многочисленныхъ сочиненій Лактанція до насъ дошли слѣдующія:

а) «de opificio Dei», писанное во время Діоклетіанова гоненія къ одному изъ прежнихъ учениковъ Лактанція, Деметріану. Въ этомъ сочиненіи, желая дать своему ученику понятіе о своихъ занятіяхъ и продолжить свое преподаваніе, но въ иномъ, лучшемъ направленіи, Лактанцій хочетъ изложить ему функціи человѣческой души и тѣла, которыя суть «твореніе Божіе». Сочиненіе это, свидѣтельствующее о высокой образованности автора, отличается исключительно философскимъ характеромъ.

б) «divinarum institutionum libri VII», обширное по объему и замѣчательное по содержанію сочиненіе, писано также во время вышеупомянутаго гоненія, съ цѣлію представить читателямъ сущность христіанскаго ученія, въ видѣ какъ бы введенія къ точнѣйшему изученію его въ непосредственныхъ источникахъ. Авторъ намѣренъ привести ученаго читателя къ пониманію истинной мудрости (т. е. философіи), а не ученаго—къ пониманію истинной религіи. Стремленіе къ той и другой находится во всѣхъ людяхъ,

но только въ христіанствѣ обѣ онѣ нераздѣльны, тогда какъ въ язычествѣ онѣ отдѣлены одна отъ другой, почему въ немъ не можетъ быть ни истинной мудрости, ни истинной религіи, ибо религію невозможно получить безъ мудрости, точно такъ же какъ и мудрость обосновать безъ религіи. Отсюда ясно, что авторъ имѣетъ въ виду образованныхъ язычниковъ, которымъ онъ хочетъ доказать, что христіанство есть истинная философія, тогда какъ философія языческая пуста и ничтожна. Кромѣ того, авторъ имѣлъ въ виду и образованныхъ людей изъ новообращенныхъ христіанъ, желая дать имъ въ своей книгѣ поучительное чтеніе, которое могло бы замѣнить для нихъ чтеніе произведеній языческой литературы, могущее произвести на нихъ вредное вліяніе. Напослѣдокъ Лактанцій писалъ это сочиненіе и для самого себя, желая освѣжиться душою при созерцаніи свѣта вѣчной истины. Этимъ объясняется съ одной стороны та теплота и то одушевленіе, которыми проникнутъ трудъ Лактанція, а съ другой и та изящная форма, въ которую онъ облеченъ: писатель не хотѣлъ уступить языческимъ авторамъ въ прелести изложенія и дѣйствительно, съ точки зрѣнія слога, Лактанцій есть самый изящный прозаикъ своего времени, не безъ основанія называемый христіанскимъ Цицерономъ.

Institutiones заключаетъ въ себѣ семь книгъ. Двѣ первыя: «de falsa religione» и «de origine erroris» направлены противъ многобожія, при чемъ въ первой доказывается необходимость монотеизма на основаніи философскихъ соображеній и различныхъ свидѣтельствъ, опровергается божественность языческихъ боговъ, и отвергается физическое объясненіе миѳовъ. Во второй книгѣ Лактанцій доказываетъ нелѣпость идолослуженія и переходитъ къ указанію причины и происхожденія заблужденія, при чемъ послѣднее развивается въ своеобразномъ разсказѣ о происхожденіи духовъ зла, а первую видитъ авторъ въ ихъ начальникѣ—діаволѣ. Третья книга: «de falsa sapientia», направлена противъ языческой философіи, тщету и ложность которой старается доказать авторъ для того, чтобы, по отстраненіи всѣхъ заблужденій, истина явилась во всемъ своемъ блескѣ. Вся человѣческая мудрость сводится къ познанію и почитанію Бога. Съ четвертой книги начинается такъ сказать положительный отдѣлъ сочиненія: прежде всего авторъ хочетъ подробнѣе обосновать неразрывное соединеніе мудрости и религіи. И потому четвертая книга: «de vera sapientia» посвящена вопросу о богопознаніи, при чемъ говорится главнымъ образомъ о Христѣ, Словѣ и Учителѣ человѣчества, научающемъ его справедливости, которой посвящена вся пятая книга: «de iustitia». Въ шестой: «de vero cultu» говорится объ истинномъ богопочитаніи, состоящемъ въ справедливости, которая, овладѣвая человѣческою душою, составляетъ самую пріятную жертву Богу. Какъ достигнуть такого душевнаго состоянія, хочетъ научить читателей авторъ въ этой книгѣ. Наконецъ, въ седьмой: «de vita beata» говорится о вѣчномъ

блаженствѣ, которое составляетъ награду для высшей добродѣтели, т. е. для истиннаго богопочитанія.

Въ видѣ дополненія къ Institutiones Лактанціемъ написано сочиненіе: «de ira Dei», въ которомъ опровергается мнѣніе, преимущественно стоиковъ и Епикурейцевъ, будто бы божество не гнѣвается. Авторъ доказываетъ, что безъ страха передъ гнѣвомъ божества не можетъ быть истинной религіи.

Наконецъ, большинствомъ ученыхъ приписывается Лактанцію сочиненіе: «de mortibus persecutorum», написанное въ Никомидіи, въ 313—314 годахъ. Въ немъ излагаются разсказы о несчастныхъ кончинахъ тѣхъ императоровъ, которые преслѣдовали христіанство, и этими разсказами подтверждается та мысль, что Богъ никогда не оставляетъ безъ справедливаго возмездія тѣхъ, кто преслѣдуетъ его послѣдователей. Съ особенною подробностью авторъ останавливается на событіяхъ времени послѣ Діоклетіана.

Помѣщаемое въ нѣкоторыхъ изданіяхъ Лактанція стихотвореніе «de Phoenice» не принадлежитъ ему.

Лучшія изданія сочиненій Лактанція: Gallaei Lugd. Bat. 1660, Walch Lips. 1715, Bünemann Lips. 1739, Le Brun et Lenglet du Fresnoy Paris 1748, Fritzsche Lips. 1842.—О Лактанціѣ хорошее изслѣдованіе Le Nourry въ Apparatus ad bibliothecam maximam veterum patrum Paris 1715. T. II. Срвн. Христ. Чтеніе 1833.

Сочиненія Лактанція переведены на русскій языкъ Карнѣевымъ. СПБ. 1848. 2 т.

1.

Institutiones. Lib. 1, cap. 1.

Magno et excellenti ingenio viri, cum se doctrinae penitus dedidissent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus et privatis et publicis actionibus, ad inquirendae veritatis studium contulerunt, existimantes, multo esse praeclarius, humanarum divinarumque rerum investigare ac scire rationem, quam struendis opibus aut cumulandis honoribus inhaerere. Quibus rebus, quoniam fragiles terrenaeque sunt, et ad solius corporis pertinent cultum, nemo melior, nemo iustior effici potest. Erant illi quidem veritatis cognitione dignissimi, quam scire tantopere cupiverunt, atque ita, ut eam rebus omnibus anteponerent. Nam et abiecisse quosdam res familiares suas, et renuntiasse universis voluptatibus constat, ut solam nudamque virtutem nudi expeditique sequerentur, tantumque apud eos virtutis nomen et auctoritas valuit, ut in ipsa esse summi boni praemium praedicarent. Sed neque adepti sunt id, quod volebant, et operam

simul atque industriam perdiderunt, quia veritas, id est arcanum summi dei, qui fecit omnia, ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi; alioquin nihil inter deum hominemque distaret, si consilia et dispositiones [1]) illius maiestatis aeternae cogitatio assequeretur humana. Quod quia fieri non potuit, ut homini per seipsum ratio divina notesceret, non est passus hominem deus lumen sapientiae requirentem diutius errare, ac sine ullo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles; aperuit oculos eius aliquando, et notionem veritatis munus suum fecit, ut et humanam sapientiam nullam [2]) esse monstraret, et erranti ac vago viam consequendae immortalitatis ostenderet. Verum quoniam [3]) pauci utuntur hoc caelesti beneficio ac munere, quod obvoluta in obscuro veritas latet; eaque vel contemptui doctis est, quia idoneis assertoribus [4]) eget, vel odio indoctis, ob insitam sibi austeritatem, quam natura hominum proclivis in vitia pati non potest: nam quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia vero voluptate condita sunt [5]); illa offensi, hac deliniti feruntur in praeceps, et honorum specie falsi [6]), mala pro bonis amplectuntur: succurrendum esse his erroribus credidi, ut et docti ad veram sapientiam dirigantur, et indocti ad veram religionem. Quae professio [7]) multo melior, utilior, gloriosior putanda est, quam illa oratoria [8]), in qua diu versati, non ad virtutem, sed plane ad argutam malitiam iuvenes erudiebamus. Multo quippe nunc rectius de praeceptis caelestibus disseremus, quibus ad cultum verae maiestatis mentes hominum instruere possimus. Nec tam de rebus humanis bene meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quam qui pie atque innocenter docet vivere. Idcirco apud Graecos maiore in gloria philosophi, quam oratores fuerunt. Illi enim recte vivendi doctores sunt existimati, quod est longe praestabilius, quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem vivere, ad omnes. Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium [9]) contulit, ut nunc maiore copia et facultate dicendi causam veritatis peroremus. Quae licet possit sine eloquentia defendi, ut est a multis saepe defensa, tamen claritate ac nitore sermonis illustranda, et quodammodo disserenda est [10]), ut potentius in

---

[1]) = decreta.

[2]) = nullius pretii.

[3]) аподозисъ къ этому: quoniam pauci utuntur есть: succurrendum esse credidi.

[4]) assertor = defensor, patronus.

[5]) отъ condire.

[6]) = decepti.

[7]) professio здѣсь въ смыслѣ нашей профессіи.

[8]) oratorius, orator принимаются въ позднѣйшей Латыни въ смыслѣ: риторскій, риторъ.

[9]) риторы обучали обыкновенно судебному краснорѣчію (eloquentia forensis), и потому въ числѣ упражненій главное мѣсто занимали измышленные процессы, въ которыхъ учащіеся являлись защитниками или обвинителями. См. Tacit. dialog. 30.

[10]) отъ dissero, evi.

animos influat et vi sua instructa, et luce orationis ornata. De religione itaque nobis rebusque divinis instituitur disputatio. Nam si quidam maximi oratores, professionis suae quasi veterani, decursis operibus actionum suarum, postremo se philosophiae tradiderunt, eamque sibi requiem laborum iustissimam putaverunt, si animos suos in earum rerum, quae inveniri non poterant, inquisitione torquerent, ut non tam otium sibi, quam negotium quaesisse videantur, et quidem multo molestius, quam in quo fuerant ante versati: quanto iustius ego me ad illam piam, veram, divinamque sapientiam, quasi ad portum aliquem tutissimum, conferam, in qua omnia dictu prona sunt, auditu suavia, facilia intellectu, honesta susceptu? Et, si quidam prudentes et arbitri aequitatis [1]) institutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus civium dissidentium lites contentionesque sopirent: quanto melius nos et rectius divinas institutiones litteris persequemur; in quibus non de stillicidiis [2]), aut aquis arcendis [3]), aut de manu conserenda [4]), sed de spe, de vita, de salute, de immortalitate, de deo loquemur, ut superstitiones mortiferas erroresque turpissimos sopiamus?

Omissis ergo terrenae huiusce philosophiae auctoribus, nihil certi afferentibus, aggrediamur viam rectam, quos equidem, si putarem satis idoneos ad bene vivendum duces esse, et ipse sequerer, et alios, ut sequerentur, hortarer. Sed cum inter se magna concertatione dissideant, secumque ipsi plerumque discordent, apparet, eorum iter nequaquam esse directum: siquidem sibi quisque, ut est libitum, proprias vias impresserunt, confusionemque magnam inquirentibus veritatem reliquerunt. Nobis autem, qui sacramentum [5]) verae religionis accepimus, cum sit veritas revelata [6]) divinitus, cum doctorem sapientiae ducemque veritatis deum sequamur, universos sine ullo discrimine vel sexus vel aetatis ad caeleste pabulum convocamus. Nullus enim suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis, cui asserendae [7]) atque illustrandae septem volumina [8]) destinavimus: quamvis ea res infiniti paene sit operis, et immensi, ut, si quis haec dilatare atque exsequi plenissime velit, tanta illi rerum copia exuberet, ut nec libri modum, nec finem reperiat oratio. Sed nos idcirco breviter omnia colligemus, quod ea, quae allaturi sumus, tam clara sunt et lucida, ut magis mirum esse videatur, tam obscuram videri homi-

[1]) prudentes, т. е. iuris = юристы; они же и arbitri aequitatis = iustitiae.
[2]) stillicidium (stilla и cado), собственно капель. Здѣсь указывается въ частности на т. н. servitus stillicidii, т. е. на отводъ дождевой воды посредствомъ навѣса, о чемъ неоднократно упоминается у юристовъ.
[3]) aquam arcere—не дозволять кому либо пользоваться проточною водою.
[4]) manum conserere, одинъ изъ моментовъ въ процессѣ, когда обѣ тяжущіяся стороны присвоивали себѣ право владѣть спорной вещью.
[5]) sacramentum = μυστήριον, таинство.
[6]) revelare, revelatio, про Божественное откровеніе.
[7]) asserendae = defendendae.
[8]) ибо каждая книга занимала отдѣльный свитокъ (volumen).

nibus veritatem, et iis praecipue, qui sapientes vulgo putantur: vel quod tantummodo instituendi nobis homines erunt, hoc est, ab errore, quo sunt implicati, ad rectiorem viam revocandi. Quod si fuerimus, ut spero, assecuti, mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ac plenissimum fontem, cuius haustu atque potu conceptam visceribus sitim sedent ardoremque restinguant; eruntque illis omnia facilia, prona, manifesta: modo ne pigeat, ad percipiendam sapientiae disciplinam, legendi vel audiendi patientiam commodare. Multi enim, superstitionibus vanis pertinaciter inhaerentes, obdurant se contra manifestam veritatem, non tam de suis religionibus, quas praeferunt, bene meriti, quam de se male: qui cum habeant iter rectum, devios sequuntur anfractus; planum deserunt, ut per praecipitium labantur; lucem relinquunt, ut in tenebris caeci ac debiles iaceant. His consulendum est, ne contra se pugnent, velintque se tandem ab inveteratis erroribus liberari: quod utique facient, si, quare sint nati, aliquando perviderint. Haec enim pravitatis est causa, ignoratio sui: quam si quis cognita veritate discusserit, sciet, quo referenda, et quemadmodum sibi vita degenda sit. Cuius scientiae summam breviter circumscribo, ut neque religio ulla sine sapientia suscipienda sit, nec ulla sine religione probanda sapientia.

2.

Institutiones. Lib. V, cap. 1—14.

Cap. 1. Non est apud me dubium, quin hoc opus nostrum, quo singularis [1]) ille rerum conditor, et huius immensi [2]) rector asseritur, si quis attigerit ex istis inepte religiosis [3]), ut sunt nimia superstitione impatientes, insectetur etiam maledictis, et vix lecto fortasse principio, affligat, proiiciat, exsecretur, seque inexpiabili scelere contaminari atque adstringi putet, si haec aut legat patienter, aut audiat. Ab hoc tamen, si fieri potest, humanitatis iure postulamus, ut non prius damnet, quam universa cognoverit. Nam si sacrilegis et proditoribus et veneficis potestas defendendi sui datur, nec praedamnari quemquam incognita causa licet, non iniuste petere videmur, ut si quis erit ille, qui inciderit in haec, si leget, perlegat; si audiet, sententiam differat in extremum. Sed novi hominum pertinaciam: numquam impetrabimus. Timent enim, ne a nobis revicti [4]) manus

[1]) singularis = unus, unicus.
[2]) hoc immensum, та неизмѣримая вселенная, которую мы видимъ.
[3]) кого Лактанцій понимаетъ подъ inepte religiosi, видно изъ слѣдующаго superstitio.
[4]) = convicti.

dare [1]) aliquando, clamante ipsa veritate, cogantur. Obstrepunt [2]) igitur et intercedunt, ne audiant; et oculos suos opprimunt, ne lumen videant, quod offerimus. Quo plane ipsi diffidentiam suae perditae rationis ostendunt, cum neque cognoscere, neque congredi audent, quia sciunt se facile superari. Et idcirco disceptatione sublata,

Pellitur e medio sapientia, vi geritur res,

ut ait Ennius [3]); et quia student damnare tamquam nocentes, quos utique sciunt innocentes, constare [4]) de ipsa innocentia nolunt: quasi vero maior iniquitas sit, probatam innocentiam damnasse, quam inauditam. Sed, ut dixi, verentur, ne, si audierint, damnare non possint: et ideo cultores dei summi, hoc est iustos homines, torquent, interficiunt, exterminant [5]); nec causas odiorum reddere ipsi possunt, qui tam vehementer oderunt. Quia ipsi errant, irascuntur iis, qui veram viam sequuntur, et cum corrigere se possint, errores suos insuper crudelibus factis coacervant, innocentium cruore maculantur, et dicatas deo mentes evisceratis corporibus extorquent. Cum talibus nunc congredi et disputare contendimus, hos ad veritatem ab inepta persuasione traducere, qui sanguinem facilius hauserint [6]), quam verba iustorum. Quid igitur? operamne perdemus? Minime. Nam si lucrari [7]) hos a morte, ad quam concitatissime tendunt, non potuerimus; si ab illo itinere devio ad vitam lucemque revocare, quoniam ipsi saluti suae repugnant: nostros tamen confirmabimus, quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata et fixa sententia. Nutant enim plurimi, ac maxime qui litterarum aliquid attigerunt. Nam et in hoc philosophi et oratores et poëtae perniciosi sunt, quod incautos animos facile irretire possunt suavitate sermonis et carminum dulci modulatione currentium. Ob eamque causam volui sapientiam cum religione coniungere, ne quid studiosis inanis illa doctrina possit officere; ut iam scientia litterarum non modo nihil noceat religioni atque iustitiae, sed etiam prosit quamplurimum, si is, qui eas didicerit, sit virtutibus instructior, et in veritate sapientior. Praeterea, etiamsi nulli alii, nobis certe proderit; delectabit se conscientia gaudebitque mens in veritatis se luce versari, quod est animae pabulum, incredibili quadam iucunditate perfusum. Verum non est desperan-

[1]) manus dare, какъ побѣжденные.
[2]) obstrepere = strepitu facto turbare et impedire.
[3]) Enn. Annales ed. Vahlen v. 272 p. 41. Эннiй, одинъ изъ древнѣйшихъ римскихъ поэтовъ (515—585 U.), написалъ, между прочимъ, эпическое произведеніе Annales, до насъ не дошедшее; см. Модестовъ, Истор. р. литер. 2-е изд. стр. 105.
[4]) constare sc. nobiscum.
[5]) exterminant, посредствомъ изгнанія.
[6]) haurire sanguinem, проливать кровь; haurire verba (sc. auribus), выслушивать слова.
[7]) lucrari = liberare, и эти освобожденные будутъ in lucro positi. Подъ mors очевидно здѣсь разумѣется вѣчная смерть.

dum. Fortasse non canimus surdis [1]). Nec enim tam in malo statu res est, ut desint sanae mentes, quibus et veritas placeat, et monstratum sibi rectum iter et videant et sequantur. Circumliniatur modo poculum caelestis mene sapientiae, ut possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari, dum illiciens prima dulcedo acerbitatem saporis asperi sub praetextu suavitatis occultas [2]). Nam haec in primis causa est, cur apud sapientes et doctos et principes huius seculi scriptura sancta fide careat, quod prophetae communi ac simplici sermone, ut ad populum, sunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire vel legere, nisi expolitum ac disertum volunt; nec quicquam haerere animis eorum potest, nisi quod aures blandiori sono mulcet: illa vero, quae sordida videntur, anilia, inepta, vulgaria existimantur. Adeo nihil verum putant, nisi quod auditu suave est; nihil credibile, nisi quod potest incutere [3]) voluptatem: nemo rem veritate ponderat, sed ornatu. Non credunt ergo divinis, quia fuco carent; sed ne illis quidem, qui ea interpretantur, quia sunt et ipsi aut omnino rudes, aut certe parum docti. Nam ut plane sint eloquentes, perraro contingit, cuius rei causa in aperto est. Eloquentia enim seculo servit; populo se iactare, et in rebus malis placere gestit: siquidem veritatem saepius expugnare conatur, ut vim suam monstret; opes expetit, honores concupiscit, summum denique gradum dignitatis exposcit. Ergo haec [4]) quasi humilia despicit, arcana tamquam contraria sibi fugit, quippe quae publico gaudeat, et multitudinem celebritatemque desideret. Eo fit, ut sapientia et veritas idoneis praeconibus indigeat. Et si qui forte litteratorum se ad eam contulerunt, defensioni eius non suffecerunt. Ex iis, qui mihi noti sunt, Minucius Felix non ignobilis inter causidicos loci [5]) fuit. Huius liber, cui Octavio titulus est, declarat, quam idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset. Septimius quoque Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus, sed in eloquendo parum facilis et minus comtus et multum obscurus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis invenit. Unus igitur praecipuus et clarus exstitit Cyprianus, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis oratoriae professione quaesierat [6]), et admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioso, suavi, et, quae sermonis maxima est virtus, aperto, ut discernere non queas, utrumne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in

[1]) Verg. Buc. X. 8. Non canimus surdis: respondent omnia silvae.
[2]) сл. Lucret. 1. 936 sqq. Sed veluti pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore, Ut puerorum aetas improvida (сл. ab imprudentibus у Лакт.) ludificetur, labrorum tenus, interea perpotet amarum Absinthi laticem, deceptaque non capiatur, Sed potius tali facto recreata valescat.
[3]) срвн. Lucret. 1. 20. Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.
[4]) haec, neutr. plur.
[5]) = dignitas.
[6]) = acquirere, comparare.

persuadendo fuerit. Hic tamen placere ultra verba sacramentum ignorantibus [1]) non potest, quoniam mystica sunt, quae locutus est, et ad id praeparata, ut a solis fidelibus audiantur; denique a doctis huius seculi, quibus forte scripta eius innotuerunt, derideri solet. Audivi ego quendam hominem sane disertum, qui eum immutata una littera Coprianum [2]) vocaret; quasi qui elegans ingenium et melioribus rebus aptum, ad aniles fabulas contulisset. Quodsi accidit hoc ei, cuius eloquentia non insuavis est, quid tandem putemus accidere illis, quorum sermo ieiunus est et ingratus; qui neque vim persuadendi, neque subtilitatem argumentandi, neque ullam prorsus acerbitatem ad revincendum habere potuerunt [3])?

Cap. 2. Ergo quia defuerunt apud nos idonei peritique doctores, qui vehementer, qui acriter errores publicos redarguerent, qui causam omnem veritatis ornate copioseque defenderent, provocavit quosdam haec ipsa penuria, ut auderent scribere contra ignotam sibi veritatem. Omitto eos, qui prioribus eam temporibus nequicquam lacessierunt. Ego cum in Bithynia oratorias litteras accitus docerem [4]) contigissetque, ut eodem tempore dei templum [5]) everteretur, duo exstiterunt ibidem, qui iacenti atque abiectae veritati, nescio utrum superbius an importunius insultarent. Quorum alter antistitem se philosophiae profitebatur, verum ita vitiosus, ut continentiae magister non minus avaritia, quam libidinibus arderet; in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis assertor, parsimoniae paupertatisque laudator, in palatio peius cenaret, quam domi: tamen vitia sua capillis et pallio [6]), et quod maximum est velamentum, divitiis praetegebat; quas ut augeret, ad amicitias iudicum miro ambitu penetrabat, eosque sibi repente auctoritate falsi nominis [7]) obligabat, non modo ut eorum sententias venderet, verum etiam ut confines suos, quos sedibus agrisque pellebat, a suo repetendo hac potentia retardaret. Hic vero, qui suas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat, ipse adversus se gravis censor et accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo iustus populus [8]) nefarie lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem nomenque Christianum: professus ante omnia, philosophi officium esse, erroribus hominum subvenire, atque illos ad veram viam revocare, id est ad cultus deorum, quorum numine ac maiestate, ut ille dicebat, mun-

[1]) т. е. для людей, не просвѣщенныхъ Христіанствомъ, въ Кипріанѣ можетъ нравиться лишь одно изложеніе.
[2]) Coprianus, отъ κόπρος, навозъ.
[3]) = habuerunt.
[4]) именно въ Никомидіи.
[5]) храмъ Христіанскій.
[6]) философы обыкновенно отпускали длинные волосы и носили бороду; и въ одеждѣ отличались они отъ другихъ, нося широкую одежду, pallium, ἱμάτιον.
[7]) ибо судьи, зная, что онъ именуется философомъ, не ожидали встрѣтить въ немъ обманщика.
[8]) iustus populus = Christiani.

dus gubernetur; nec pati, homines imperitos quorundam fraudibus illici, ne simplicitas eorum praedae ac pabulo sit hominibus astutis. Itaque se suscepisse hoc munus philosophia dignum, ut praeferret non videntibus lumen sapientiae, non modo ut susceptis deorum cultibus resanescant, sed etiam ut pertinaci obstinatione deposita, corporis cruciamenta devitent, neu saevas membrorum lacerationes frustra perpeti velint. Ut autem appareret, cuius rei gratia opus illud elaborasset, effusus est in principum [1]) laudes, quorum pietas et providentia, ut quidem ipse dicebat, cum in ceteris rebus, tum praecipue in defendendis deorum religionibus claruisset: consultum esse tandem rebus humanis, ut cohibita impia et anili superstitione, universi homines legitimis sacris vacarent ac propitios sibi deos experirentur. Ubi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem, ineptus, vanus, ridiculus apparuit, quia gravis ille consultor utilitatis alienae, non modo quid oppugnaret, sed etiam quid loqueretur, nesciebat. Nam si qui nostrorum affuerunt, quamvis temporis gratia conticerent, animo tamen derisere, utpote cum viderent hominem profitentem, se illuminaturum alios, cum ipse caecus esset; reducturum alios ab errore, cum ipse ignoraret, ubi pedes suos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cuius ille ne scintillam quidem unam vidisset aliquando, quippe cum sapientiae professor profligare sapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant, quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudelitas. O philosophum adulatorem ac tempori servientem! Verum hic pro sua vanitate contemptus est, qui et gratiam [2]), quam speravit, non est adeptus, et gloria, quam captavit, in culpam reprehensionemque conversa est. Alius [3]) eandem materiam mordacius scripsit, qui erat tum e numero iudicum [4]) et qui auctor in primis faciendae persecutionis fuit: quo scelere non contentus, etiam scriptis eos, quos afflixerat, insecutus est. Composuit enim libellos duos, non contra Christianos, ut humane ac benigne consulere [5]) putaretur. In quibus ita falsitatem scripturae sacrae arguere conatus est, tamquam sibi esset tota contraria; nam quaedam capita, quae repugnare sibi videbantur, exposuit, adeo multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem [6]) disciplina fuisse videatur. Quod si fuit, quis eum Demosthenes poterit ab impietate defendere, qui religionis, cui fuerat accensus [7]), et fidei, cuius nomen induerat, et sacramenti, quod acceperat, proditor factus est, nisi forte casu in manus eius divinae litterae inciderunt? Quae igitur temeritas erat, id audere dissolvere,

[1]) подъ principes разумѣется Діоклетіанъ и его соправители.
[2]) gratiam sc. apud principes.
[3]) Іероклъ, написавшій противъ Христіанъ сочиненіе: φιλαλήθης.
[4]) онъ былъ префектомъ въ Александріи.
[5]) consulere sc. Christianis.
[6]) ex eadem sc. Christiana.
[7]) отъ accenseo = adscribor.

quod illi nemo interpretatus est? Bene, quod aut nihil didicit, aut nihil itellexit. Tantum enim abest a divinis litteris repugnantia, quantum ille abfuit a fide et veritate. Praecipue tamen Paulum Petrumque laceravit, ceterosque discipulos, tamquam fallaciae seminatores, quos eosdem tamen rudes et indoctos fuisse testatus est. Nam quosdam eorum piscatorio artificio [1]) fecisse quaestum: quasi aegre ferret, quod illam rem non Aristophanes aliquis, aut Aristarchus commentatus sit.

Cap. 3. Abfuit ergo ab his [2]) fingendi voluntas et astutia, quoniam rudes fuerunt. Aut quis possit indoctus apta inter se et cohaerentia fingere, cum philosophorum doctissimi Plato, et Aristoteles, et Epicurus, et Zeno, ipsi sibi repugnantia et contraria dixerint? Haec est enim mendaciorum natura, ut cohaerere non possint. Illorum autem traditio, quia vera est, quadrat undique, ac sibi tota consentit, et ideo persuadet, quia constanti ratione suffulta est. Non igitur quaestus et commodi gratia religionem istam commenti sunt, quippe qui et praeceptis, et re ipsa eam vitam secuti sunt, quae et voluptatibus caret, et omnia, quae habentur in bonis, spernit, et qui non tantum pro fide mortem subierint, sed etiam morituros esse se et scierint, et praedixerint, et postea universos, qui eorum disciplinam secuti essent, acerba et nefanda passuros. Ipsum autem Christum affirmavit a Iudaeis fugatum, collecta nongentorum hominum manu, latrocinia fecisse. Quis tantae auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane; nam fortasse illi hoc in somniis Apollo aliquis nuntiavit. Tot semper latrones perierunt, et quotidie pereunt; utique multos et ipse damnasti: quis eorum post crucem suam, non dicam deus, sed homo appellatus est? Verum tu forsitan ex eo credidisti, quia vos homicidam Martem consecrastis, ut deum: quod tamen non fecissetis, si illum Areopagitae in crucem sustulissent [3]). Idem cum facta eius [4]) mirabilia destrueret, nec tamen negaret, voluit ostendere, Apollonium [5]) vel paria, vel etiam maiora fecisse. Mirum, quod Appuleium [6]) praetermisit, cuius solent et multa et mira memorari. Cur igitur, o delirum caput, nemo Apollonium pro deo colit? Nisi forte tu solus, illo scilicet deo dignus, cum quo te in sempiternum

[1]) artificium просто въ см. занятія.
[2]) hi, т. е. Petrus, Paulus, ceteri discipuli.
[3]) Намекъ на легенду о происхожденіи названія Ареопага, будто бы на этомъ холмѣ происходило судьбище Арея (Марса), обвинявшагося въ убійствѣ Галирротія, сына Посидона.
[4]) eius = Christi.
[5]) Аполлоній Тіанскій, въ 1-мъ в. по Р. Хр., философъ—пиѳагореецъ и неоплатоникъ, котораго позднѣйшее потомство считало чародѣемъ и даже чудотворцемъ. Его жизнь описана Филостратомъ и дошла до насъ.
[6]) Appuleius изъ Мадавры, во II-мъ в. по Р. Х., философъ и литераторъ. Его обвиняли по одному частному поводу въ волшебствѣ, вслѣдствіе чего потомъ изъ него сдѣлали мага и чудотворца и обыкновенно сопоставляли съ Аполлоніемъ. Срв. Augustin. ep. 11. quest. VI. Epist. 136 и др.

verus deus puniet. Si magus Christus, quia mirabilia fecit, peritior utique Apollonius, qui, ut describis, cum Domitianus eum punire vellet, repente in iudicio non comparuit, quam ille, qui et comprehensus est, et cruci affixus. At enim ex hoc ipso fortasse insolentiam Christi voluit arguere, quod deum se constituerit, ut ille verecundior fuisse videatur, qui cum maiora faceret, ut hic putat, tamen id sibi non arrogaverit. Omitto nunc ipsa opera [1]) comparare [2]), quia in secundo et superiore libro de fraude ac praestigiis artis magicae dixi. Nego esse quemquam, qui non optet in primis id sibi post mortem contingere, quod etiam reges maximi concupiscunt. Cur enim sibi homines sepulcra magnifica, cur statuas, cur imagines comparant? cur aliquibus factis claris, aut etiam morte pro civibus susceptа, student opiniones hominum promereri? cur denique ipse ingenii tui monumentum hoc detestabili stultitia, tamquam coeno, aedificatum, constituere voluisti, nisi quod immortalitatem de memoria nominis speras? Stultum igitur est, id putare Apollonium noluisse, quod optaret utique, si posset, quia nemo est, qui immortalitatem recuset, et maxime cum eum dicas et adoratum esse a quibusdam sicut deum, et simulacrum eius sub Herculis Alexicaci [3]) nomine constitutum, ab Ephesiis etiamnunc honorari. Non potuit ergo post mortem deus credi, quia et hominem et magum fuisse constabat; et ideo alieni nominis titulo affectavit divinitatem, quia suo nec poterat, nec audebat. Noster vero et potuit deus credi, quia magus non fuit, et creditus est, quia vere fuit. Non, inquit, hoc dico, idcirco Apollonium non haberi deum, quia noluerit, sed ut appareat nos sapientiores esse, qui mirabilibus factis non statim fidem divinitatis adiunximus, quam vos, qui ob exigua portenta deum credidistis. Non est mirum, si tu, qui a dei sapientia longe remotus es, nihil prorsus intellegis eorum, quae legisti, cum Iudaei, qui a principio prophetas lectitaverant, quibusque sacramentum dei fuerat assignatum, tamen quid legerent, ignoraverint. Disce igitur, si quid tibi cordis est, non idcirco a nobis deum creditum Christum, quia mirabilia fecit, sed quia vidimus in eo facta esse omnia, quae nobis annuntiata sunt vaticinio prophetarum. Fecit mirabilia: magum putassemus, ut et vos nunc putatis, et Iudaei tunc putaverunt, si non illa ipsa facturum Christum prophetae omnes uno spiritu praedicarent. Itaque deum credimus, non magis ex factis operibusque mirandis, quam ex illa ipsa cruce, quam vos sicut canes lambitis; quoniam simul et illa praedicta est. Non igitur suo testimonio: cui enim de se dicenti potest credi? sed prophetarum testimonio, qui omnia, quae fecit ac passus est, multo ante cecinerunt, fidem divinitatis accepit, quod neque Apollonio, neque Appuleio, neque cuiquam magorum potuit aut potest aliquando con-

[1]) т. е. чудеса Христа съ обманами Аполлонія.
[2]) = conferre inter se.
[3]) Alexicacus = Ἀλεξίκακος.

tingere. Cum igitur talia ignorantiae suae deliramenta fudisset, cum veritatem penitus excidere connixus esset, ausus est libros suos nefarios ac dei hostes φιλαληθεῖς annotare [1]). O caecum pectus, o mentem Cimmeriis, ut aiunt, tenebris [2]) atriorem! Discipulus hic fortasse Anaxagorae [3]) fuerit, cui nives atramentum fuerunt. Atquin eadem caecitas est, et vero falsitatis, et mendacio veritatis nomen imponere. Videlicet homo subdolus voluit lupum sub ovis pelle celare, ut fallaci titulo posset irretire lectorem. Verum esto [4]); inscitia hoc, non malitia feceris: quam tandem nobis attulisti veritatem, nisi quod assertor deorum, eos ipsos ad ultimum prodidisti? Prosecutus enim summi dei laudes, quem regem, quem maximum, quem opificem rerum, quem fontem bonorum, quem parentem omnium, quem factorem altoremque viventium cofessus es, ademisti Iovi tuo regnum, eumque summa potestate depulsum, in ministrorum numerum redegisti. Epilogus itaque te tuus arguit stultitiae, vanitatis, erroris. Affirmas enim deos esse, et illos tamen subiicis, et mancipas ei deo, cuius religionem conaris evertere.

Cap. 4. Ii ergo, de quibus dixi, cum, praesente me ac dolente, sacrilegas suas litteras explicassent, et illorum superba impietate stimulatus, et veritatis ipsius conscientia, et, ut ego arbitror, deo [5]), suscepi hoc munus, ut omnibus ingenii mei viribus accusatores iustitiae refutarem: non ut contra hos scriberem, qui paucis verbis obteri poterant, sed ut omnes, qui ubique idem operis efficiunt aut effecerunt, uno semel [6]) impetu profligarem. Non dubito enim, quin et alii plurimi, et multis in locis, et non modo Graecis, sed etiam Latinis litteris monumentum iniustitiae suae struxerint. Quibus singulis quoniam respondere non poteram, sic agendam mihi hanc causam putavi, ut et priores cum omnibus suis scriptis perverterem, et futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarem. Praebeant modo aures; efficiam profecto, ut quicumque ista cognoverit, aut suscipiat quod ante damnavit [7]), aut, quod est proximum, deridere aliquando desistat. Quamquam Tertullianus eandem causam plene peroraverit in eo libro, cui Apologetico nomen est, tamen quoniam aliud est, accusantibus respondere, quod in defensione [8]) aut negatione sola positum est, aliud instituere, quod nos facimus, in quo

[1]) annotare, озаглавить.
[2]) tenebrae Cimmeriae, locutio proverbialis (сл. Ammian. Marcell. XIX, 2), ибо въ странѣ Киммеріянъ, жившихъ на С. побережьѣ Чернаго моря, господствовалъ, какъ думали древніе, вѣчный мракъ.
[3]) Anaxagŏras, Ἀναξαγόρας, изъ Клазоменъ, въ V в. до Р. Х., философъ, учившій, между прочимъ, что люди, по слабости чувствъ, не могутъ распознавать истину, и потому утверждалъ парадоксъ, что снѣгъ черенъ, ибо въ сущности онъ вода, а вода является черною.
[4]) = ponamus, fingamus.
[5]) deo sc. duce, inspirante.
[6]) = разъ на всегда.
[7]) = suscipiat religionem Christianam antea damnatam.
[8]) = affirmatio.

necesse est doctrinae totius substantiam contineri, non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non est exsecutus in ea oratione, qua Demetrianum, sicut ipse ait, oblatrantem atque obstrepentem veritati, redarguere conatur. Qua materia non est usus, ut debuit; non enim scripturae testimoniis, quam ille utique vanam, fictam, commenticiam putabat, sed argumentis et ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis paulisper divinis lectionibus, formare hunc a principio tamquam rudem debuit, eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest ob stomachi tenecitudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus, vesci fortioribus possit: ita et huic oportebat, quia nondum poterat capere divina, prius humana testimonia offerri, id est, philosophorum et historicorum, ut suis potissimum refutaretur auctoribus. Quod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione divinarum litterarum, ut iis solis contentus esset, quibus fides constat, accessi deo inspirante, ut ego facerem, et simul ut viam ceteris ad imitandum pararem. Ac si hortatu nostro docti homines ac diserti huc se conferre coeperint, et ingenia sua vimque dicendi in hoc veritatis campo iactare maluerint, evanituras brevi religiones falsas, et occasuram esse omnem philosophiam nemo dubitaverit, si fuerit omnibus persuasum, cum hanc solam religionem, tum etiam et solam et veram esse sapientiam. Sed evagatus sum longius, quam volebam.

Cap. 5. Nunc reddenda est de iustitia proposita disputatio [1]): quae aut ipsa est summa virtus, aut fons est ipsa virtutis, quam non modo philosophi quaesiverunt, sed poëtae quoque, qui priores multo fuerunt, et ante natum philosophiae nomen pro sapientibus habebantur. Hi plane intellexerunt, abesse hanc a rebus humanis, eamque finxerunt offensam vitiis hominum, cessisse e terra, in caelumque migrasse [2]); atque ut doceant, quid sit iuste vivere (solent enim praecepta per ambages dare) a Saturni temporibus, quae illi vocant aurea, repetunt exempla iustitiae narrantque in quo statu fuerit vita humana, dum illa in terra moraretur. Quod quidem non pro poëtica fictione, sed pro vero habendum est. Saturno enim regnante, nondum deorum cultibus institutis, nec adhuc illa gente ad divinitatis opinionem consecrata [3]), deus utique colebatur. Et ideo non erant neque dissensiones, neque inimicitiae, neque bella,

Nondum vesanos rabies nudaverat enses,

[1]) disputationem reddere = dare, instituere; сл. reddere rationem.
[2]) Намекъ на извѣстный разсказъ объ Астреѣ, или Дикѣ (Δίκη); см. Ovid. Metam. 1. 150.
[3]) gens ad divinitatis opinionem consecrata = народъ, люди, посвященные въ понятіе о божествѣ.

ut Germanicus Caesar in Arateo [1]) loquitur carmine,

Nec consanguineis fuerat discordia nota.

Imo ne alienigenis quidem; sed neque ulli omnino gladii, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim praesente ac vigente iustitia, aut de tutela sui, cum nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quicquam concupisceret?

Malebant tenui contenti vivere cultu,

ut Cicero in suo narrat [2]), quod est proprium nostrae religionis,

Ne signare quidem [3]) aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant [4]);

quippe cum deus communem omnibus terram dedisset, ut communem degerent vitam, non ut rabida et furens avaritia sibi omnia vindicaret nec ulli deesset, quod omnibus nasceretur. Quod poëtae dictum sic accipi oportet, non ut existimemus, nihil omnino tum fuisse privati, sed more poëtico figuratum; ut intellegamus, tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent, nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent.

Flumina [5]) iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

Nec mirum, cum promptuaria iustorum benigne paterent omnibus, nec avaritia intercipiens beneficia divina, famem sitimque vulgo faceret, sed omnes aequaliter abundarent, cum habentes non habentibus large copioseque donarent. Sed postquam Saturnus a filio pulsus in Latiumque delatus est,

Arma [6]) Iovis fugiens et regnis exsul ademtis,

cum iam populus vel novi regis metu, vel sua sponte depravatus deum colere desisset regemque pro deo habere coepisset; cum ipse propemodum parricida exemplo ceteris esset ad violandam pietatem,

Deseruit [7]) propere terras iustissima virgo;

sed non, ut ait Cicero,

Et Iovis in regno caelique in parte resedit.

---

[1]) Германикъ, племянникъ Тиберія, передѣлалъ, между прочимъ, дидактическое произведеніе Арата изъ Солъ: Φαινόμενα и Διοσημεῖα, подъ общимъ заглавіемъ Aratea. Изд. Breysig Berol. 1867.

[2]) Вышеупомянутыя произведенія Арата были переведены и Цицерономъ. См. Orelli Cicer. op. IV. 2 p. 516.

[3]) Virgil. Georg. 1. 126.

[4]) in medium quaerere, пріобрѣтать такъ, что плоды этого пріобрѣтенія идутъ не отдѣльной личности, а всѣмъ (in medium).

[5]) Ovid. Mtmrph. 1. 111.

[6]) Virg. Aen. 8. 320.

[7]) Germ. Arat. 136.

Quomodo enim poterat in eius regno residere aut commorari, qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exsulem toto orbe iactavit?

Ille [1]) malum virus serpentibus addidit atris,
Praedarique lupos iussit,

id est odium et invidiam et dolum hominibus inseruit, ut tam essent, quam serpentes, venenati, tam rapaces, quam lupi. Quod quidem vere faciunt ii, qui iustos ac fideles deo persequuntur, dantque iudicibus saeviendi adversus innoxios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iuppiter fecerit ad expugnandam tollendamque iustitiam, et idcirco efferasse serpentes ac lupos acuisse traditur.

Tum [2]) belli rabies et amor successit habendi.

Neque immerito. Sublata enim dei religione, boni quoque ac mali [3]) scientiam perdiderunt. Sic hominibus intercidit communitas vitae et diremptum est foedus societatis humanae. Tum inter se manus conserere coeperunt, et insidiari, et gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

Cap. 6. Quorum omnium malorum fons cupiditas erat, quae scilicet ex contemptu verae maiestatis erupit. Non tantum enim non participabant aliis ii, quibus aliquid affluebat, sed aliena quoque rapiebant, in privatum lucrum trahentes omnia; et quae antea in usus omnium etiam singuli laborabant, in paucorum domos conferebantur. Ut enim ceteros servitio subiugarent, inprimis necessaria vitae subducere et colligere coeperunt eaque firmiter conclusa servare, ut beneficia caelestia facerent sua, non propter humanitatem, quae nulla in his erat, sed ut omnia cupiditatis et avaritiae instrumenta corraderent. Leges etiam sibi iustitiae nomine munitas, iniquissimas iniustissimasque sanxerunt, quibus rapinas et avaritiam suam contra vim multitudinis tuerentur. Tantum igitur auctoritate, quantum viribus, aut opibus, aut malitia praevalebant. Et quoniam nullum in his vestigium iustitiae fuit, cuius officia sunt humanitas, aequitas, misericordia, iam superba et tumida inaequalitate gaudebant; altioresque ceteris hominibus, satellitum comitatu, et ferro, et insigni veste fulgebant. Hinc honores sibi, et purpuras, et fasces [4]) invenerunt, ut securium gladiorumque terrore subnixi, quasi iure dominorum perculsis ac paventibus imperarent. In hac conditione humanam vitam rex ille constituit, qui, debellato ac fugato parente, non regnum, sed impiam tyrannidem vi et hominibus armatis occupavit, et aureum illud iustumque seculum sustulit; coëgitque homines malos et impios fieri, vel ex hoc ipso, quod eos avertit a deo

---

[1]) Virg. Georg. 1. 129.

[2]) Virg. Aen. 8. 327.

[3]) boni u mali Gen. sing.

[4]) fasces, какъ знакъ царскаго достоинства.

ad se adorandum: quod terror insolentissimae potestatis expresserat. Quis enim non metueret eum, quem arma cingebant, quem ferri et gladiorum fulgor insuetus circumdabat? aut cui parceret alieno, qui ne patri quidem suo pepercerat? quem vero metueret, qui Titanum robustam et excellentem viribus gentem bello vicerat, occisione deleverat? Quid mirum, si omnis multitudo, insolito metu pressa, in unius adulationem concesserat? Hunc venerabantur, huic honorem maximum deferebant. Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obsequii iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus viderentur, si pie viverent. Sic assidua imitatione corrupti, divinum fas reliquerunt; et paulatim male vivendi consuetudo mos factus est. Nec iam quicquam ex antecedentis seculi pio atque optimo statu mansit, sed explosa iustitia et veritatem secum trahens reliquit hominibus errorem, ignorantiam, caecitatem. Imprudenter igitur poëtae [1]), qui eam ad caelum confugisse cecinerunt, ad Iovis regnum. Si enim seculo, quod vocant aureum, iustitia in terra fuit, a Iove utique pulsa est, qui aureum seculum commutavit. Seculi autem commutatio et expulsio iustitiae nihil aliud, ut dixi, quam desertio divinae religionis putanda est, quae sola efficit, ut homo hominem carum habeat, eumque sibi fraternitatis vinculo sciat esse constrictum, siquidem pater idem omnibus deus est; ut dei patrisque communis beneficia cum iis, qui non habent, partiatur, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hospiti, non aurem precanti, sed sit largus, beneficus, liberalis: quas regias esse laudes Tullius [2]) existimavit. Haec est profecto iustitia, et hoc aureum seculum, quod Iove regnante primum corruptum, mox et ipso, et omni eius progenie consecrata, deorumque multorum cultu suscepto, fuerat omne sublatum.

Cap. 7. Sed deus, ut parens indulgentissimus, appropinquante ultimo tempore, nuntium misit, qui vetus illud seculum fugatamque iustitiam reduceret, ne humanum genus maximis et perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporis, et reddita quidem terrae, sed paucis assignata iustitia est, quae nihil aliud est, quam dei unici pia et religiosa cultura. Sed moveat aliquem fortasse, cur, si haec sit iustitia, non omni humano generi sit data, nec in eam multitudo universa consenserit. Magnae hoc disputationis est, cur a deo, cum iustitiam terrae daret, sit retenta diversitas: quod et alio loco declaravi [3]), et ubicumque opportune inciderit, explicabitur. Nunc designare id brevissime satis est: Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat vitia contraria, aut non esse perfectam, nisi exerceatur adversis. Hanc enim deus bonorum ac malorum voluit esse distantiam, ut qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex

[1]) poëtae sc. fecerunt.
[2]) Цицеронъ въ рѣчи pro rege Deiotaro c. 9.
[3]) именно кн. II, гл. 17.

bono; nec alterius ratio intellegi, sublato altero, potest. Deus ergo non exclusit malum, ut ratio virtutis constare posset. Quomodo enim patientia vim suam nomenque retineret, si nihil esset, quod pati cogeremur? Quomodo laudem mereretur devota deo suo fides, nisi esset aliquis, qui a deo vellet avertere? Nam et ideo potentiores esse iniustos permisit, ut cogere ad malum possent; ideo plures, ut virtus esset pretiosa, quod rara est. Quod quidem ipsum Quintilianus egregie ac breviter ostendit in capite obvoluto [1]). Nam quae, inquit, virtus esset innocentia, nisi laudem raritas dedisset? Verum quia natura sic comparatum est, ut odium, cupiditas, ira in id, quod incubuerint, agant caecos, supra hominem videtur, culpa vacare. Alioquin si natura pares omnibus affectus dedisset, pietas nihil erat. Hoc quam verum sit, docet necessitas ipsa rationis. Si enim virtus est malis ac vitiis fortiter repugnare, apparet, sine malo ac vitio nullam esse virtutem: quam deus ut absolutam perfectamque redderet, retinuit id, quod erat ei contrarium, cum quo depugnare posset. Agitata enim malis quatientibus, stabilitatem capit; et quanto frequenter [2]) impellitur, tanto firmiter roboratur. Haec nimirum causa efficit, ut quamvis sit hominibus missa iustitia, tamen aureum seculum non esse dicatur, quia malum non sustulit, ut retineret diversitatem, quae sacramentum divinae religionis continet sola.

Cap. 8. Qui ergo putant iustum esse neminem, ante oculos habent iustitiam, sed eam nolunt cernere. Quid est enim, cur illam vel in carminibus, vel in omni sermone describant, conquerentes eius absentiam, cum sit facillimum, bonos esse, si velint? Quid vobis inanem iustitiam depingitis, et optatis cadere de caelo, tamquam in aliquo simulacro figuratam? Ecce in conspectu vestro est: suscipite, si potestis, eamque in domicilio vestri pectoris collocate; nec difficile aut alienum a temporibus existimetis. Estote aequi ac boni; et sequetur vos sua sponte iustitia, quam quaeritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus vestris; et statim vobis tempus illud aureum revertetur: quod aliter consequi non potestis, quam si deum verum colere coeperitis. Vos autem manente cultu deorum, iustitiam desideratis in terra, quod fieri nullo pacto potest; sed ne tum quidem potuit, cum putatis, quia nondum natis diis istis, quos impie colitis, necesse est unius dei cultum fuisse per terram: eius scilicet qui exsecratur malitiam exigitque bonitatem, cuius templum est, non lapides, aut lutum, sed homo ipse, qui figuram dei gestat; quod templum non auro et gemmarum donis corruptibilibus, sed aeternis virtutum muneribus ornatur. Discite igitur, si quid vobis reliquae mentis est, homines ideo malos et iniustos esse, quia dii coluntur;

[1]) Кто такой этотъ Квинтиліанъ, и что за сочиненіе: caput obvolutum (= opertum), неизвѣстно. Сл. 1. 21. optime Quintilianus in Fanatico. Можетъ быть, это Христіанскій писатель.
[2]) подраз. magis.

et ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere, quia deus, mundi huius effector et gubernator, derelictus est; quia susceptae sunt, contra quam fas est, impiae religiones; postremo, quia ne coli quidem vel a paucis deum sinitis. Quodsi solus deus coleretur, non essent dissensiones et bella, cum scirent homines, unius se dei filios esse, ideoque divinae necessitudinis sacro et inviolabili vinculo copulatos: nullae fierent insidiae, cum scirent, cuiusmodi poenas deus animarum interfectoribus praepararet, qui clandestina scelera et ipsas etiam cogitationes pervidet: non essent fraudes, neque rapinae, si deo praecipiente, didicissent et suo et parvo esse contenti, ut fragilibus et caducis solida et aeterna praeferrent: non essent adulteria.... non essent igitur, ut dixi, haec omnia in terris mala, si ab omnibus in legem dei coniuraretur [1]); si ab universis fierent, quae unus noster populus operatur. Quam beatus esset, quamque aureus humanarum rerum status, si per totum orbem mansuetudo, et pietas, et pax, et innocentia, et temperantia, et fides moraretur! Denique ad regendos homines non opus esset tam multis et tam variis legibus, cum ad perfectam innocentiam dei lex una sufficeret; neque carceribus, neque gladiis praesidum, neque terrore poenarum, cum praeceptorum caelestium salubritas humanis pectoribus infusa, ultro ad iustitiae opera homines erudiret. Nunc autem mali sunt ignoratione recti ac boni. Quod quidem Cicero vidit; disputans enim de legibus: Sicut una, inquit [2]), eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi [3]), pravitate dissentiunt; nec se intellegunt esse consanguineos et subiectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profecto vitam homines viverent. Universa igitur mala, quibus humanum genus seipsum invicem conficit, iniustus atque impius deorum cultus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem deum, tamquam prodigi ac rebelles liberi abnegassent.

Cap. 9. Nonnumquam tamen sentiunt se malos esse, et veterum seculorum statum laudant, et de [4]) suis moribus meritisque [5]) coniectant abesse iustitiam: quam adversantem oculis suis non tantum non suscipiunt nec agnoscunt, verum etiam violenter oderunt, et persequuntur, et exterminare contendunt. Fingamus hanc interim non esse iustitiam, quam nos sequimur: quomodo, si illa venerit, quam veram putant, eam recipient? Qui laniant et occidunt eos, quos et ipsi fatentur imitatores esse iustorum, quia bona operentur et iusta, cum si tantummodo malos occiderent, digni essent, ad quos iustitia

[1]) coniurare in legem dei = lege dei obstringi, legem sequi.
[2]) Цицероново сочинение, изъ котораго заимствованы эти слова, неизвѣстно.
[3]) = mixti, copulati.
[4]) = ex.
[5]) meritum здѣсь in malam partem.

non veniret: cui nulla fuit alia causa linquendi terram, quam humani cruoris effusio. Quanto magis, cum pios interficiant, et ipsos iustitiae sectatores pro hostibus ducant, imo vero plus quam pro hostibus? Quibus utique, cum animas eorum, et opes, et liberos ferro et igni appetant, tamen parcitur victis, et est locus inter arma clementiae; aut si adeo saevire placuit, nihil plus in eos fit, quam ut occidantur, vel in servitutem abducantur. Hoc vero inenarrabile est, quod fit adversus eos, qui malefacere nesciunt: et nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbissimi iustitiae facere mentionem, qui feras immanitate vincunt, qui placidissimum dei gregem vastant,

lupi ceu [1])
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit caecos rabies.

Verum hos non ventris, sed cordis rabies efferavit; nec atra in nebula, sed aperta praedatione grassantur; nec eos umquam conscientia scelerum revocat, ne sanctum ac pium nomen iustitiae ore illo violent, quod cruore innocentium tamquam rictus bestiarum madet. Huius tanti et tam pertinacis odii quam potissimum causam esse dicamus? Utrumne veritas odium parit, ut ait poëta [2]), quasi divino spiritu instinctus, an erubescunt coram iustis et bonis esse nequam? an potius utrumque? Nam et veritas ideo semper invisa est, quod is, qui peccat, vult habere liberum peccandi locum; nec aliter se putat malefactorum voluptate securius perfrui posse, quam si nemo sit, cui delicta non placeant. Ergo tamquam scelerum et malitiae suae testes exstirpare funditus nituntur et tollere, gravesque sibi putant, tamquam vita eorum coarguatur. Cur enim sint aliqui intempestive boni, qui corruptis moribus publicis, convitium bene vivendo faciant? cur non omnes sint aeque mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulenti? quin potius auferantur, quibus coram male vivere pudet: qui peccantium frontem, etsi non verbis, quia tacent, tamen ipso vitae genere dissimili feriunt et verberant. Castigare enim videtur, quicumque dissentit. Nec est magnopere mirandum, si adversus homines ista fiunt, cum adversus ipsum deum propter eandem causam insurrexerit etiam populus in spe constitutus nec dei nescius [3]); sequiturque [4]) iustos eadem necessitas, quae ipsum iustitiae violavit auctorem. Vexant ergo, et exquisitis poenarum generibus excruciant, parumque habent interficere, quos oderunt, nisi etiam crudelitas corporibus illudat. Si qui autem doloris vel mortis metu, vel suapte perfidia caeleste sacramentum deseruerint, et ad funesta sacrificia con-

[1]) Virg. Aen. 11, 355.
[2]) Terent. Andr. 1. 1. 41.
[3]) т. е. Іуден. Срвн. Дѣян. 26. 6.
[4]) sequi = persequi.

senserint, eos laudant et honoribus mactant, ut eorum exemplo ceteros illiciant. Qui autem magni aestimaverint fidem cultoresque se dei non abnegaverint, in eos vero totis carnificinae suae viribus, veluti sanguinem sitiant, incumbunt; et desperatos [1]) vocant, quia corpori suo minime parcunt: quasi quicquam desperatius esse possit, quam torquere ac dilaniare eum, quem scias esse innocentem. Adeo nec pudor ullus apud eos superest, a quibus abest omnis humanitas et retorquent in homines iustos convitia sibi congruentia. Impios enim vocant, ipsi scilicet pii et ab humano sanguine abhorrentes; cum si et actus suos considerent, et illorum, quos tamquam impios damnant, iam intellegant, quam mendaces sint, et iis omnibus, quae adversus bonos aut dicunt, aut faciunt, digniores. Non enim de nostro, sed ex illorum numero semper exsistunt, qui vias obsideant armati, maria praedentur; vel si palam grassari non licuit, venena clam temperent; qui uxores necent, ut dotes earum lucrentur, aut maritos, ut adulteris nubant; qui natos ex se pueros aut strangulent, aut, si nimium pii fuerint, exponant; qui libidines incestas nec a filia, nec a sorore, nec a matre, nec a sacerdote [2]) contineant; qui adversus cives suos patriamque coniurent; qui nec culeum [3]) metuant; qui denique sacrilegia committant, et deorum, quos colunt, templa dispolient et, ut quae levia sunt atque usitata dicamus, qui hereditates captent; testamenta supponant, iustos heredes vel auferant [4]) vel excludant; qui ne vitae quidem suae parcant, sed exstinguendas publice animam suas vendant [5]); qui, si iudices sedeant, aut immeritos [6]) perdant mercede corrupti, aut noxios impune dimittant; qui caelum quoque ipsum veneficiis [7]) appetant, tamquam illorum malitiam terra non capiat. Haec, inquam, et his plura scelera utique ab iis fiunt, qui deos colunt. Quis inter haec tot ac tanta iustitiae locus est? Et ego de multis pauca collegi, non ut arguerem, sed ut ostenderem. Qui volent scire omnia, Senecae libros in manus sumant, qui morum vitiorumque publicorum et descriptor verissimus et accusator acerrimus fuit. Sed et Lucilius [8]) tenebrosam istam vitam circumscripte [9]) breviterque depinxit his versibus [10]):

[1]) = отчаянный.
[2]) sacerdos = virgo Vestalis.
[3]) такъ называемая poena culei, прилагавшаяся къ отцеубійцамъ, которыхъ зашивали въ мѣшокъ вмѣстѣ съ нѣкоторыми животными и бросали въ воду. Cic. pro Rosc. Amer. XI.
[4]) auferre heredem въ см. изводить.
[5]) намекъ на лицъ, поступавшихъ за извѣстную плату въ труппы гладіаторовъ (auctorati).
[6]) = innocentes.
[7]) можетъ быть, намекается на извѣстныя чары, которыми думали воздѣйствовать на луну.
[8]) C. Lucilius изъ Суессы въ землѣ Аврунковъ, 606—651 U., родоначальникъ римской сатиры. См. Модестовъ, Лекціи. Т. 1², стр. 196 сл.
[9]) circumscripte — въ общемъ очеркѣ.
[10]) Lucilii fragm. ed. L. Müller (Lips. 1875) стр. 134.

Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto
Toto itidem pariterque die populusque patresque
Iactare indu [1]) foro se omnes, decedere nusquam.
Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
Verba dare [2]) ut caute possint, pugnare dolose,
Blanditia certare, bonum simulare virum se,
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

Nostro autem populo quid horum potest obiici, cuius omnis religio est, sine scelere ac sine macula vivere? Cum igitur videant, et se ac suos ea, quae diximus, gerere, nostros autem nihil aliud operari, nisi aequum et bonum, poterant, si quid saperent, ex hoc intellegere, et illos, qui bonum faciunt, pios esse, et se impios, qui nefanda committunt. Neque enim fieri potest, ut, qui in omnibus vitae suae actibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in religione, quae rerum omnium caput est; impietas enim suscepta in eo, quod est summum, per cetera universa sequeretur. Aeque fieri non potest, ut ipsi, qui errant in omni vita, non et in religione fallantur, quoniam pietas in summo regulam tenens, tenorem suum servaret in ceteris [3]). Ita fit, ut in utraque parte de conditione rerum, quae geruntur, qualis sit summa ipsa, noscatur.

Cap. 10. Operae pretium est cognoscere illorum pietatem, ut ex iis, quae clementer ac pie faciunt, possit intellegi, qualia sint, quae ab iis contra iura pietatis geruntur. Ac ne quem videar inclementer incessere, aliquam mihi personam poëticam sumam, quae sit vel maximum pietatis exemplum. Apud Maronem [4]) rex ille,

quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior et armis,

quae nobis documenta iustitiae protulit?

Vinxerat [5]) et post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeso [6]) sparsurus sanguine flammas.

Quid potest esse hac pietate clementius, quam mortuis humanas victimas immolare, et ignem cruore hominum, tamquam oleo pascere? Sed fortasse hoc non ipsius vitium fuerit, sed poëtae, qui insignem

[1]) старинная форма = in (сл. ἔνδον), сохранившаяся въ такихъ словахъ, какъ induperator (= imperator), induitium (= initium) и т. п. Iactare indu foro se = in forum se coniicere, conferre.
[2]) verba dare = decipere.
[3]) смыслъ: pietas, находящаяся во главѣ всѣхъ поступковъ (in summo), держитъ въ своихъ рукахъ мѣрило (regulam), и ея направленіе (tenor) сохраняется во всѣхъ прочихъ дѣйствіяхъ.
[4]) P. Vergilius Maro. Aen. 1. 544. Этими чертами обрисованъ характеръ Енея.
[5]) Aen. 11. 81.
[6]) hypallage = caesorum.

pietate virum [1]) insigni scelere foedaverit. Ubi est igitur, o poëta, pietas illa, quam saepissime laudas? Ecce pius Aeneas

Sulmone creatos [2])
Quattuor hic iuvenes, totidem, quos educat Ufens [3]),
Viventes rapit, inferias quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.

Cur ergo dicebat eodem ipso tempore, quo vinctos homines ad immolationem mittebat:

equidem et vivis concedere vellem [4]);

cum quos vivos habebat in potestate, vice pecudum iuberet occidi? Sed haec, ut dixi, culpa non illius fuit, qui litteras fortasse non didicerat, sed tua; qui cum esses eruditus, ignorasti tamen, quid esset pietas, et illud ipsum, quod nefarie, quod detestabiliter [5]) fecit, pietatis esse officium credidisti. Videlicet ob hoc unum pius vocatur, quia patrem dilexit. Quid quod bonus Aeneas haud aspernanda precantes [6]) trucidavit? Adiuratus enim per eundem patrem et spes surgentis Iuli [7]), nequaquam pepercit, furiis accensus et ira [8]). Quisquamne igitur hunc putet aliquid in se virtutis habuisse, qui et furore, tamquam stipula, exarserit, et manium patris, per quem rogabatur, oblitus, iram frenare non quiverit? Nullo igitur modo pius, qui non tantum non repugnantes, sed etiam precantes interemit. Dicet hic aliquis: quae ergo, aut ubi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus servant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemque animi furorem tranquilla moderatione lenire. Quanta igitur caligo, quanta tenebrarum et errorum nubes hominum pectora obduxit, qui cum se maxime pios putant, tum maxime fiunt impii? Quanto enim religiosius terrenis istis simulacris inserviunt, tanto magis scelerati adversus nomen verae divinitatis exsistunt. Itaque pro merito impietatis suae gravioribus malis saepe vexantur; quorum causam quia nesciunt, fortunae culpa omnis adscribitur, et locum invenit Epicuri philosophia, nihil ad deos pertinere censentis, nec gratia eos tangi, nec ira moveri [9]),

[1]) Aen. 1. 10.
[2]) Aen. 10. 517. Sulmo, городъ въ землѣ Вольсковъ. Одноименный городъ былъ и въ землѣ Пелигновъ.
[3]) Ufens, рѣка въ Лаціумѣ.
[4]) Aen. 11, 111.
[5]) = cum detestatione.
[6]) Aen. 11. 106.
[7]) Aen. 10, 524. Iulus s. Ascanius, сынъ Енея.
[8]) Aen. 12. 946.
[9]) Сл. Lucret. 1, 56. Omnis enim per se divom (= divorum) natura necessest Immortali aevo summa cum pace fruatur, ...Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

quia et contemptores eorum saepe videant beatos, et cultores saepe miseros. Quod eo fit, quia cum religiosi videantur, et natura boni, nihil tale creduntur mereri, quale saepe patiuntur. Consolantur se tamen accusatione fortunae; nec sentiunt, quod si esset ulla, cultoribus suis numquam noceret. Merito igitur huiusmodi pietatem poena consequitur, et offensa divinitas scelere hominum prave religiosorum, gravi eos infortunio mactat; qui licet sanctis moribus vivant in summa fide atque innocentia, tamen, quia deos colunt, quorum ritus impios ac profanos deus verus odio habet, a iustitia et a nomine verae pietatis alieni sunt. Nec est difficile docere, cur deorum cultores boni et iusti esse non possint. Quomodo enim sanguine abstinebunt, qui colunt cruentos deos, Martem atque Bellonam [1])? quomodo aut parentibus parcent, qui expulsorem patris sui Iovem? aut natis ex se infantibus, qui Saturnum [2])? quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam [3]), et adulteram, et quasi apud deos prostitutam? quomodo se a rapinis et fraudibus abstinebunt, qui Mercurii furta [4]) noverunt, docentis, non fraudis esse decipere, sed astutiae? quomodo libidines coërcebunt, qui Iovem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceterosque venerantur, quorum adulteria et stupra... non tantum doctis nota sunt, sed exprimuntur etiam in theatris, atque cantantur [5]), ut sint omnibus notiora? Possuntne inter haec iusti esse homines, qui, etiamsi natura sint boni, ab ipsis tamen diis erudiantur ad iniustitiam? Ad placandum enim deum, quem colas, iis rebus opus est, quibus illum gaudere ac delectari scias. Sic fit, ut vitam colentium deus pro qualitate numinis sui formet, quoniam religiosissimus est cultus, imitari.

Cap. 11. Iis igitur hominibus, qui deorum suorum moribus congruunt, quia gravis est et acerba iustitia, eandem impietatem suam, qua in ceteris rebus utuntur, adversus iustos violenter exercent. Nec immerito a prophetis bestiae nominantur. Praeclare itaque M. Tullius [6]): Etenim si nemo est, inquit, quin emori malit, quam converti in aliquam figuram bestiae, quamvis hominis mentem habiturus, quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato? Mihi quidem tanto [7]) videtur, quanto praestabilior est animus corpore. Aspernantur [8]) itaque corpora beluarum, quibus sunt ipsi saeviores; sibique adeo placent, quod homines nati sint, quorum nihil, nisi lineamenta et sum-

[1]) Bellona, женское божество войны.
[2]) Ибо Сатурнъ, по преданію, хотѣлъ убить Юпитера изъ боязни лишиться царства.
[3]) т. е. Venerem.
[4]) напр. похищеніе быковъ у Аполлона и т. п.
[5]) exprimuntur, въ пьесахъ, состоявшихъ изъ одной орхестики (pantomimi), а cantantur, въ пьесахъ, заключавшихъ въ себѣ и нѣчіе (mimi). Содержаніе тѣхъ и другихъ было крайне безнравственно.
[6]) M. Tullius Cicero, въ недошедшемъ до насъ сочиненіи.
[7]) sc. miserius.
[8]) = accipere detrectant.

mam [1]) figuram gerunt. Nam quis Caucasus, quae India, quae Hyrcania [2]) tam immanes, tam sanguinarias umquam bestias aluit? Quoniam ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem furit, fameque sedata, protinus conquiescit. Illa est vera bestia, cuius una iussione

> Funditur [3]) ater ubique cruor, crudelis ubique
> Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

Nemo huius tantae beluae immanitatem potest pro merito describere, quae uno loco recubans, tamen per totum orbem ferreis dentibus saevit, et non tantum artus hominum dissipat [4]), sed et ossa ipsa comminuit, et in cineres furit, ne quis exstet sepulturae locus; quasi vero id affectent, qui deum confitentur, ut ad eorum sepulcra veniatur, ac non ut ipsi ad deum perveniant. Quaenam illa feritas, quae rabies, quae insania est, lucem vivis, terram mortuis denegasse [5])? Dico igitur, nihil esse miserius iis hominibus, quos ministros furoris alieni, quos satellites impiae iussionis necessitas aut invenit, aut fecit [6]). Non enim honor ille aut provectio dignitatis [7]) fuit, sed hominis damnatio ad carnificinam, dei [8]) vero ad poenam sempiternam. Quae autem per totum orbem singuli gesserint, enarrare impossibile est. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? Accepta enim potestate pro suis moribus quisque saeviit. Alii prae nimia timiditate plus ausi sunt, quam iubebantur; alii suo proprio adversum iustos odio; quidam naturali mentis feritate; nonnulli ut placerent et hoc officio viam sibi ad altiora munirent; aliqui ad occidendum praecipites exstiterunt, sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo [9]) concremavit. Sed hic quanto saevior, tanto clementior invenitur. Illud vero pessimum genus est, cui clementiae species falsa blanditur; ille gravior, ille saevior est carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaque dici non potest, huiusmodi iudices quanta et quam gravia tormentorum genera excogitaverint, ut ad effectum propositi sui pervenirent. Haec autem non tantum ideo faciunt, ut gloriari possint, nullum se innocentium peremisse: nam et ipse audivi aliquos gloriantes, quod administratio sua in hac parte fuerit incruenta, sed et invidiae causa,

[1]) = extremam.
[2]) Мѣстности, въ которыхъ находилось множество дикихъ звѣрей. Hyrcania, мѣстность къ С. и З. отъ Каспійскаго моря (mare Hyrcanium).
[3]) Virg. Aen. 11. 646. 2. 368. plurima mortis imago = multi morientes.
[4]) dissipare = laniare, lacerare.
[5]) denegasse—аористическое perfectum.
[6]) разумѣются praesides или iudices въ провинціяхъ, производившіе слѣдствія надъ Христіанами.
[7]) ср. provehere ad dignitatem.
[8]) dei зависитъ отъ poenam.
[9]) conventiculum—мѣсто молитвенныхъ собраній Христіанъ.

ne aut ipsi vincantur [1]), aut illi virtutis suae gloriam consequantur. Itaque in excogitandis poenarum generibus nihil aliud, quam victoriam cogitant. Sciunt enim, certamen esse illud et pugnam. Vidi ego in Bithynia praesidem [2]) gaudio mirabiliter elatum, tamquam barbarorum gentem aliquam subegisset, quod unus, qui per biennium magna virtute restiterat, postremo cedere visus esset. Contendunt igitur, ut vincant, et exquisitos dolores corporibus immittunt, et nihil aliud devitant, quam ut ne torti moriantur; quasi vero mors tantummodo beatos faciat, ac non etiam tormenta, quanto fuerint graviora, tanto maiorem virtutis gloriam pariant. Illi autem pertinaci stultitia iubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, et reparetur novus sanguis ad poenam. Quid tam pium, tam beneficum, tam humanum fieri potest? Non curassent tam sollicite, quos amarent. Haec est deorum disciplina: ad haec opera cultores suos erudiunt; haec sacra desiderant: quin etiam sceleratissimi homicidae contra pios impia iura condiderunt. Nam et constitutiones [3]) sacrilegae et disputationes iurisperitorum [4]) leguntur iniustae. Domitius [5]) de officio proconsulis libro septimo rescripta principum [6]) nefaria collegit, ut doceret, quibus poenis affici oporteret eos, qui se cultores dei confiterentur.

Cap. 12. Quid iis facias, qui ius vocant carnificinas veterum tyrannorum adversus innocentes rabide saevientium? Et cum sint iniustitiae crudelitatisque doctores, iustos esse se tamen ac prudentes videri volunt, caeci, et hebetes, ac rerum et veritatis ignari. Adeone vobis, o perditae mentes, invisa iustitia est, ut eam summis sceleribus adaequetis? adeone apud vos perit innocentia, ut ne morte quidem simplici dignam iudicetis, sed supra omnia facinora habeatur nullum facinus admittere, pectusque purum ab omni sceleris contagione praestare? Et quoniam communiter [7]) cum deorum cultoribus loquimur, liceat per vos benefacere vobiscum. Haec est enim lex nostra, hoc opus, haec religio. Si vobis sapientes videmur, imitamini: si stulti, contemnite, aut etiam ridete, si libet; nobis enim stultitia nostra prodest. Quid laceratis? quid affligitis? Non invidemus sapientiae vestrae. Hanc stultitiam malumus, hanc amplectimur. Hoc

[1]) вслѣдствіе того, что Христіанинъ предпочтетъ умереть, чѣмъ склониться на ихъ убѣжденія.
[2]) praesides provinciarum здѣсь общее обозначеніе управителей провинціями.
[3]) constitutiones, преимущественно императорскія распоряженія, едикты, предписанія и т. п.
[4]) disputationes iurisperitorum = sententiae et opiniones.
[5]) Domitius Ulpianus изъ Тира † 228, знаменитый юристъ. Его сочиненіе de officio proconsulis состояло изъ X книгъ (см. Rudorff, въ Abh. d. Berlin. Akad. 1866).
[6]) rescripta principum суть отвѣты императоровъ на вопросы того или другаго лица, преимущественно управителя провинціи, касательно какихъ нибудь случаевъ, въ которыхъ онъ не зналъ, какъ поступить.
[7]) = in genere, in universum.

nobis credimus expedire, ut vos diligamus, et in vos ipsos, qui odistis, omnia conferamus [1]). Est apud Ciceronem [2]) non abhorrens a vero locus in ea disputatione, quae habetur a Furio contra iustitiam: Quaero, inquit, si duo sint, quorum alter optimus vir, aequissimus, summa iustitia, singulari fide, alter insignis scelere et audacia, et si in eo sit errore civitas, ut bonum illum virum sceleratum, facinorosum, nefarium putet, contra autem qui sit improbissimus, existimet esse summa probitate ac fide, proque hac opinione omnium civium bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique adferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur, exterminetur, egeat, postremo, iure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur, omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes undique copiae conferantur, vir denique optimus omnium existimatione et dignissimus omni fortuna optima iudicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet, utrum se esse malit? Profecto quasi divinaret, quae nobis mala et quo modo eventura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Haec enim populus noster patitur omnia, errantium pravitate. Ecce in eo est errore civitas vel potius orbis ipse totus, ut bonos et iustos viros, tamquam malos et impios persequatur, excruciet, damnet, occidat. Nam quod ait, neminem esse tam dementem, qui dubitet, utrum se esse malit: ille quidem, ut is, qui contra iustitiam disserebat. hoc sensit, malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quam bonum cum mala. A nobis autem absit haec amentia, ut falsum vero anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi pendebit erroribus, quam ex conscientia nostra, et iudicio dei? aut aliqua nos felicitas illiciet umquam, ut non potius veram bonitatem cum omni malo, quam falsam cum omni prosperitate malimus [3])? Sua sibi habeant regna reges, suas divitias divites, ut loquitur Plautus [4]), suam vero prudentiam prudentes; relinquant nobis stultitiam nostram, quam vel ex hoc apparet esse sapientiam, quod eam nobis invident. Quis enim stulto invideat, nisi qui ipse sit stultissimus? Illi autem non sunt adeo stulti, ut stultis invideant; sed ex eo, quod accurate, quod sollicite persequuntur, stultos non esse concedunt. Cur enim tam crudeliter saeviant, nisi quia metuunt, ne in dies invalescente iustitia, cum diis suis cariosis [5]) relinquantur? Si ergo cultores deorum sapientes sunt, et nos stulti, quid metuunt, ne sapientes illiciantur a stultis?

[1]) conferre in aliquem omnia = приносить кому л. всякаго рода пользу.
[2]) de republ. 3, 17. Furius, одно изъ дѣйствующихъ лицъ въ этомъ разговорѣ, есть L. Furius Philus, cos. 618 U.
[3]) potius malimus, плеоназмъ не рѣдкій у Лакт.
[4]) Curculio 1, 3, 22.
[5]) dii языческіе зовутся cariosi, потому что, вслѣдствіе успѣхія Христіанской iustitia, они дѣлаются гнилыми и безсильными.

Cap. 13. Cum autem noster numerus semper de deorum cultoribus augeatur [1]), numquam vero, ne in ipsa quidem persecutione minuatur: quoniam peccare homines, et inquinari sacrificio possunt, averti autem non possunt a deo, valet enim vi sua veritas; quis est tandem tam excors tamque caecus, qui non videat, in utra sit parte sapientia? Sed illi malitia et furore caecantur, ne videant, stultosque arbitrantur esse, qui cum habeant in sua potestate supplicia vitare, cruciari tamen et emori malunt, cum possint ex eo ipso pervidere, non esse stultitiam, in quam tanta [2]) hominum milia per orbem totum una et pari mente consentiant. Si enim feminae sexus infirmitate labuntur: nam interdum isti muliebrem et anilem superstitionem vocant; viri certe sapiunt. Si pueri, si adolescentes improvidi sunt per aetatem, maturi certe ac senes habent stabile iudicium. Si una civitas desipit, ceterae utique innumerabiles stultae esse non possunt. Si una provincia, una natio prudentia caret, ceteras omnes habere intellegentiam recti necesse est. Cum vero ab ortu solis usque ad occasum lex divina [3]) suscepta sit, et omnis sexus, omnis aetas, et gens, et regio, unis ac paribus animis deo serviant, eadem sit ubique patientia, idem contemptus mortis; intellegere debuerant, aliquid in ea re esse rationis, quod non sine causa usque ad mortem defendatur; aliquid fundamenti ac soliditatis, quod eam religionem non tantum iniuriis et vexatione non solvat, sed augeat semper et faciat firmiorem. Nam et in hoc quoque [4]) illorum malitia convincitur; qui evertisse se funditus religionem dei opinantur, si homines inquinaverint [5]), cum et deo satisfacere liceat, et nullus sit tam malus dei cultor, quin, data facultate, ad placandum deum revertatur, et quidem devotione [6]) maiori. Peccati enim conscientia et metus poenae religiosiorem facit, et semper multo firmior est fides, quam reponit poenitentia. Si ergo ipsi, cum deos sibi arbitrantur iratos, tamen donis, et sacrificiis, et odoribus placari eos credunt: quid est tandem, cur deum nostrum tam immitem, tam implacabilem putent, ut videatur is iam Christianus esse non posse, qui diis eorum coactus invitusque libaverit? Nisi forte contaminatos semel putant animum translaturos [7]), ut sua sponte iam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt. Quis id officium libens obeat, quod ab iniuria coepit? quis cum videat laterum suorum cicatrices, non magis oderit deos, propter quos aeterna poenarum insignia et impressas visceribus [8]) suis notas gestet? Ita fit, ut, data divinitus pace [9]), et qui fuge-

[1]) augeatur de cultoribus deorum=cultores deorum augeant numerum nostrum.
[2]) = tot.
[3]) = religio Christiana.
[4]) плеоназмъ, обычный въ позднѣйшей Латыни.
[5]) сл. въ нач. гл. inquinari sacrificio.
[6]) = fides (срв. фр. dévotion).
[7]) animum transferre = mutare, alio esse animo.
[8]) viscera здѣсь вообще въ см. плоти.
[9]) = restituta tranquillitate ecclesiae.

runt, universi redeant, et alius propter miraculum virtutis novus populus accedat. Nam cum videat vulgus dilacerari homines variis tormentorum generibus, et inter fatigatos carnifices invictam tenere patientiam, existimant, id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine deo cruciatus tantos posse superare. Latrones et robusti corporis viri eiusmodi lacerationes perferre non queunt: exclamant, et gemitus edunt; vincuntur enim dolore, quia deest illis inspirata patientia; nostri autem, ut de viris taceam, pueri et mulierculae tortores suos taciti vincunt, et exprimere illis gemitum nec ignis potest. Eant Romani et Mucio [1]) glorientur aut Regulo: quorum alter necandum se hostibus tradidit, quod captivum puduit vivere; alter ab hostibus deprehensus, cum videret, mortem se vitare non posse, manum foco iniecit, ut pro facinore suo satisfaceret hosti, quem voluit occidere, eaque poena veniam, quam non meruerat, accepit: ecce sexus infirmus, et fragilis aetas dilacerari se toto corpore uriique perpetitur, non necessitate, quia licet vitare, si vellent, sed voluntate, quia confidunt deo. Haec est vera virtus, quam philosophi quoque gloriabundi non re, sed verbis inanibus iactant, disserentes, nihil esse tam congruens viri sapientis gravitati atque constantiae, quam nullis terroribus de sententiae proposito posse depelli; sed tanti esse cruciari et emori, ne fidem prodat, ne ab officio discedat, ne metu mortis aut dolore acerbo subactus, aliquid faciat iniustum. Nisi forte delirare illis videtur Flaccus in Lyricis [2]), cum dicit:

Iustum et tenacem propositi virum
Non civium ardor prava iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida.

Quo nihil verius dici potest, si hoc ad eos referatur, qui nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne a fide iustitiaque declinent; qui non tyrannicas iussiones, non praesidum gladios tremunt, quominus veram et solidam libertatem constanti mente defendant, quae in hoc solo tuenda sapientia est. Quis enim tam insolens, tam elatus est, qui me vetet oculos in caelum tollere? quis imponat mihi necessitatem vel colendi, quod nolim, vel quod velim, non colendi? Quid iam nobis ulterius relinquetur, si etiam hoc, quod voluntate fieri oportet, libido extorquet aliena? Nemo istud efficiet, si quid nobis ad contemnendam mortem doloremque virtutis est. Quam constantiam si tenemus, cur stulti iudicamur, facientes ea, quae philosophi laudant?

[1]) Извѣстные: Mucius Scaevola и Alilius Regulus.
[2]) Q. Horatius Flaccus od. III, 3, 1. Смыслъ мѣста: Non furor (ardor) civium res novas molientium, non tyrannus vultu minaci terrens et imminens (instans) mentem firmam et inexpugnabilem (solida) viri iusti et constantis concutit et de statu suo deiicit (quatit).

Recte igitur Seneca [1]) incongruentiam hominibus obiectans, ait: Summa virtus illis videtur magnus animus; et iidem eum, qui contemnit mortem, pro furioso habent, quod est utique summae perversitatis. Sed ii vanarum religionum cultores eadem stultitia id obiiciunt, qua verum deum non intellegunt; quos Sibylla Erythraea [2]) κωφοὺς καὶ ἀνοήτους vocat, surdos scilicet et excordes, qui nec audiant divina nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam [3]) metuant et adorent.

Cap. 14. Quae vero causa sit, ut eos, qui sapientes sunt, stultos putent, magna ratio est; nec enim frustra falluntur. Quae nobis diligenter est explicanda, ut errores suos tandem, si fieri possit, agnoscant. Iustitia suapte natura speciem quandam stultitiae habet, quod ego et divinis et humanis testimoniis confirmare possum. Sed nihil fortasse apud istos agamus, nisi eos de suis doceamus auctoribus, non posse quemquam iustum esse, quod est coniunctum cum vera sapientia, nisi idem stultus esse videatur. Carneades [4]), academicae sectae philosophus, cuius in disserendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit ipsum, ex praedicatione Ciceronis intelleget, aut Lucilii [5]), apud quem disserens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicari, nec si Carneadem ipsum Orcus remittat: is, cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset [6]), disputavit de iustitia copiose, audiente Galba [7]) et Catone censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie contraria disputatione subvertit et iustitiam, quam pridie laudaverat, sustulit, non quidem philosophi gravitate, cuius prudentia firma et stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitii genere in utramque partem disserendi. Quod ille facere solebat, ut alios quidlibet asserentes posset refutare. Eam disputationem, qua iustitia evertitur, apud Ciceronem L. Furius recordatur [8]): credo, quoniam de republica disserebat, ut defensionem laudationemque eius induceret, sine qua putabat regi non posse rempublicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret ac Platonem, iustitiae patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quae pro iustitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, evertere. Erat enim facillimum, iustitiam radices non habentem labefactare, quia tum nulla in terra fuit,

[1]) въ недошедшемъ до насъ сочиненіи.
[2]) Въ т. н. Сивиллиныхъ предсказаніяхъ (χρησμοὶ Σιβυλλιακοί), представляющихъ сборникъ разновременныхъ и разнородныхъ стихотвореній, носящихъ слѣды Христіанства, Іудейства и язычества. Sibylla Erythraea названа такъ отъ Малоазіатскаго города Ерифръ (Erythrae, Ἐρυθραί).
[3]) imaginatam = sculptam, fabricatam.
[4]) Carneades (Καρνεάδης) изъ Киренъ, 215—130, основатель т. н. третьей Академіи.
[5]) Lucilii fragm. ed. L. Müller p. 2.
[6]) въ 156 г. Аѳиняне послали въ Римъ посольство, во главѣ котораго стояли три философа: Карнеадъ, Діогенъ и Критолай.
[7]) Servius Sulpicius Galba, считавшійся первымъ ораторомъ между своими современниками.
[8]) въ сочиненіи: de republica.

ut quid esset aut qualis a philosophis cerneretur. Atque utinam tot ac tales viri quantum eloquentiae, quantum animi, tantum etiam scientiae ad implendam defensionem summae virtutis habuissent, cuius origo in religione, ratio in aequitate est! Sed ii, qui primam illam partem nescierunt, ne secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscripte ac breviter, quid sit, ostendere, ut intellegatur, philosophos ignorasse iustitiam, nec id, quod minime noverant, potuisse defendere. Iustitia quamvis omnes simul virtutes amplectatur, tamen duae sunt omnium principales, quae ab illa divelli separarique non possunt, pietas et aequitas. Nam fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, et cetera huiusmodi vel natura, vel institutis parentum possunt esse in iis hominibus, qui iustitiam nesciunt, sicuti semper fuerunt; nam Romani veteres, qui iustitia gloriari solebant, iis utique virtutibus gloriabantur, quae, ut dixi, proficisci a iustitia possunt, et ab ipso fonte secerni. Pietas vero et aequitas quasi venae sunt eius; his enim duobus fontibus constat tota iustitia, sed caput eius et origo in illo primo est, in secundo vis omnis ac ratio. Pietas autem nihil aliud est, quam dei notio, sicut Trismegistus [1]) verissime definivit, ut alio loco [2]) diximus. Si ergo pietas est, cognoscere deum, cuius cognitionis haec summa est, ut colas, ignorat utique iustitiam, qui religionem dei non tenet. Quomodo enim potest eam ipsam nosse, qui unde oriatur ignorat? Plato quidem multa de uno deo locutus est, a quo ait constitutum esse mundum, sed nihil de religione; somniaverat enim deum, non cognoverat. Quodsi iustitiae defensionem vel ipse, vel quilibet alius implere voluisset, inprimis religiones deorum evertere debuit, quia contrariae sunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentavit, in carcerem coniectus est, ut iam tunc appareret, quid esset futurum iis hominibus, qui iustitiam veram defendere deoque singulari [3]) servire coepissent. Altera est igitur iustitiae pars aequitas; aequitatem dico non utique bene iudicandi, quod et ipsum laudabile est in homine iusto, sed se cum ceteris coaequandi, quam Cicero aequabilitatem vocat. Deus enim, qui homines generat et inspirat, omnes aequos, id est pares esse voluit; eandem conditionem vivendi omnibus posuit; omnes ad sapientiam genuit; omnibus immortalitatem spopondit; nemo a beneficiis eius caelestibus segregatur. Nam sicut omnibus unicum suum lumen aequaliter dividit, emittit omnibus fontes, victum subministrat, quietem somni dulcissimam tribuit, sic omnibus aequitatem virtutemque largitur. Nemo apud eum servus est, nemo dominus; si enim cunctis idem pater est, aequo iure omnes liberi sumus. Nemo deo pauper est, nisi qui iustitia indiget; nemo dives, nisi qui virtutibus plenus est; nemo denique Egregius [1]), nisi qui bonus et innocens fuerit; nemo Clarissimus, nisi qui opera misericordiae largiter fecerit; nemo Perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit. Quare neque Romani, neque Graeci iustitiam tenere potuerunt, quia dispares multis gradibus homines habuerunt, a pauperibus ad divites, ab humilibus ad potentes, a privatis denique usque ad regum sublimissimas potestates. Ubi enim non sunt universi pares, aequitas non est; et excludit inaequalitas ipsa iustitiam, cuius vis omnis in eo est, ut pares faciat eos, qui ad huius vitae conditionem pari sorte venerunt.

[1]) Hermes Trismegistus (Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος), легендарный Египетскій мудрецъ, писавшій весьма много и неоднократно упоминаемый Лактанціемъ (напр. 1, 6, VI, 25 и др.); до насъ дошло подъ его именемъ нѣсколько произведеній (Poemander, Ἰατρομαθηματικά, Περὶ καταλύσεως νοσούντων περιγνωστικά и др.), представляющихъ продукты позднѣйшей эпохи.

[2]) кн. 2, гл. 15.

[3]) = unico.

[1]) Egregius былъ почетный титулъ, точно такъ же, какъ Clarissimus и Perfectissimus. Изъ нихъ самымъ высокимъ считался Clarissimus, придававшійся лицамъ сенаторскаго сословія.

[2]) ficti = creati, съ намекомъ на созданіе перваго человѣка изъ персти.

[3]) Anaxagoras (см. выше къ V, 3).

[4]) Non quia exterius quoque sacrificium Deo non sit acceptissimum, sed haec saepe prisci patres ingerebant auribus ethnicorum, qui sceleribus omnibus cooperti se religiosos putabant si templa et aras hostiarum sanguine cruentarent, tamquam deus victimis indigeret. Le Brun.

2.

Institutiones. Lib. VI.

Cap. 1. Quod erat officium suscepti muneris, divino spiritu instruente ac suffragante ipsa veritate complevimus: cuius asserendae atque illustrandae causam mihi et scientiam et fides et ipse dominus noster imposuit, sine quo nec sciri quicquam potest nec explicari. Venio nunc ad id, quod est summum operis huius et maximum, ut doceam quo ritu quove sacrificio deum coli oporteat. Id enim est hominis officium, in eoque solo summa rerum et omnis beatae vitae ratio consistit: quandoquidem propterea ficti [2]) et inspirati ab eo sumus, non ut caelum videremus et solem, quod Anaxagoras [3]) putavit, sed ut artificem solis et caeli deum pura et integra mente coleremus. Quamvis autem praecedentibus libris, pro ingenii mediocritate, defenderim veritatem, tamen ex ritu quoque ipso elucere vel maxime potest. Nihil enim sancta et singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam: quam si quis obtulerit deo, satis pie, satis religiose litavit [4]). Homines autem neglecta iustitia, cum sint omnibus flagitiis ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si templa et aras hostiarum sanguine cruentaverint, si

focos odorati ac veteris vini profusione madefecerint. Quin etiam sacras dapes apparant et exquisitas epulas, quasi aliquid inde libaturis [1]) offerunt. Quicquid aspectu rarum, quicquid opere aut odore pretiosum est, id gratum esse diis suis non ex aliqua divinitatis ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus iudicant; nec intellegunt, terrenis opibus deum non indigere. Nihil enim sapiunt, nisi terram, bonaque et mala solius corporis sensu et voluptate perpendunt. Huius arbitrio ut religionem ponderant, sic totius vitae suae acta disponunt: et quoniam se semel a caeli contemplatione averterunt sensumque illum caelestem corpori mancipaverunt, libidinibus frena permittunt, tamquam secum ablaturi voluptatem, quam momentis omnibus capere testinant, cum animus ministerio corporis, non corpus ministerio animi uti debeat. Iidem maximum bonum iudicant opes. Quas si bonis artibus assequi non possunt, malis assequuntur: fraudant, rapiunt, spoliant, insidiantur, abiurant, nihil denique moderati aut pensi habent, dummodo auro coruscent, argento, gemmis, vestibus fulgeant, avidissimo ventri opes ingerant, stipati familiarum [2]) gregibus per dimotum [3]) populum semper incedant. Sic addicti et servientes voluptatibus, vim vigoremque mentis exstinguunt, et cum vivere se maxime putant, ad mortem concitatissime properant. Nam, sicut in secundo libro [4]) docuimus, caeli ratio in animo, terrae autem in corpore est. Qui bona neglegunt animi et corporis appetunt, in tenebris ac morte versantur, quae sunt terrae atque corporis, quia vita et lumen de caelo est: cuius quoniam expertes sunt, corpori serviendo, longe absunt ab intellectu rerum divinarum. Eadem miseros ubique caecitas premit: sicut enim qui [5]) sit verus deus, ita qui sit verus cultus, ignorant.

Cap. 2. Mactant igitur opimas ac pingues hostias deo, quasi esurienti; profundunt vina, tamquam sitienti; accendunt lumina velut in tenebris agenti. Quodsi suspicari aut percipere animo possent, quae sint bona illa caelestia, quorum magnitudinem, terreno adhuc corpore obvoluti, sensu capere non possumus, iam se cum his officiis inanibus stultissimos esse cognoscant. Vel si caeleste lumen, quod dicimus solem, contemplari velint, iam sentient, quam non indigeat lucernis eorum deus, qui ipse in usum hominis tam claram, tam candidam lucem dedit. Et tamen cum in tam parvo circulo, qui propter longinquitatem non amplius, quam humani capitis videtur habere mensuram, tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies non queat contueri et si paulisper intenderis, hebetatos oculos caligo ac tenebrae consequantur: quid tandem luminis, quid claritatis apud

[1]) libaturis sc. diis = gustaturis.
[2]) familiarum = servorum.
[3]) sc. a servis, aut, si magistratus essent, a lictoribus (= summovere).
[4]) въ гл. 12.
[5]) = quis.

ipsum deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur? Qui hanc ipsam lucem sic moderatus est, ut neque nimio fulgore, neque calore vehementi noceret animantibus, tantumque istarum rerum dedit ei, quantum aut mortalia corpora pati possent, aut frugum maturitas postularet. Num igitur mentis suae compos putandus est, qui auctori et datori luminis candelarum ac cerarum lumen offert pro munere? Aliud vero ille a nobis exigit lumen, et quidem non fumidum, sed, ut ait poëta [1]), liquidum atque clarum, mentis scilicet, propter quod a poëtis φῶς nuncupatur, quod exhibere non potest, nisi qui deum agnoverit. Illorum autem dii, quia terreni sunt, egent luminibus, ne in tenebris sint; quorum cultores, quia caeleste nihil sapiunt, etiam religiones, quibus deserviunt, ad terram revocant. In ea enim lumine opus est, quia ratio eius et natura tenebrosa est. Itaque diis non caelestem sensum, sed humanum potius attribuunt, ideoque illis necessaria et grata credunt esse, quae nobis; quibus aut esurientibus opus est cibo, aut sitientibus potu, aut veste algentibus, aut cum sol decesserit, lumine, ut videre possimus. Nullis igitur ex rebus tam probari et intellegi potest, deos istos, cum aliquando vixerint, mortuos esse, quam ex ipso ritu, qui est totus e terra. Quid enim caelestis in se boni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras inquinant? Nisi forte deos existimant eo vesci, quod homines aspernantur attingere. Et quisquis illis hanc saginam [2]) praestiterit, quamvis ille grassator, adulter, veneficus, parricida sit, beatus ac felix erit. Hunc diligunt, hunc tuentur, huic omnia, quae optaverit, praestant. Merito ergo Persius [3]) huius modi superstitiones suo more deridet:

Qua tu, inquit, mercede deorum
Emeris auriculas [4])? pulmone et lactibus unctis [5])?

Sentiebat videlicet, non carne opus esse ad placandam caelestem maiestatem, sed mente sancta, et iusto animo, et pectore, ut ipse ait, quod naturali sit honestate generosum [6]). Haec est religio caelestis, non quae constat ex rebus corruptis, sed quae virtutibus animi, qui oritur e caelo: hic verus est cultus, in quo mens colentis se ipsam deo immaculatam victimam sistit. Id autem ipsum quomodo consequendum, quomodo praestandum sit, docebit huius libri disputatio. Nihil enim tam praeclarum hominique conveniens potest esse,

[1]) Lucretius V, 281.
[2]) sagina употреблено здѣсь не безъ презрѣнія.
[3]) A. Persius Flaccus, изъ Volaterrae, 34—62, оставилъ шесть сатиръ. См. Благовѣщенскій. Сатиры Персія, Спб. 1873. Мѣсто, приводимое Лактанціемъ, взято изъ 2 сат., ст. 29.
[4]) emere auriculas deorum = подкупать слухъ (= благоволеніе) боговъ.
[5]) lactes, потроха, внутренности жертвенныхъ животныхъ, обкладывавшіяся жиромъ (unctae) и сожигавшіяся на жертвенникѣ.
[6]) Pers. 2. 73: Compositum ius fasque animo sanctosque recessus Mentis et incoctum generoso pectus honesto.

quam erudire homines ad iustitiam. Apud Ciceronem Catulus in Hortensio [1]) philosophiam rebus omnibus praeferens, malle se dicit vel unum parvum de officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio [2]). Quae sententia non utique Catuli, qui illud fortasse non dixit, sed Ciceronis est putanda, qui scripsit. Credo, ut libros, quos de officiis [3]) erat scripturus, commendaret: in quibus ipsis nihil esse testatur in omni philosophia melius et fructuosius, quam praecepta vitae dare. Quodsi hoc illi faciunt, quibus non est veritas cognita, quanto magis nos facere debemus, qui a deo eruditi et illuminati possumus vera praecipere? Nec tamen sic docebimus, ut quasi prima virtutis elementa tradamus, quod est infinitum, sed tamquam docendum susceperimus eum, qui apud illos iam perfectus esse videatur. Manentibus enim praeceptis eorum, quae solent ad probitatem recte dare, ignota illis superstruemus ad perficiendam consummandamque iustitiam, quam non tenent. Ea vero, quae possunt cum illis esse communia, praetermittam, ne quid ab iis videar mutuari, quorum errores coarguere atque aperire decreverim.

Cap. 3. Duae sunt viae, per quas humanam vitam progredi necesse est: una, quae in caelum ferat, altera, quae ad inferos deprimat; quas et poëtae in carminibus, et philosophi in disputationibus suis induxerunt. Et quidem philosophi alteram virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum: eamque, quae sit assignata virtutibus, primo aditu esse arduam et confragosam; in qua si quis, difficultate superata, in summum eius evaserit, habere eum de cetero [4]) planum iter, lucidum amoenumque campum, et omnes laborum suorum capere fructus uberes atque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in illam vitiorum viam labi atque deflectere, quae primo ingressu sit quasi amoena multoque tritior, deinde cum in eam paulo ulterius processerint, amoenitatis eius speciem repente subduci; exoriri autem viam praecipitem, nunc saxis asperam, nunc obductam sentibus, nunc gurgitibus intercisam, vel torrentibus rapidam, ut laborare, haerere, labi, cadere sit necesse. Quae omnia eo proferuntur, ut appareat, in virtutibus capiendis labores esse maximos, in perceptis autem maximos fructus et solidas atque incorruptas voluptates: vitia vero quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum et inanium iucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines miseriasque perducere. Sapiens prorsus disputatio, si virtutum ipsarum formas atque terminos scirent. Non enim didicerant, vel quae sint, vel quid eas mercedis a deo maneat [1]), quod nos his duobus libris docebimus. Hi vero, quia ignorabant aut dubitabant animas hominum immortales esse, et virtutes et vitia terrenis honoribus aut poenis aestimaverunt. Omnis ergo haec de duabus viis disputatio ad frugalitatem ac luxuriam spectat. Dicunt enim humanae vitae cursum Y literae esse similem, quod unusquisque hominum, cum primae adolescentiae limen attigerit et in eum locum venerit, partes ubi se via findit in ambas [2]), haereat nutabundus ac nesciat, in quam se partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, hoc est, si aut philosophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honestae artis [3]), quo evadat ad bonam frugem, quod fieri sine labore maximo non potest, honestam ac copiosam vitam disputant peracturum: si vero doctorem frugalitatis non invenerit, in sinistram viam, quae melioris speciem mentiatur, incidere, id est desidiae, inertiae, luxuriae se tradere; quae suavia quidem videntur ad tempus vera bona ignoranti, post autem, amissa omni dignitate ac re familiari, in omnibus miseriis ignominiaque victurum. Ad corpus ergo et ad hanc vitam, quam in terra ducimus, fines earum viarum retulerunt. Poëtae fortasse melius, qui hoc bivium apud inferos esse voluerunt; sed in eo falluntur, quod eas vias mortuis proposuerunt. Utrique ergo vere, sed tamen utrique non recte; quia oportuit, vias ipsas ad vitam, fines earum ad mortem referri. Nos igitur melius et verius, qui duas istas vias caeli et inferorum esse dicimus, quia iustis immortalitas, iniustis poena aeterna proposita est. Quomodo autem hae viae vel in caelum tollant, vel ad inferna praecipitent, explicabo aperiamque, quae sint virtutes, quas philosophi nescierunt: tum earum quae sint praemia, simul etiam quae sint vitia quaeve eorum supplicia, monstrabo. Nam fortasse aliquis exspectet, ut separatim de vitiis ac virtutibus dicam, cum de bono aut malo disserentibus nobis, etiam quod est contrarium possit intellegi. Sive enim virtutes inseras, vitia sua sponte decedent, sive vitia eximas, virtutes ultro subibunt. Sic bonorum ac malorum constituta natura est, ut se invicem semper oppugnent, semper expellant: ita fit, ut neque vitia detrahi sine virtutibus possint, nec virtutes inseri sine detractione vitiorum. Has igitur vias longe aliter inducimus, quam induci a philosophis solent: primum, quod utrique praepositum esse dicimus ducem, utrumque immortalem; sed alterum honoratum, qui virtutibus ac bonis praesit, alterum damnatum, qui vitiis ac malis. Illi autem in dexteriore tantum via ducem ponunt, neque unum, neque perpetuum; siquidem quemlibet doctorem bonae artis inducunt, qui a desidia revocet homines,

[1]) Hortensius, названіе одного, не дошедшаго до насъ философскаго сочиненія Цицерона, названнаго такъ по знаменитому оратору того времени Q. Hortensius Ortalus. Однимъ изъ дѣйствующихъ лицъ въ этомъ разговорѣ былъ Q. Lutatius Catulus.

[2]) C. Cornelius, котораго обвиняли въ crimen maiestatis, т. е. въ оскорбленіи величества римскаго народа; за него говорилъ Цицеронъ двѣ, не дошедшія до насъ рѣчи.

[3]) de officiis ad M. filium libri III, сохранившіяся донынѣ.

[4]) de cetero, во временномъ значеніи.

[1]) manere здѣсь transitive.

[2]) Verg. Aen. 6. 540: hic locus est, partes ubi se via findit in ambas.

[3]) artes honestae, optimae, ingenuae, humanae, науки вообще, въ противоположность ремесламъ.

et frugi esse doceat. Sed neque ingredi faciunt in eam viam, nisi pueros et adolescentes; videlicet quod artes discantur in his aetatibus. Nos autem omnis sexus, et generis, et aetatis in hoc caeleste iter inducimus, quia deus, qui eius viae dux est, immortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoque ipsarum viarum non ita est, ut illi putaverunt. Quid enim opus est Y litera in rebus contrariis atque diversis? Sed altera illa melior conversa est ad solis ortum, altera illa deterior ad occasum, quoniam qui veritatem ac iustitiam sequitur, is, accepto immortalitatis praemio, perenni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus praetulerit vitia virtutibus, mendacium veritati, necesse est ad occasum et tenebras deferatur. Describam igitur utramque et earum proprietates habitusque monstrabo.

Cap. 4. Una est itaque virtutis ac bonorum via, quae fert, non in Elysios campos, ut poëtae loquuntur, sed ad ipsam mundi arcem [1]).

At laeva malorum [2])
Exercet poenas et ad impia Tartara mittit.

Est enim criminatoris [3]) illius, qui, pravis religionibus institutis, avertit homines ab itinere caelesti et in viam perditionis inducit. Cuius viae species et figura sic est composita in aspectu, ut plana et patens, et omni genere florum atque fructuum delectabilis esse videatur. In ea enim posuit deus omnia, quae pro bonis habentur in terra; opulentiam dico, honorem, quietem, voluptatem, illecebras omnes: sed cum his pariter iniustitiam, crudelitatem, superbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, discordiam, ignorantiam, mendacium, stultitiam, ceteraque vitia. Exitus autem huius viae talis est. Cum ventum fuerit ad extremum, unde iam regredi non licet, cum omni sua pulchritudine tam subito praeciditur [4]), ut non ante quis fraudem prospicere possit, quam praecipitatus in altitudinem profundam cadat. Quisquis enim, praesentium bonorum specie captus et in his consequendis ac fruendis occupatus, non praeviderit ea, quae post mortem secutura sunt, seque a deo averterit, is vero ad inferos deiectus, in aeternam damnabitur poenam. Via vero illa caelestis difficilis et clivosa proposita est, vel spinis horrentibus aspera, vel saxis exstantibus [5]) impedita, ut cum summo labore ac pedum tritu cumque magna cadendi sollicitudine sit cuique gradiendum. In hac posuit [6]) iustitiam, temperantiam, patientiam, fidem, castitatem, abstinentiam, concordiam, scientiam, veritatem, sapientiam ceterasque virtutes; sed simul cum his paupertatem, ignominiam, laborem, dolorem, amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam porrexerit

[1]) mundi arx = caelum.
[2]) Verg. Aen. 6, 542.
[3]) criminator = διάβολος.
[4]) praeciditur—субъектъ: via.
[5]) = prominentibus.
[6]) sc. Deus.

longius et meliora maluerit, carebit his terrae bonis, ut expeditus ac levis difficultatem viae superet. Nec enim potest, qui se apparatu regio circumdederit aut divitiis oneraverit, angustias illas vel ingredi, vel tenere. Unde intellegitur, idcirco malis et iniustis facilius provenire [1]), quae cupiant, quia prona et declivis est eorum via: bonis autem, quae optent, difficile [2]) procedere, quia difficili et arduo itinere gradiuntur. Iustus ergo, quoniam durum asperumque iter ingressus est, contemptui, derisui, odio sit necesse est. Omnes enim, quos cupiditas aut voluptas praecipites trahit, invident ei, qui virtutem capere potuit; et inique ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent. Erit itaque pauper, humilis, ignobilis, subiectus iniuriae, et tamen omnia, quae amara sunt, perferens: et si patientiam iugem ad summum illum gradum finemque perduxerit, dabitur ei corona virtutis, et a deo pro laboribus, quos in vita propter iustitiam pertulit, immortalitate donabitur. Hae sunt viae, quas deus humanae vitae assignavit; in quibus singulis [3]) et bona ostendit et mala, sed ordine praepostero atque converso. In una enim monstravit temporalia prius mala cum aeternis bonis, qui est ordo melior: in altera, temporalia prius bona cum aeternis malis, qui est ordo deterior; ut quicumque praesentia mala cum iustitia delegerit, miora et certiora consequatur bona, quam fuerunt illa, quae sprevit: quisquis autem praesentia bona praeposuerit iustitiae, in maiora et longiora incidat mala, quam fuerunt illa, quae fugit. Haec enim vita corporalis, quia brevis est, idcirco et mala eius et bona brevia sint necesse est: illa vero spiritalis, quae huic terrenae contraria est, quoniam sempiterna est, idcirco et bona eius et mala sempiterna sunt. Ita fit, ut et bonis brevibus mala aeterna, et malis brevibus bona aeterna succedant. Itaque cum simul proposita sint homini bona et mala, considerare unumquemque secum decet, quanto satius sit, perpetuis bonis mala brevia pensare, quam pro brevibus et caducis bonis mala perpetua sustinere. Nam sicut in hoc seculo, cum est propositum cum hoste certamen, prius laborandum est, ut sis postmodum in otio, esuriendum, sitiendum, aestus, frigora perferenda, humi quiescendum, vigilandum, periclitandum est, ut salvis pignoribus [4]), et domo, et re familiari, et omnibus pacis ac victoriae bonis perfrui possis: sin autem praesens otium malueris, quam laborem, malum tibi maximum facias necesse est; praeoccupabit enim adversarius non resistentem, vastabuntur agri, diripietur domus, in praedam uxor ac liberi venient, ipse interficiere aut capiere: quae omnia ne accidant, praesens commodum differendum est, ut maius longiusque pariatur: sic in omni hac vita, quia nobis adversarium deus reservavit, ut

[1]) = procedere.
[2]) = difficulter.
[3]) = in qualibet harum duarum viarum.
[4]) pignora = liberi.

possemus capere virtutem, omittenda est praesens voluptas, ne hostis opprimat; vigilandum, stationes [1]) agendae, militares expeditiones obeundae, fundendus ad ultimum cruor, omnia denique amara et gravia patienter ferenda, eo quidem promptius, quod nobis imperator [2]) noster deus praemia pro laboribus aeterna constituit. Et cum in hac terrena militia tantum homines laboris exhauriant, ut ea sibi pariant, quae possunt eodem modo perire, quo parta sunt: certe nobis nullus labor est recusandus, quibus id acquiritur, quod nullo modo possit amitti. Voluit enim deus, qui homines ad hanc militiam genuit, expeditos in acie stare, et intentis acriter animis, ad unius hostis insidias vel apertos impetus vigilare; qui nos, sicut periti et exercitati duces solent, variis artibus captat, pro cuiusque natura et moribus saeviens. Aliis enim cupiditatem insatiabilem immittit, ut opibus suis, tamquam compedibus illigatos, a via veritatis excutiat; alios inflammat irae stimulis, ut ad nocendum potius intentos, a dei contemplatione detorqueat; alios immoderatis libidinibus immergit, ut, voluptati et corpori servientes, ad virtutem respicere non possint; aliis vero inspirat invidiam, ut suis ipsi tormentis occupati, nihil cogitent aliud, nisi eorum, quos oderint, felicitatem. Alios inflat ambitionibus: ii sunt, qui ad gerendos magistratus omnem vitae suae operam curamque convertunt, ut fastos signent et annis nomen imponant [3]); quorundam cupiditas tendit altius, non ut provincias temporali gladio regant, sed ut infinita et perpetua potestate dominos se dici velint universi generis humani. Quos autem pios viderit, vanis implicat religionibus, ut impios faciat. Iis vero, qui sapientiam quaerunt, philosophiam in oculos impingit, ut specie lucis excaecet, ne quis comprehendat ac teneat veritatem. Sic hominibus obstruxit aditus omnes, et obsepsit vias, publicis laetus erroribus: quos ut discutere possemus ipsumque auctorem malorum vincere, illuminavit nos deus et armavit vera caelestique virtute; de qua nunc mihi disserendum est.

Cap. 5. Sed priusquam singulas virtutes exponere incipiam, determinanda est ipsa virtus, quam non recte philosophi definierunt, quid esset, aut in quibus rebus, quid operis, quid habeat officii. Nomen itaque solum retinuerunt, vim vero, et rationem, et effectum perdiderunt. Quaecumque autem in definitionem virtutis solent dicere, paucis versibus colligit et enarrat Lucilius [4]), quos malo equidem ponere, ne, dum multorum sententias refello, sim longior, quam necesse est.

---

[1]) stationes въ см. карауловъ.
[2]) imperator, въ военномъ значеніи.
[3]) signare fastos, потому что высшіе магистраты, особенно консулы, записывались въ особые списки (fasti consulares) и именами консуловъ отмѣчались года (annis nomen imponere).
[4]) ed. L. Müller p. 132.

Virtus, Albine, est pretium persolvere verum
Quis in versamur, quis vivimu' rebu' potesse [1]):
Virtus est, homini sciri [2]) quo quaeque abeat res.
Virtus, sciri, homini rectum, utile, quid sit honestum;
Quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhonestum:
Virtus, quaerendae finem re [3]) scire modumque:
Virtus, divitiis pretium persolvere posse:
Virtus, id dare, quod re ipsa debetur, honori;
Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
Contra defensorem hominum morumque bonorum,
Hos magni facere, his bene velle, his vivere amicum:
Commoda praeterea patriai [4]) prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

Ab iis definitionibus, quas poëta breviter comprehendit, M. Tullius traxit officia vivendi, Panaetium Stoicum [5]) secutus, eaque tribus voluminibus inclusit. Haec autem quam falsa sint, mox videbimus, ut appareat, quantum in nos dignatio divina [6]) contulerit, quae nobis aperuit veritatem. Virtutem esse dixit, scire, quid sit bonum et malum; quid turpe, quid honestum; quid utile, quid minus. Brevius facere potuit, si tantum bonum ac malum diceret, quia nihil potest esse utile vel honestum, quod non idem bonum sit; nihil inutile ac turpe, quod non idem malum. Quod et philosophis videtur, et idem Cicero in tertio supradicti operis libro [7]) ostendit. Verum scientia non potest esse virtus, quia non est intus in nobis, sed ad nos extrinsecus venit. Quod autem transire ab altero ad alterum potest, virtus non est, quia virtus sua cuique est. Scientia igitur alieni beneficii est, quia posita est in audiendo; virtus tota nostra est, quia posita est in voluntate faciendi bona. Sicut ergo in itinere celebrando [8]) nihil prodest viam nosse, nisi conatus ac vires suppetant ambulandi, ita vero scientia nihil prodest, si virtus propria deficiat. Nam fere etiam ii, qui peccant, etsi non perfecte, tamen quid sit bonum et malum sentiunt, et quotiens aliquid improbe faciunt, peccare se sciunt, et ideo celare nituntur. Sed cum eos boni et mali natura non fallat, cupiditate mala vincuntur, ut peccent, quia deest illis virtus, id est cupiditas recta et honesta faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud esse scientiam boni malique, aliud virtutem,

---

[1]) potesse = potis esse, posse.
[2]) sciri = scirei = scire.
[3]) rē = rei.
[4]) patriai = patriae.
[5]) Panaetius, Родосецъ, ок. 150 г. до Р. Х., одинъ изъ знаменитѣйшихъ преподавателей философіи въ Римѣ.
[6]) dignatio divina = divina gratia.
[7]) de offic. l. III. c. 3.
[8]) iter celebrare = frequentare et velociter ire.

quia potest esse scientia sine virtute, sicut in plurimis philosophorum fuit. In quo, quoniam recte ad culpam pertinet non fecisse, quae scieris, recte voluntas prava et vitiosus animus, quem ignoratio excusare non potest, punietur. Ergo sicut virtus non est bonum ac malum scire, ita virtus est bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum virtute coniuncta est, ut scientia praecedat virtutem, virtus sequatur scientiam, quia nihil prodest cognitio, nisi et actio subsequatur. Horatius [1]) igitur paulo melius:

Virtus est, vitium fugere et sapientia prima.

Sed inepte, quod eam contrario terminavit, ut si diceret: Bonum est, quod malum non est. Cum enim quid sit virtus, nescio, ne vitium quidem quid sit, scio. Utrumque igitur indiget definitione, quia natura rei talis est, ut utrumque aut intellegi, aut non intellegi sit necesse. Verum nos faciamus, quod ille debuit. Virtus est, iram cohibere, cupiditatem [2]) compescere, libidinem refrenare; id est enim, vitium fugere. Nam fere omnia, quae fiunt iniuste atque improbe, ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius, quae ira dicitur, impetus retundatur, omnes hominum contentiones malae sopientur; nemo insidiabitur, nemo prosiliet ad nocendum. Item si cupiditas temperetur, nemo terra marique grassabitur [3]), nemo exercitum ducet, ut rapiat et vastet aliena. Item si ardor libidinum comprimatur, omnis aetas et sexus retinebit suam sanctitatem [4]), nemo quicquam pudendum aut patietur, aut faciet. Ergo universa scelera et flagitia, his commotionibus virtute sedatis, ex hominum vita moribusque tollentur. Quae sedatio commotionum et affectuum hanc habet rationem, ut omnia recta faciamus. Omne igitur virtutis officium est, non peccare. Quo profecto fungi non potest, qui deum nescit: quoniam ignoratio eius, a quo bona oriuntur, imprudentem impingat in vitia necesse est. Itaque ut brevius et significantius utriusque rei summa officia determinem, scientia est, deum nosse, virtus, colere; in illo sapientia, in hoc iustitia continetur.

Cap. 6. Dixi, quod erat primum, scientiam boni non esse virtutem; deinde, quid sit virtus, et in quo sit. Sequitur, ut id quoque ipsum, quid sit bonum et malum, nescisse philosophos, breviter ostendam, quia paene declaratum est in libro tertio [5]), cum de summo bono disputarem. Qui autem, quid esset summum, nescierunt, et in ceteris bonis malisve, quae summa non sunt, erraverint necesse est; quae non potest vero iudicio examinare, qui fontem ipsum non tenet, unde illa descendunt. Fons autem bonorum deus est, malorum vero ille,

[1]) Epistol. 1, 1, 41. Virtus est, vitium fugere et sapientia prima Stultitia caruisse.
[2]) = avaritiam.
[3]) grassabitur sc. ut latro.
[4]) = castitatem.
[5]) въ гл. 7 и сл.

scilicet divini nominis semper inimicus, de quo saepe diximus. Ab his duobus principiis bona malaque oriuntur. Quae veniunt a deo, hanc habent rationem, ut immortalitatem parent, quod [1]) est summum bonum; quae autem ab illo altero, id habent officium, ut a caelestibus avocatum terrenisque demersum, ad poenam interficiant sempiternam, quod est summum malum. Num igitur dubium est, quin illi omnes, quid esset bonum et malum ignoraverint, qui nec deum, nec adversarium dei scierint? Itaque finem bonorum ad corpus et ad hanc vitam brevem retulerunt, quam scilicet solvi et occidere necesse est: non sunt progressi ulterius. Sed omnia eorum praecepta et omnia, quae inducunt bona, terrae inhaerent et humi iacent, quoniam simul cum corpore, quod est terra, moriuntur. Pertinent enim non ad vitam homini comparandam, sed ad quaerendas vel augendas opes, honores, gloriam, potentiam; quae sunt universa mortalia, tam scilicet, quam ille, qui, ut ea sibi contingerent, laboravit. Hinc est illud:

Virtus, quaerendae finem re scire modumque.

Praecipiunt enim, quibus modis et quibus artibus res familiaris quaerenda sit, quia vident male quaeri solere; sed huiusmodi virtus non est proposita sapienti. Nec enim virtus est, opes quaerere, quarum neque inventio, neque possessio in nostra potestate est. Itaque et quaestu et obtentu [2]) faciliores sunt malis, quam bonis. Non potest ergo virtus esse in iis rebus quaerendis, in quarum contemptu vis ac ratio virtutis apparet, nec ad ea ipsa transfugiet, quae magno et excelso animo calcare ac proterere gestit: neque fas est, animam caelestibus intentam bonis, ut haec fragilia sibi comparet, ad immortalibus suis operibus avocari. Sed potissimum in iis rebus comparandis virtutis ratio consistit, quas nobis nec homo ullus, nec mors ipsa possit auferre. Cum haec ita se habeant, illud, quod sequitur, verum est:

Virtus, divitiis pretium persolvere posse.

Quis versus idem fere significat, quod primi duo. Sed neque ipse, neque quisquam philosophorum scire potuit, pretium ipsum vel quale vel quod sit. Id enim poëta et illi omnes, quos secutus est, putaverunt, recte opibus uti, hoc est, frugi esse; non instruere convivia sumptuose, non largiri temere, non effundere in res supervacuas aut turpes rem familiarem. Dicet aliquis fortasse: Quid tu? negasne hanc esse virtutem? Non equidem nego; contraria enim videar probare, si negem: sed veram nego, quia non illa caelestis, sed tota terrena est, quandoquidem nihil efficit, nisi quod remaneat in terra. Quid sit autem recte opibus uti, et qui sit ex divitiis fructus petendus,

[1]) per attractionem = quae.
[2]) отъ obtinere.

declarabo apertius, cum de pietatis officio loqui coepero. Iam cetera, quae sequuntur, nullo modo vera sunt. Nam improbis inimicitias indicere aut bonorum defensionem suscipere, potest cum malis esse commune. Quidam enim probitate ficta viam sibi ad potentiam muniunt faciuntque multa, quae boni solent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt; utinamque tam facile esset praestare, quam facile est simulare bonitatem. Sed ii, cum esse coeperint propositi ac voti sui compotes, ut summum potentiae gradum ceperint, tum vero simulatione deposita, mores suos detegunt: rapiunt omnia, et violant, et vexant; eosque ipsos bonos, quorum causam susceperant, insequuntur, et gradus, per quos ascenderunt, amputant, ne quis illos contra ipsos possit imitari. Verumtamen putemus, hoc officium non nisi boni esse, ut bonos defendat. At id suscipere facile est, implere, difficile: quia cum te certamini congressionique commiseris, in arbitrio dei, non tuo, posita victoria est. Et plerumque improbi et numero et conspiratione sunt potentiores, quam boni, ut ad eos superandos non tam virtus sit, quam felicitas necessaria. An aliquis ignorat, quotiens melior iustiorque pars victa sit? Hinc semper dominationes acerbae in cives exstiterunt. Plena est exemplis omnis historia, sed nos contenti erimus uno. Cn. Pompeius bonorum voluit esse defensor, siquidem pro republica, pro senatu, pro libertate arma suscepit. Idem tamen victus cum ipsa libertate occidit, et a spadonibus Aegyptiis detruncatus, insepultus abiectus est. Non est igitur virtus aut hostem malorum esse, aut defensorem bonorum, quia virtus incertis casibus non potest esse subiecta.

Commoda praeterea patriai prima putare.

Sublata hominum concordia, virtus nulla est omnino. Quae sunt enim patriae commoda, nisi alterius civitatis, aut gentis incommoda? Id est fines propagare, aliis violenter ereptos, augere imperium, vectigalia facere meliora. Quae omnia non utique virtutes, sed virtutum sunt eversiones. Inprimis enim tollitur humanae societatis coniunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni abstinentia, tollitur denique ipsa iustitia, quae discidium generis humani ferre non potest, et ubicumque arma fulserint, hinc eam fugari et exterminari necesse est. Verum est Ciceronis [1]) illud: Qui autem civium rationem dicunt habendam, externorum negant, ii dirimunt communem humani generis societatem: qua sublata beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. Nam quomodo potest iustus esse qui nocet, qui odit, qui spoliat, qui occidit? Quae omnia faciunt, qui patriae prodesse nituntur. Id enim ipsum prodesse, quid sit, ignorant, qui nihil putant utile, nihil commodum, nisi quod teneri manu potest; quod solum teneri non potest, quia eripi potest. Haec itaque, ut ipsi appellant,

[1]) de offic. 3, 6, 28.

bona quisquis patriae acquisierit, hoc est, qui eversis civitatibus gentibusque deletis, aerarium pecunia referserit, agros ceperit, cives suos locupletiores fecerit, hic laudibus fertur in caelum, in hoc putatur summa et perfecta esse virtus. Qui error non modo populi et imperitorum, sed etiam philosophorum est, qui praecepta quoque dant ad iniustitiam, ne stultitiae ac malitiae disciplina et auctoritas desit. Itaque cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad iustitiam, neque ad veram virtutem accommodatur illa omnis oratio, sed ad hanc vitam moremque civilem, quem non esse iustitiam et res indicat, et ipse Cicero [1]) testatus est. Sed nos, inquit, veri iuris germanaeque [2]) iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus; umbra et imaginibus [3]) utimur. Eas ipsas utinam sequeremur! Feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis [4]). Umbra est igitur et imago iustitiae, quam illi iustitiam putaverunt. Quid sapientiam? nonne idem confitetur in philosophis esse nullam? Aut cum Fabricius [5]), inquit [6]), aut Aristides iustus nominatur aut ab illis fortitudinis, aut ab hoc iustitiae, tamquam a sapiente petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem volumus intellegi. Nec ii, qui sapientes habiti et nominati, M. Cato [7]) et C. Laelius [8]), sapientes fuerunt; ne illi quidem septem [9]), sed ex mediorum officiorum [10]) frequentia similitudinem quandam gerebant speciemque sapientium. Si ergo et philosophis ipsorum confessione adempta sapientia est, et iis, qui iusti habiti sunt, adempta iustitia est: omnes igitur illae virtutis descriptiones falsae sint necesse est, quia quae sit virtus vera, scire non potest, nisi iustus ac sapiens. Iustus autem ac sapiens nemo est, nisi quem deus praeceptis caelestibus erudivit.

Cap. 7. Nam illi omnes, qui per aliorum confessam stultitiam sapientes existimantur, specie virtutis inducti, umbras et imagines apprehendunt, nihil verum. Quod ea fit ratione, quoniam via illa mendax, quae fert ad occasum, multos tramites habet propter studiorum et disciplinarum varietatem, quae sunt in vita hominum dissimiles atque diversae. Nam sicut illa via sapientiae habet ali-

[1]) de offic. 3, 17, 6.
[2]) germanae = verae et sincerae.
[3]) umbra et imaginibus = adumbrata effigie.
[4]) exempla—оригиналы, подлинники.
[5]) C. Fabricius Luscinus, приводимый обыкновенно, какъ типъ честнаго и неподкупнаго человѣка, точно такъ же, какъ и Аристидъ.
[6]) de offic. 3, 4, 16. Nec vero cum duo Decii aut duo Scipiones fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius Aristidesve iusti nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiae, tamquam a sapientibus, petitur exemplum и т. д.
[7]) M. Porcius Cato Censorius.
[8]) C. Laelius Sapiens, другъ Сципіона Младшаго, занимавшійся, между прочимъ, философіей и литературой.
[9]) septem sc. sapientes Graeciae.
[10]) media officia, терминъ изъ стоической философіи; такое officium, quod nec in bonis ponitur nec in malis. Сл. Cic. de off. 1, 3, 4 и de fin. III, 17.

quid simile stultitiae, quod libro praecedente monstravimus, ita haec, cum sit tota stultitiae, habet aliquid simile sapientiae, quod arripiunt ii, qui stultitiam publicam intellegunt; et ut habet vitia manifesta, sic habet aliquid, quod simile esse videatur virtuti; ut habet apertum scelus, sic imaginem quandam speciemque iustitiae. Quomodo enim praecursor [1]) eius viae, cuius vis et potestas omnis in fallendo est, universos in fraudem posset inducere, nisi verisimilia hominibus ostentaret? Deus enim, ut immortale illud arcanum eius in operto esset, posuit in via sua, quae homines pro malis et turpibus aspernarentur, ut aversi a sapientia et veritate, quam sine ullo duce requirebant, in id ipsum inciderent, quod vitare ac fugere cupiebant. Itaque illam perditionis ac mortis viam multiplicem ostendit, vel quod multa sunt genera vitae, vel quod dii multi, qui coluntur. Huius dux praevaricator ac subdolus, ut videatur esse discrimen aliquod falsi et veri, mali et boni, alia ducit luxuriosos, alia eos, qui frugi appellantur; alia imperitos, alia doctos; alia inertes, alia strenuos; alia stultos, alia philosophos, et eos quidem non uno tramite. Illos enim, qui aut voluptates aut divitias non refugiunt, ab hac publica et celebri via modice segregat; eos autem, qui aut virtutem sequi volunt, aut contemptum rerum profitentur, per confragosa quaedam praecipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera, quae speciem bonorum ostentant, non sunt aliae viae, sed diverticula et semitae, quae videntur quidem ab illa communi dextroversum [2]) separari, ad eandem tamen et ad unum omnes exitum sub ipso fine referuntur [3]). Ibi enim dux ille coniungit omnes, ubi opus fuerat bonos a malis, fortes ab inertibus, sapientes a stultis separari; in deorum scilicet cultu, in quo ille universos, quia sine ullo discrimine stulti fuerunt, uno mucrone iugulat et praecipitat in mortem. Haec autem via, quae est veritatis, et sapientiae, et virtutis, et iustitiae, quorum omnium fons unus est, una vis, una sedes, et simplex est, quod paribus animis summaque concordia unum sequamur et colamus deum; et angusta, quoniam paucioribus virtus data est; et ardua, quoniam ad bonum, quod summum atque sublime est, nisi cum summa difficultate ac labore non potest perveniri.

Cap. 8. Haec est via, quam philosophi quaerunt, sed ideo non inveniunt, quia in terra potius, ubi apparere non potest, quaerunt. Errant ergo velut in mari magno, nec quo ferantur intellegunt, quia nec viam cernunt, nec ducem sequuntur ullum. Eadem namque ratione hanc vitae viam quaeri oportet, qua in alto iter navibus quaeritur; quae nisi aliquod caeli lumen observent, incertis cursibus vagantur. Quisquis autem rectum iter vitae tenere nititur, non terram debet aspicere, sed caelum et, ut apertius loquar, non hominem se-

[1]) т. е. diabolus.
[2]) dextroversum = dextrorsum.
[3]) = rursum feruntur.

qui debet, sed deum; non his terrestribus simulacris, sed deo servire caelesti; non ad corpus referre omnia, sed ad mentem; non huic vitae dare operam, sed aeternae. Itaque si oculos in caelum semper intendas et solem, qua oritur, observes, eumque habeas vitae, quasi navigii, ducem, sua sponte in viam pedes dirigentur, et illud caeleste lumen, quod sanis mentibus multo clarius sole est, quam hic, quem carne mortali videmus, sic reget, sic gubernabit, ut ad summum sapientiae virtutisque portum sine ullo errore perducat. Suscipienda igitur dei lex est, quae nos ad hoc iter dirigat: illa sancta, illa caelestis, quam Marcus Tullius in libro de republica tertio paene divina voce depinxit; cuius ego, ne plura dicerem, verba subieci. Est quidem vera lex recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat, quae tamen neque probos frustra iubet aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando movet. Huic legi nec obrogari [1]) fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec vero aut per senatum aut per populum solvi hac lege possumus, neque est quaerendus explanator aut interpres eius alius. Nec erit alia lex Romae, alia Athenis; alia nunc, alia posthac: sed et omnes gentes et omni tempore una lex, et sempiterna, et immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister et imperator omnium deus, ille legis huius inventor, disceptator [2]), lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernatus, hoc ipso luet maximas poenas, etiamsi cetera supplicia, quae putantur, effugerit. Quis sacramentum dei [3]) sciens tam significanter enarrare legem dei posset, quam illam homo longe a veritatis notitia remotus expressit? Ego vero eos, qui vera imprudentes loquuntur, sic habendos puto, tamquam divinent spiritu aliquo instincti. Quodsi, ut legis sanctae vim rationemque pervidit, ita illud quoque scisset, aut explicasset, in quibus praeceptis lex ipsa consisteret, non philosophi functus fuisset officio, sed prophetae. Quod quia facere ille non poterat, nobis faciendum est, quibus ipsa lex tradita est ab illo uno magistro et imperatore omnium deo.

Cap. 9. Huius legis caput primum est ipsum deum nosse, soli obtemperare, solum colere. Non potest enim rationem hominis obtinere, qui parentem animae suae deum nescit; quod est summum nefas. Quae ignoratio facit, ut diis alienis serviat, quo nihil sceleratius committi potest. Hinc iam proclivis est ad malitiam gradus per ignorantiam veri ac singularis boni, quia deus, quem nosse refugit, fons est ipse bonitatis. Vel si iustitiam sequi volet dei, divini tamen iuris ignarus, gentis suae leges, tamquam verum ius amplectitur, quas non

[1]) = contradicere.
[2]) disceptator, тотъ, кто принимаетъ участіе въ disceptationes, преніяхъ, возбуждаемыхъ предложеніемъ какого либо закона.
[3]) sacramentum dei, въ общемъ значеніи: Божественнаго Откровенія.

utique iustitia, sed utilitas reperit. Cur enim per omnes populos diversa et varia iura sunt condita, nisi quod unaquaeque gens id sibi sanxit, quod putavit rebus suis utile? Quantum autem a iustitia recedat utilitas, populus ipse Romanus docet, qui per fetiales [1]) bella indicendo et legitime iniurias faciendo, semperque aliena cupiendo atque rapiendo, possessionem sibi totius orbis comparavit. Verum hi iustos se putant, si contra leges suas nihil faciant; quod etiam timori adscribi potest, si praesentium poenarum metu sceleribus abstineant. Sed concedamus sane, ut id natura vel, ut ait philosophus, sua sponte faciant, quod legibus facere coguntur. Num idcirco iusti erunt, quia parent institutis hominum, qui et ipsi aut errare aut iniusti esse potuerunt? Sicut illi duodecim tabularum conditores [2]), qui certe publicae utilitati pro conditione temporum servierunt. Aliud est igitur civile ius, quod pro moribus ubique variatur, aliud est vera iustitia, quam uniformem ac simplicem proposuit omnibus deus; quem qui ignorat, et ipsam iustitiam ignoret necesse est. Sed putemus fieri posse, ut aliquis naturali et ingenito bono veras virtutes capiat, qualem fuisse Cimonem Athenis accepimus, qui et egentibus stipem dedit, et pauperes invitavit, et nudos induit [3]): tamen cum illud unum, quod est maximum, deest, agnitio dei, iam bona illa omnia supervacua sunt et inania, ut frustra in his assequendis laboraverit. Omnis enim iustitia eius similis erit humano corpori caput non habenti: in quo tametsi membra omnia et locis suis constent, et figura, et habitudine [4]), tamen quoniam deest id, quod est omnium principale, et vita et omni sensu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, usum non habent, tam scilicet, quam caput sine corpore: cui similis est, qui cum deum non ignoret, vivit iniuste. Id enim solum habet, quod est summum, sed frustra, quoniam virtutibus tamquam membris eget. Itaque ut sit vivum ac sensibile [5]) corpus, et agnitio dei necessaria est, quasi caput, et virtutes omnes, quasi corpus. Ita fiet homo perfectus ac vivus: sed tamen summa omnis in capite est, quod quamvis constare non possit sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Et erit quidem animal vitiosum ac debile [6]), sed tamen vivet, sicut et is, qui et deum novit, et in aliqua re peccat. Dat enim veniam peccatis deus. Itaque sine membris aliquibus vivi potest, sine capite nullo modo. Haec res efficit, ut philosophi, etiamsi natura sint boni, tamen nihil sciant, nihil sapiant. Omnis doctrina et virtus eorum sine capite est, quia deum

[1]) fetiales (fat-eri), жреческая коллегія, вѣдавшая всѣ обряды, коими сопровождались акты международнаго права, напр. объявленіе войны, заключеніе мира и пр. См. Lange, Röm. Alterth. 1. § 49.
[2]) X viri legibus scribundis.
[3]) Cornel. Nep. Cim. 4.
[4]) habitudo = habitus, forma.
[5]) здѣсь sensu activo.
[6]) = membris quibusdam egens.

nesciunt, qui est virtutis ac doctrinae caput: quem qui non agnoscit, licet videat, caecus est; licet audiat, surdus; licet loquatur, elinguis est. Cum vero conditorem rerum parentemque cognoverit, tunc et videbit, et audiet, et loquetur. Habere enim caput coepit, in quo sunt sensus omnes collocati, hoc est oculi, et aures, et lingua. Nam profecto is videt, qui veritatem, in qua deus est, vel deum, in quo veritas est, oculis cordis aspexerit; is audit, qui divinas voces ac praecepta vitalia pectori suo affigit; is loquitur, qui caelestia disserens, virtutem ac maiestatem dei singularis enarrat. Quare non est dubium, quin impius sit, quisquis deum non agnoverit, omnesque virtutes eius, quas habere aut tenere se putat, in illa mortifera via reperiuntur, quae est tota tenebrarum. Quapropter nihil est, quod sibi aliquis gratuletur, si has inanes virtutes adeptus est: quia non tantum miser, qui bonis praesentibus careat, sed etiam stultus sit necesse est, qui labores in vita sua maximos suscipiat incassum. Nam dempta spe immortalitatis, quam deus pollicetur in sua religione versantibus, cuius assequendae gratia virtus appetenda est, et quicquid malorum acciderit, perferendum, maxima erit profecto vanitas, obsequi velle virtutibus, quae frustra homini calamitates afferunt et labores. Nam si virtus est, egestatem, exilium, dolorem, mortem, quae timentur a ceteris, pati fortiter ac subire, quid tandem in se boni habet, cur eam propter seipsam philosophi dicant expetendam? Nimirum supervacuis et inanibus poenis delectantur, quibus [1]) licet agere [2]) tranquille. Si enim mortales sunt animae, si virtus dissoluto corpore nihil futura est, quid fugimus attributa nobis bona, quasi aut ingrati aut indigni, qui divinis muneribus perfruamur? Quae bona ut habeamus, scelerate impieque vivendum est, quia virtutem, id est iustitiam, paupertas sequitur. Sanus igitur non est, qui nulla spe maiore proposita, iis bonis, quibus ceteri utuntur in vita, labores, et cruciatus, et miserias anteponat. Si autem virtus, ut ab his rectissime dicitur, capessenda est, quia constet, ad eam nasci hominem, subesse debet spes aliqua maior, quae malorum et laborum, quos perferre virtutis est, magnum afferat praeclarumque solatium. Nec aliter virtus, cum per se dura sit, haberi pro bono potest, quam si acerbitatem suam maximo bono penset. Aeque non aliter his bonis praesentibus abstinendum est, quam si sint alia maiora, propter quae tanti sit et voluptates omittere, et mala omnia sustinere. Ea vero nulla sunt alia, ut in tertio docui, nisi perpetuae vitae. Hanc autem praestare quis potest, nisi deus, qui virtutem ipsam proposuit? Ergo in dei agnitione et cultu rerum summa versatur: in hoc est spes omnis ac salus hominis; hic est sapientiae gradus primus, ut sciamus, quis sit nobis verus pater, eumque solum pietate [3]) debita prosequamur;

[1]) delectantur (ii), quibus.
[2]) agere sc. vitam.
[3]) = affectu filiali.

huic pareamus, huic devotissime serviamus, in eo promerendo [1]) actus omnis, et cura, et opera collocetur.

Cap. 10. Dixi, quid debeatur deo: dicam nunc, quid homini tribuendum sit, quamquam id ipsum, quod homini tribueris, deo tribuitur, quia homo dei simulacrum est. Sed tamen primum iustitiae officium est coniungi cum deo, secundum, cum homine. Sed illud primum religio dicitur, hoc secundum misericordia vel humanitas nominatur. Quae virtus propria est iustorum et cultorum dei, quod ea sola vitae communis continet rationem. Deus enim, qui ceteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursu et periculo tutiora generavit: hominem vero quia nudum fragilemque formavit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei praeter cetera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque omnia pericula et accipiat et praestet auxilium. Summum igitur inter se hominum vinculum est humanitas: quod qui disruperit, nefarius et parricida existimandus est. Nam si ab uno homine, quem deus finxit, omnes orimur, certe consanguinei sumus; et ideo maximum scelus putandum est odisse hominem vel nocentem [2]). Propterea deus praecepit, inimicitias per nos numquam faciendas, semper esse tollendas; scilicet ut eos, qui sint nobis inimici, necessitudinis admonitos mitigemus. Item, si ab uno deo inspirati omnes et animati sumus, quid aliud quam fratres sumus? Et quidem coniunctiores, quod animis, quam qui corporibus. Itaque non errat Lucretius [3]), cum dicit:

> Denique caelesti sumus omnes semine oriundi:
> Omnibus ille idem pater est.

Ergo pro beluis immanibus sunt habendi, qui homini nocent, qui contra ius humanitatis et fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc necessitudinem germanitatis docet nos deus, malum numquam facere, semper bonum. Id autem ipsum bene facere quid sit, idem ipse praescribit: praestare auxilium depressis et laborantibus, impertiri victum non habentibus. Deus enim, quoniam pius est, animal nos voluit esse sociale. Itaque in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus. Non meremur in periculo liberari, si non succurrimus, non meremur auxilium, si negamus. Ad hanc partem philosophorum nulla praecepta sunt, quippe qui falsae virtutis specie capti, misericordiam de homine sustulerunt, et dum volunt sanare vitia, auxerunt. Et cum iidem plerumque fateantur, societatis humanae communionem esse retinendam, ab ea plane se ipsos inhumanae suae

[1]) сл. Cyprian. ep. 18. obsequiis suis dominum promeretur.
[2]) = reum scelerum gravissimorum.
[3]) T. Lucretius Carus, 656—699 U., авторъ дидактической поэмы: de rerum natura. См. Модестовъ, Истор. римск. литер. 1², стр. 395. Приводимые Лактанціемъ стихи взяты изъ II кн. ст. 990.

virtutis rigore dissociant. Convincendus ergo etiam hic error illorum est, qui nihil cuiquam impertiendum putant. Urbis condendae originem atque causam non unam intulerunt; sed alii eos homines, qui sint ex terra primitus nati, cum per silvas et campos erraticam degerent vitam, nec ullo inter se sermonis aut iuris vinculo cohaererent, sed frondes et herbam pro cubilibus, speluncas et antra pro domibus haberent, bestiis et fortioribus animalibus praedae fuisse commemorant. Tum eos, qui aut laniati effugerant, aut laniari proximos viderant, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse, praesidium implorasse, et primo nutibus voluntatem suam significasse, deinde sermonis initia tentasse ac singulis quibusque rebus nomina imponendo, paulatim loquendi perfecisse rationem. Cum autem nec multitudinem ipsam viderent contra bestias esse tutam, oppida etiam coepisse munire, ut vel quietem noctis tutam sibi facerent, vel ut incursiones atque impetus bestiarum non pugnando, sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia hominibus indigna, quae has ineptias protulerunt; miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam litteris memoriaeque mandaverunt! Qui cum viderent mutis quoque animalibus ingenitam esse rationem vel conveniendi, vel invicem appetendi, vel periculi fugiendi, vel mali cavendi, vel cubilia sibi et latibula parandi, homines autem ipsos existimaverint non nisi exemplis admoneri ac discere potuisse, quid metuere, quid cavere, quid facere deberent, aut numquam conventuros inter se fuisse, nec loquendi rationem reperturos, nisi eos bestiae comedissent. Haec aliis delira visa sunt, ut fuerunt, dixeruntque non ferarum laniatus causam fuisse coëundi, sed ipsam potius humanitatem: itaque inter se congregatos, quod natura hominum solitudinis fugiens et communionis ac societatis appetens esset. Non magna inter eos disceptatio est, siquidem causae dispares sunt, res eadem est. Potuit igitur utrumque, quia non repugnat; sed tamen utrumque nullo modo verum est; quia non per omnem terram nati sunt homines e terra, tamquam ex draconis alicuius dentibus proseminati [1]), ut poëtae ferunt, sed unus homo a deo fictus est, ab eoque uno terra omnis humano genere completa est, eadem scilicet ratione, qua rursus post diluvium: quod certe negare non possunt. Nulla igitur in principio facta est eiusmodi congregatio, nec umquam fuisse homines in terra, qui praeter infantiam [2]) non loquerentur, intelleget, cui ratio non deest. Fingamus tamen illa vera esse, quae otiosi et inepti senes fabulantur, ut eos suis potissimum sensibus et suis rationibus refellamus. Si hac de causa sunt homines congregati, ut mutuis auxiliis imbecillitatem suam tuerentur: succurrendum est igitur homini, qui egeat auxilio. Cum enim praesidii causa homines societatem cum hominibus inierint et san-

[1]) Намекъ на извѣстныя преданія о рожденіи людей изъ зубовъ убитаго дракона; сл. Ovid. metam. III. 105.
[2]) = excepta infantili aetate.

xerint, foedus illud inter homines a principio sui ortus initum aut violare, aut non conservare summum nefas putandum est. Nam qui se a praestando auxilio removet, etiam ab accipiendo se removeat necesse est, quia nullius opera indigere se putat, qui alteri suam denegat. Huic vero, qui se ipse dissociat ac secernit a corpore [1]), non ritu hominis, sed ferarum more vivendum est. Quod fieri si non potest, retinendum est igitur omni modo vinculum societatis humanae, quia homo sine homine nullo modo potest vivere. Retentio [2]) autem societatis est communitas, id est auxilium praestare, ut possimus accipere. Sin vero, ut illi alii disputant, humanitatis ipsius causa facta est hominum congregatio, homo certe hominem debet agnoscere. Quod si fecerunt illi rudes et adhuc feri homines, et fecerunt nondum constituta loquendi ratione: quid putemus hominibus expolitis et sermonis rerumque omnium commercio inter se copulatis esse faciendum, qui assueti hominibus, solitudinem ferre non possunt?

Cap. 11. Conservanda est igitur humanitas, si homines recte dici velimus. Id autem ipsum conservare humanitatem, quid aliud est, quam diligere hominem, quia homo sit, et idem quod nos sumus? Discordia igitur atque dissensio non est secundum hominis rationem, verumque est illud Ciceronis, quod ait [3]), hominem naturae oboedientem homini nocere non posse. Ergo si nocere homini contra naturam est, prodesse igitur homini secundum naturam sit necesse est. Quod qui non facit, hominis se appellatione despoliat, quia humanitatis officium est, necessitati hominis ac periculo subvenire. Quaero igitur ab iis, qui flecti ac misereri non putant esse sapientis: si homo, ab aliqua bestia comprehensus, auxilium sibi armati hominis imploret, utrumne succurrendum putent, an minime? Non sunt tam impudentes, ut negent fieri oportere, quod flagitat, quod exposcit humanitas. Item si aliquis circumveniatur igni, ruina opprimatur, mergatur mari, flumine rapiatur, num putent hominis esse, non auxiliari? Non sunt ipsi homines, si putent; nemo enim potest eiusmodi periculis non esse subiectus. Imo vero et hominis, et fortis viri esse dicent, servare periturum. Si ergo in eiusmodi casibus, qui periculum vitae homini afferunt, succurrere humanitatis esse concedunt, quid causae est, cur, si homo esuriat, sitiat, algeat, succurrendum esse non putent? Quae cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis, et unam eandemque humanitatem desiderent, tamen illa discernunt, quia non re ipsa vera, sed utilitate praesenti omnia metiuntur. Illos enim, quos periculo surripiunt, sperant sibi gratiam relaturos; egentes autem, quia non sperant [4]), perire arbitrantur

[1]) corpus въ см. общества.
[2]) = conservatio.
[3]) de offic. III. 5. 25.
[4]) sc. gratiam relaturos esse.

quicquid eiusmodi hominibus impertiant. Hinc est illa Plauti [1]) detestanda sententia:

Dé mendico mále meretur, qui eí dat quod edit aút bibat.
Nam ét illud, quod dat, pérdit et illi pródit vitam ad míseriam.

At enim poëta fortasse pro persona [2]) locutus est. Quid Marcus Tullius in suis officialibus libris, nonne hoc idem suadet, non esse omnino largiendum? Sic enim dixit [3]): Largitio, quae fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit; ita benignitate benignitas tollitur, qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. Et idem paulo post: Quid autem est stultius quam, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis? Videlicet professor sapientiae refrenat homines ab humanitate monetque, ut rem familiarem diligenter custodiant malintque arcam, quam iustitiam, conservare. Quod cum intellegeret inhumanum esse ac nefarium, mox alio capite [4]), quasi actus poenitentia, sic ait: Nonnumquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum, et saepe idoneis hominibus [5]) egentibus de re familiari impertiendum. Quid est idoneis? nempe iis, qui restituere ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero viveret, exclamarem profecto: hic, hic, M. Tulli, aberrasti a vera iustitia eamque uno verbo sustulisti, cum pietatis et humanitatis officia utilitate metitus es [6]). Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest [7]), non idoneis. Id enim iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. Haec est vera illa et germana iustitia, cuius solidam et expressam effigiem nullam tenere vos dicis [8]). Ipse pluribus locis clamas, mercennariam non esse virtutem, faterisque in libris legum tuarum [9]), liberalitatem gratuitam esse, his verbis: Nec est dubium, quin is, qui liberalis benignusque dicitur, officium, non fructum sequatur. Cur ergo idoneis potius largiris, nisi ut postea mercedem recipias? Te igitur auctore ac praeceptore iustitiae, quisquis idoneus non erit, nuditate, siti, fame conficietur; nec homines copiosi et usque ad delicias abundantes subvenient ultimae necessitati [10]). Si virtus mercedem non exigit, si propter se, ut dicis, expetenda est; ergo iustitiam matrem principemque virtutum suo pretio, non tuo commodo aestima, ei potissimum tribue, a quo nihil speres. Quid personas eligis? quid

[1]) Trinumm. 2. 2. 58.
[2]) pro persona—сообразуясь съ положеніемъ выводимаго въ комедіи лица.
[3]) de offic. 2. 15. 52.
[4]) ibid. 54.
[5]) подъ idonei homines Цицеронъ понималъ иное, чѣмъ Лактанцій, именно: digni, probi, qui beneficia sustinere possunt.
[6]) = mensus es.
[7]) sc. fieri.
[8]) de offic. 3. 17.
[9]) de legib. 1, 18, 48.
[10]) = extremae egestati.

membra inspicis? Pro homine tibi habendus est, quisquis ideo precatur, quia te hominem putet. Abiice umbras illas imaginesque iustitiae, atque ipsam veram et expressam tene. Largire caecis, debilibus, claudis, destitutis; quibus, nisi largiare, moriendum est. Inutiles sunt hominibus, sed utiles deo, qui eos retinet in vita, qui spiritu donat, qui luce dignatur. Fove, quantum in te est, et animas hominum [1]), ne exstinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Verum isti, quia neque naturam [2]) retinent, neque praemium in eo quod sit, sciunt, dum perdere timent, perdunt. et in id, quod maxime cavent, incidunt, ut quicquid largiuntur, aut pereat omnino, aut ad tempus brevissimum prosit. Nam qui exiguam stipem miseris negant, qui conservare humanitatem sine damno suo volunt, patrimonia sua effundunt, ut aut peritura et fragilia sibi comparent, aut certe maximis suis damnis nihil consequantur. Quid enim dicendum est de iis, qui populari levitate [3]) ducti, vel magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus impendunt [4])? nisi eos dementes atque furiosos, qui praestent id populo, quod et ipsi perdant, et nemo eorum, quibus praestatur, accipiat. Itaque ut est omnis voluptas caduca et brevis, oculorum maxime et aurium, aut obliviscuntur homines et alterius damna pro ingratis habent, aut etiam offenduntur, si non est libidini vulgi satisfactum, ut etiam homines stultissimi malum sibi malo comparaverint; aut, si adeo placuerint, nihil amplius, quam inanem favorem paucorumque dierum fabulas [5]) assequantur. Sic quotidie levissimorum hominum patrimonia in res supervacuas prodiguntur [6]). Num ergo illi sapientius, qui utiliora et diuturniora civibus suis exhibent munera? ii scilicet, qui publicis operibus exstructis, memoriam nomini suo quaerunt? ne isti quidem recte: bona sua in terra sepeliunt, quia nec memoria quicquam mortuis confert, nec opera eorum sempiterna sunt; siquidem aut uno tremore terrae dissipantur et corruunt, aut fortuito consumuntur incendio, aut hostili aliquo impetu diruuntur, aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur. Nihil est enim, ut ait orator [7]), opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas. At haec iustitia et lenitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius, qui tribulibus suis aut clientibus largiuntur; aliquid enim praestant hominibus, et prosunt: sed non est illa vera et iusta

[1]) = vitam hominum, homines.
[2]) sc. hominis.
[3]) = levi seu exigua ducti ratione, popularem quippe auram captandi. Walch.
[4]) Указаніе на обычай, по которому лица, искавшія для чего либо народной благосклонности (popularis levitas, ибо бываетъ непостоянна), давали народу игры и зрѣлища (exhibere, edere munera), на которыя надерживали громадныя суммы.
[5]) fabulas paucorum dierum assequi—сдѣлаться предметомъ разговоровъ въ теченіи немногихъ дней.
[6]) = тратиться (сл. фр. prodigue).
[7]) Cic. pro Marcello 4.

largitio. Beneficentia enim nulla est, ubicumque necessitas non est. Perit ergo quicquid gratiae causa tribuitur non indigentibus, aut cum foenore redit, et beneficentia non erit. Quod etsi gratum est iis, quibus datur, iustum tamen non est, quia si non fiat, nihil mali sequitur. Unum igitur certum et verum liberalitatis officium est, egentes atque inutiles [1]) alere.

Cap. 12. Haec est illa perfecta iustitia, quae custodit humanam, de qua philosophi loquuntur societatem. Hic divitiarum maximus ac verissimus fructus est, non uti opibus ad propriam unius voluptatem, sed ad multorum salutem; non ad praesentem suum fructum, sed ad iustitiam, quae sola non interit. Tenendum est [2]) igitur omni modo, ut ab officio misericordiae spes recipiendi absit omnino: huius enim operis et officii merces a deo est exspectanda solo. Nam si ab homine exspectes, iam non humanitas erit illa, sed beneficii feneratio; nec potest videri bene meruisse, qui quod facit, non alteri, sed sibi praestat: et tamen res eo redit, ut, quod alteri quisque praestiterit, nihil ab eo commodi sperans, vere sibi praestet, quia mercedem capiet a deo. Item deus praecepit, ut, si quando cenam paraverimus, eos in convictum adhibeamus, qui revocare [3]) non possint et vicem reddere: ut omnis actus vitae nostrae non careat misericordiae munere. Nec tamen quisquam interdictum sibi putet aut communionem cum amicis, aut caritatem cum proximis; sed notum nobis deus fecit, quod sit verum et iustum opus: ita nos oportet cum proximis vivere, dummodo sciamus, illud ad hominem, hoc ad deum pertinere [4]). Praecipua igitur virtus est hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt; sed eam detorquent a vera iustitia et ad commodum rapiunt. Recte, inquit Cicero [5]), a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Eodem modo rursus erravit, quo tum, cum idoneis esse diceret largiendum. Non enim iusti et sapientis viri domus illustribus debet patere, sed humilibus et abiectis; nam illustres illi ac potentes nulla re possunt indigere, quos opulentia sua et munit et honorat. Nihil autem a viro iusto faciendum est, nisi quod sit beneficum. Beneficium autem, si refertur, interit atque finitur; nec enim possumus id habere integrum, cuius pretium nobis persolutum est. In his itaque beneficiis iustitiae ratio versatur, quae salva et incorrupta permanserint: permanent autem non aliter, quam si praestentur iis hominibus, qui prodesse

[1]) inutiles, т. е. такихъ, отъ коихъ нельзя получить никакой благодарности.
[2]) = sciendum et pro certo habendum.
[3]) = vicissim vocare.
[4]) Benefacere amicis et proximis, i. e. cognatis pertinet ad hominem, i. e. est mere humanum opus, at benefacere iis qui non possunt vicem reddere est divinum opus eiusque beneficentiae merces a Deo exspectanda. Bünem.
[5]) de offic. 2. 18. 64. Theophrastus. Θεόφραστος, изъ Ефеса, ок. 312 до Р. Х., философъ перипатетикъ. Изъ его сочиненій особенно извѣстны ἠθικοὶ χαρακτῆρες.

nullo modo possunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spectavit aliud, nisi utilitatem, nec dissimulavit homo ingeniosus, quid ex eo commodi speraret. Ait enim, qui id faciat, potentem apud exteros futurum per gratiam principum, quos sibi hospitii et amicitiae iure constrinxerit. O quam multis argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem, coargui posset! Nec tam nostris, quam suis verbis refelleretur. Idem quippe ait, ut quisque maxime ad suum commodum referat quaecumque agit, ita minime esse virum bonum. Idem etiam negat, simplicis et aperti hominis esse ambire [1]), simulare aliquid et praetendere, aliud agere videri, cum aliud agat; praestare se alteri fingere, quod sibi praestet, sed malitiosi potius, et astuti, et fallacis, et subdoli. Quomodo ergo defenderet, quo minus ambitiosa illa hospitalitas malitia esset? Tu mihi per omnes portas circumcurses, ut advenientes populorum atque urbium principes domum tuam invites, ut per eos apud cives eorum potentiam consequare; velisque te iustum, et humanum, et hospitalem videri, cum studeas utilitati tuae. Verum hoc ille non potius incaute; quid enim minus in Ciceronem convenit? sed ignorantia veri iuris prudens ac sciens in hos se laqueos induit. Quod ut ei possit ignosci, testeficatus est, non ad veram iustitiam, quam non teneat, praecepta se dare, sed ad umbram imaginemque iustitiae. Ignoscendum est igitur umbratico [2]) et imaginario praeceptori, nec ab eo veritas exigenda est, qui se nescire fateatur. Captivorum redemptio magnum atque praeclarum iustitiae munus est, quod idem ipse Tullius [3]) approbavit. Atque haec benignitas, inquit, etiam reipublicae est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Haec est gravium hominum atque magnorum. Proprium igitur iustorum opus est, alere pauperes ac redimere captivos, cum apud iniustos, si qui haec faciant, graves et magni appellentur. Iis enim maxime laudis est bene facere, quos nemo speravit esse facturos. Nam qui bonum facit vel consanguineo, vel proximo, vel amico, aut nullam, aut certe non magnam laudem meretur, quia facere debet, sitque impius ac detestabilis, nisi fecerit id, quod ab eo et natura ipsa et necessitudo exigit; et si facit, non tam gloriae assequendae, quam reprehensionis vitandae gratia facit. Qui autem facit alieno et ignoto, is vero dignus est laude, quoniam, ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia est, ubi ad benefaciendum necessitatis vinculum nullum est. Hoc igitur officium benignitatis ne anteponere quidem largitioni munerum debuit: quod est comparantis, et e duobus bonis id, quod sit melius, eligentis. Illa enim largitio hominum patrimonia sua in mare abiicientium [4]) inanis,

[1]) ambire, искать удовлетворенія своего честолюбія посредствомъ происковъ (ambitus).
[2]) umbraticus praeceptor, qui dat praecepta ad umbram tantum iustitiae.
[3]) de offic. 2. 18. 63.
[4]) намекъ на т. н. naumachiae.

et levis, et ab omni iustitia remotissima est. Itaque ne dici quidem munera oportet, in quibus nemo accipit, nisi qui accipere non meretur. Non minus magnum iustitiae opus est, pupillos et viduas destitutos et auxilio indigentes tueri atque defendere: quod adeo universis divina lex illa praescribit, quandoquidem boni quique iudices ad officium suum iudicant pertinere, ut iis naturali humanitate faveant ac prodesse nitantur. Verum haec opera proprie nostra sunt, qui legem, qui verba ipsius dei praecipientis accepimus. Nam illi sentiunt, natura esse iustum tueri eos, qui tutela carent, sed, cur ita sit, non perspiciunt. Deus enim, cuius perpetua clementia est, idcirco viduas pupillosque defendi ac foveri iubet, ne quis respectu ac miseratione pignorum [1]) suorum retardetur, quominus mortem pro iustitia fideque suscipiat; sed incunctanter ac fortiter subeat, cum sciat, se caros suos deo relinquere, nec his umquam praesidium defuturum. Aegros quoque, quibus defuerit, qui assistat, curandos fovendosque suscipere summae humanitatis et magnae operationis [2]) est: quod qui fecerit, hic vivam hostiam deo acquiret, et quod alteri dederit ad tempus, ipse a deo accipiet in aeternum. Ultimum illud et maximum pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura: quod illi virtutis iustitiaeque doctores prorsus non attigerunt. Nec enim poterant id videre, qui utilitate omnia officia sua metiebantur. In ceteris enim, quae supra dicta sunt, quamvis verum limitem non tenuerint, tamen quoniam commodi aliquid in his deprehenderunt, quasi odore quodam veritatis retenti, propius [3]) aberraverunt: hoc autem, quia nihil videre in eo commodi poterant, reliquerunt. Quin etiam non defuerunt, qui supervacaneam facerent sepulturam, nihilque esse dicerent mali, iacere inhumatum atque abiectum. Quorum impiam sapientiam cum omne humanum genus respuit, tum divinae voces [4]), quae id fieri iubent. Verum illi non audent dicere, id non esse faciendum; sed, si forte non fiat, nihil esse incommodi. Itaque in ea re non tam praecipientium, quam consolantium funguntur officio, ut si forte id sapienti evenerit, ne se ob hoc miserum putet. Nos autem non quid sapienti ferendum sit dicimus, sed quid facere ipse debeat. Itaque non quaerimus nunc, utrumne tota sepeliendi ratio sit utilis, necne, sed haec, etiamsi sit inanis, ut illi existimant, tamen facienda est, vel ob hoc solum, quod apud homines bene et humane fieri videtur. Animus enim quaeritur, et propositum ponderatur. Non ergo patiemur, figuram et figmentum dei [5]) feris ac volucribus in praedam iacere, sed reddemus id terrae, unde ortum est, et quamvis in homine ignoto, necessariorum munus implebimus, in quorum locum,

[1]) pignora = coniuges et liberi.
[2]) operatio sc. elecmosynae—благодѣяніе, милосердіе, cf. operari.
[3]) т. е. ita aberraverunt, ut non longe a recta via fuerint.
[4]) = scriptura sacra.
[5]) = quod deus finxit.

quia desunt, succedat humanitas, et ubicumque homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitiae ratio consistit, quam in eo, ut quod praestamus nostris per affectum [1]), praestemus alienis per humanitatem: quae est multo certior iustiorque, cum iam non homini praestatur, qui nihil sentit, sed deo soli, cui carissimum sacrificium est opus iustum. Dicet aliquis fortasse: Si haec omnia fecero, nihil habebo. Quid enim, si magnus hominum numerus egebit, algebit, capietur, morietur, ut haec facientem vel uno die patrimonio exui sit necesse, perdamne rem familiarem meo aut maiorum labore quaesitam [2]), ut iam ipsi mihi aliena misericordia vivendum sit? Quid tu tam pusillo animo paupertatem times, quam etiam vestri philosophi laudant, nihilque hac tutius, nihilque tranquillius esse testantur? Hoc, quod times, sollicitudinum portus est. An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his malis opibus subiaceas? Quae tecum bene agent, si sine tuo cruore transierint [3]). Tu vero praeda onustus incedis et spolia geris, quae irritent animos etiam tuorum. Quid ergo dubitas bene collocare id, quod tibi forsan eripiet aut unum latrocinium, aut existens repente proscriptio, aut hostilis aliqua direptio? Quid verere, fluxum et fragile bonum facere sempiternum, aut thesauros tuos custodi deo credere, ubi non furem praedonemque timeas, non rubiginem, non tyrannum? Qui apud deum dives est, pauper esse numquam potest. Si iustitiam tanti putas, sequere abiectis oneribus, quae te premunt; libera te ipsum compedibus et catenis, ut expeditus ad deum curras. Magni et excelsi animi est despicere et calcare mortalia. Sed si hanc virtutem non capis, ut divitias tuas in arcam dei conferas, ut fragilibus tibi compares firmiora, liberabo te metu. Omnia ista praecepta non tibi soli dantur, sed omni populo, qui mente coniunctus est et cohaeret, sicut homo unus. Si solus magnis operibus non sufficis, pro virili parte operare iustitiam, sic tamen, ut quantum divitiis inter ceteros, tantum opere [4]) praecellas. Neque nunc suaderi tibi putes, ut rem familiarem tuam minuas vel exhaurias; sed quae in supervacua fueras impensurus, ad meliora convertas. Unde bestias emis, hinc captos redime; unde feras pascis, hinc pauperes ale; unde homines ad gladium [5]) comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perditae nequitiae bestiarios [6]) facere locupletes et instruere ad flagitia? Transfer ad magnum sacrificium male peritura, ut pro his veris muneribus habeas a deo munus aeternum. Magna est mise-

[1]) = pietatem, caritatem.
[2]) = acquisitam.
[3]) = te reliquerint.
[4]) = misericordia.
[5]) т. е. gladiatores.
[6]) bestiarii, личности, сражавшіяся въ амфитеатрахъ съ дикими звѣрями, нанимались нерѣдко за большія деньги; естественно, что это были люди, потерявшіе всѣ добрыя качества (perditae nequitiae).

ricordiae merces, cui deus pollicetur, peccata se omnia remissurum. Si audieris, inquit, preces supplicis tui, et ego audiam tuas: si misertus laborantium fueris, et ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeris nec adiuveris, et ego animum tuum contra te geram [1]), tuisque te legibus iudicabo.

Cap. 13. Quotiens igitur rogaris, tentari te a deo crede, an sis dignus audiri. Circumspice conscientiam tuam, et quantum potes, medere vulneribus. Nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes; abolentur enim, si deo largiare, quia peccaveris. Nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur. Deus enim purgari homines a peccatis maxime cupit, ideoque agi poenitentiam iubet. Agere autem poenitentiam, nihil aliud est, quam profiteri et affirmare, se ulterius non peccaturum. Ignoscitur itaque iis, qui ad peccatum imprudenter incauteque labuntur; veniam non habet, qui sciens peccat. Nec tamen si aliquis fuerit purificatus ab omni labe peccati, temperandum sibi ab opere largitionis existimet, quia non habeat peccata, quae deleat [2]). Imo vero tum magis iustitiam debet operari, cum factus est iustus, ut quod ante in medelam vulnerum [3]) fecerat, postmodum faciat in laudem gloriamque virtutis. Eo accedit, quod nemo esse sine delicto potest, quamdiu indumento carnis oneratus est. Cuius infirmitas triplici modo subiacet dominio peccati: factis, dictis, cogitationibus. Per hos gradus ad summum culmen iustitia procedit. Primus est virtutis gradus, malis operibus abstinere; secundus, etiam malis verbis; tertius, etiam cogitatione rerum malarum. Qui primum gradum ascendit, satis iustus est; qui secundum, iam perfectae virtutis, siquidem neque factis, neque sermone delinquat; qui tertium, is vero similitudinem dei assecutus videtur. Est enim paene supra humanum modum, ne in cogitatione quidem admittere, quod sit vel factu malum, vel improbum dictu. Itaque etiam iusti homines, qui frenare se possunt ab omni opere iniusto, nonnumquam tamen ipsa fragilitate vincuntur, ut vel in ira malum dicant, vel in aspectu rerum delectabilium cogitatione tacita concupiscant. Quodsi mortalis conditio non patitur, esse hominem ab omni macula purum, debent ergo largitione perpetua peccata carnis aboleri. Unum est enim sapientis, et iusti, et vitalis [4]) viri opus, divitias suas in sola iustitia collocare: qua profecto qui eget, licet ille Croesum aut Crassum [5]) divitiis superet, hic pauper, hic nudus, hic mendicus putandus est. Danda igitur opera, ut indumento iustitiae pietatisque velemur, quo nos exuat nemo; quod nobis sempiternum praebet ornatum. Nam si deorum cultores simulacra insensibi-

[1]) = adversus te immisericors ero, sicut tu erga alios fuisti.
[2]) = quae debeat redimere.
[3]) = peccata.
[4]) vitalis = vitam aeternam comparans; другіе: homo vita dignus.
[5]) богатства М. Лициніи Красса, члена 1-го тріумвирата, вошли въ пословицу; cf. Pers. Sat. 2. 36: Nunc Lucini in campos, nunc Crassi mittit in aedes.

lia [1]) excolunt [2]), et quicquid pretiosi habent, in ea conferunt, quibus nec uti possunt, nec gratias agere, quod acceperint: quanto iustius est et verius [3]) viventia dei simulacra excolere, ut promereare [4]) viventem? Quae sicut usui habent quicquid acceperint et gratias agunt, ita deus, in cuius conspectu bonum feceris, et probabit, et mercedem pietatis exsolvet.

Cap. 14. Si ergo in homine praeclarum et excellens est bonum misericordia, idque divinis testimoniis et bonorum malorumque consensu optimum iudicatur, apparet, philosophos longe abfuisse ab humano bono, qui neque praeceperunt eiusmodi quicquam, neque fecerunt, sed virtutem, quae in homine propemodum singularis est, pro vitio semper habuerunt. Libet hic interponere unum de philosophia locum, ut illorum plenius coarguamus errores, qui misericordiam, cupiditatem, metum, morbos animi appellant. Conantur illi quidem virtutes a vitiis distinguere, quod est sane facillimum. Quis enim non possit liberalem a prodigo separare, ut illi faciunt, aut parcum a sordido, aut quietum [5]) ab inerti, aut cautum a timido? quod haec, quae sunt bona, fines suos habeant; quos si excesserint, in vitia labuntur, ita ut constantia, nisi pro veritate suscepta sit, fit impudentia. Item fortitudo, si nulla necessitate cogente aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem convertitur. Libertas quoque, si alios insectetur potius, quam insectantibus resistat, contumacia est. Severitas etiam, nisi se intra congruentes nocentium poenas coërceat, fit saeva crudelitas. Itaque dicunt, eos, qui mali videantur, non sua sponte peccare, nec mala potius eligere, sed bonorum specie lapsos, incidere in mala, dum bonorum ac malorum discrimen ignorant. Haec quidem falsa non sunt, sed ad corpus cuncta referuntur. Nam parcum esse, aut constantem, aut cautum, aut quietum, aut fortem, aut severum, virtutes sunt quidem, sed huius temporariae vitae. Nos autem, qui hanc vitam contemnimus, alias nobis virtutes propositas habemus, de quibus philosophi ne suspicari quidem ulla ratione potuerunt. Itaque et virtutes quasdam pro vitiis, et vitia quaedam pro virtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus omnes, quorum impulsu animus commovetur, ex homine tollunt [6]): cupiditatem, laetitiam, metum, moestitiam, quorum duo priora ex bonis sunt aut futuris aut praesentibus, posteriora ex malis. Eodem modo haec quattuor morbos, ut dixi, vocant, non tam natura insitos, quam prava opinione susceptos; et idcirco eos censent exstirpari posse radicitus, si bonorum malorumque opinio falsa tollatur. Si enim nihil censeat sapiens bonum, nihil malum, nec cupiditate ardescet, nec

[1]) = sensu carentia.
[2]) = exornare.
[3]) = aequius.
[4]) = срвн. гл. 9 кон.
[5]) = neutrius partis studiosus.
[6]) т. н. стоическая ἀπάθεια.

laetitia gestiet, nec metu terrebitur, nec aegritudine contrahetur. Mox videbimus, an efficiant quod velint, aut quid efficiant; interim propositum arrogans ac paene furiosum, qui se putent mederi et eniti posse contra vim rationemque naturae.

Cap. 15. Haec enim naturalia esse, non voluntaria, omnium viventium ratio demonstrat, quae iisdem omnibus quatitur affectibus. Peripatetici ergo rectius, qui haec omnia detrahi negant posse, quia nobiscum simul nata sint, et conantur ostendere, quam providenter et quam necessario deus, sive natura, sic enim dicunt, his nos armarit affectibus: quos tamen, quia vitiosi plerumque fiunt, si nimii sint, posse ab homine adhibito modo salubriter temperari, ut tantum homini, quantum naturae satis est, relinquatur. Non insipiens disputatio, si, ut dixi, non ad hanc vitam omnia referrentur. Stoici ergo furiosi, qui ea non temperant, sed abscindunt, rebusque a natura insitis castrare hominem quodammodo volunt. Quod tale est, quale si velint aut metum detrahere cervis, aut venenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus. Nam quae singula mutis animalibus data sunt, ea vero universa homini simul. Quodsi, ut medici affirmant, laetitiae affectus in splene est, irae in felle, libidinis in iecore, timoris in corde, facilius est interficere animal ipsum, quam ex corpore aliquid evellere: quod est animantis naturam velle mutare. Sed homines prudentes non intellegunt, cum vitia ex homine tollunt, etiam virtutem se tollere, cui soli locum faciunt. Nam si virtus est, in medio irae impetu se ipsum cohibere ac reprimere, quod negare non possunt, caret ergo virtute, quisquis ira caret. Si virtus est, libidinem corporis continere, virtute careat necesse est, qui libidinem, quam temperet, non habet: si virtus est, cupiditatem ab alieni appetitione frenare, nullam certe virtutem potest habere, qui caret eo, ad quod cohibendum virtutis usus adhibetur. Ubi ergo vitia non sunt, ne virtuti quidem locus est; sicut ne victoriae quidem, ubi adversarius nullus est. Ita fit, ut bonum sine malo esse in hac vita non possit. Affectus igitur, quasi ubertas est naturalis animorum. Nam sicut in sentes ager, qui est natura fecundus, exuberat, sic animus incultus vitiis sua sponte invalescentibus, velut spinis obducitur. Sed cum verus cultor accesserit, statim cedentibus vitiis, fruges virtutis oriuntur. Deus itaque, cum hominem primum fingeret, mirabili providentia ingeneravit ei prius istas animi commotiones, ut posset capere virtutem, sicut terra culturam, posuitque materiam vitiorum in affectibus, virtutis, in vitiis. Quae profecto aut nulla erit, aut in usu esse non poterit, si desint ea, per quae vis eius aut apparet, aut constat. Videamus nunc, iidem illi, qui vitia penitus excidunt, quid effecerint. Quattuor illos affectus, quos ex opinione bonorum malorumque nasci putant, quibus evulsis, sanandum esse animum sapientis existimant, quoniam intellegunt et natura insitos esse, et sine his nihil moveri, nihil agi posse; alia quaedam in eorum locum vicemque supponunt, pro cupiditate substituunt vo-

luntatem: quasi vero non multo sit praestabilius, bonum cupere, quam velle; item pro laetitia gaudium, pro metu cautionem. At in illo quarto immutandi nominis eos ratio deficit. Itaque aegritudinem penitus, id est, moestitiam doloremque animi sustulerunt, quod fieri nequaquam potest. Quis enim possit non dolere, si patriam aut pestilentia exhauserit, aut hostis everterit, aut tyrannus oppresserit? Potest aliquis non dolere, si sublatam viderit libertatem, si proximos, si amicos, si bonos viros aut exterminatos, aut crudelissime trucidatos? Nisi cuius mens ita obstupuerit, ut sit ei sensus omnis ereptus. Quare aut omnia tollere debuerunt, aut implenda fuerat curta haec et debilis [1]) disputatio, id est, etiam pro aegritudine aliquid reponendum, quoniam superioribus ita ordinatis, hoc consequens erat. Ut enim praesentibus laetamur bonis, sic malis angimur ac dolemus. Si ergo laetitiae, quoniam vitiosam putabant, nomen aliud indiderunt, sic aegritudini, quoniam et ipsam vitiosam putabant, aliud vocabulum tribui congruebat. Unde apparet, non illis rem defuisse, sed verbum; cuius indigentia eum totum affectum, qui est vel maximus, contra quam [2]) natura pateretur, auferre voluerunt. Nam illas nominum commutationes poteram coarguere pluribus et ostendere, aut sermonis ornandi augendaeque copiae gratia multa nomina iisdem rebus imposita, aut certe non multum inter se illa distare. Nam et cupiditas a voluntate incipit, et cautio a metu oritur, et laetitia nihil aliud est, quam professum [3]) gaudium. Sed putemus, ut ipsi volunt, esse diversa. Nempe igitur cupiditatem esse dicent, perseverantem ac perpetuam voluntatem; laetitiam vero insolenter se efferens gaudium; metum autem nimiam et excedentem modum cautionem: ita fit, ut ea, quae tollenda esse censent, non tollant, sed temperent, siquidem nomina tantummodo immutant, res ipsae manent. Eo igitur imprudentes revolvuntur, quo Peripatetici ratione perveniunt, ut vitia, quoniam tolli non possunt, medie temperanda sint. Ergo errant, quia non efficiunt, quod volunt, et longo asperoque circuitu in eandem viam redeunt.

Cap. 16. At ego ne Peripateticos quidem accessisse ad veritatem puto, qui vitia esse concedunt, sed ea mediocriter temperant. Carendum est enim vitiis etiam mediocribus. Quin potius efficiendum fuit, primum, ne vitia essent [4]). Nec enim quicquam vitiosum nasci potest, sed vitia fieri, si male utamur affectibus; virtutes, si bene. Deinde monstrandum est, non ipsos affectus, sed eorum causas esse moderandas. Non est, inquiunt, laetitia nimia gestiendum, sed modice ac temperate. Hoc vero tale est, quale si dicerent, non esse currendum concitate, sed gradiendum quiete. At potest et qui graditur,

[1]) = manca, mutila.
[2]) = contra ac, вопреки природѣ.
[3]) = apertum, externis signis demonstratum.
[4]) sc. affectus.

errare, et qui currit, rectam viam tenere. Quid si ostendo, esse aliquid, ubi non tantum modicum, sed vel punctum [1]) gaudere vitiosum sit, et aliud contra, in quo vel exsultare laetitia, minime criminosum? Quid tandem nobis ista mediocritas proderit? Quaero, utrumne sapienti laetandum putent, si quid inimico suo mali videat accidere; aut utrumne laetitiam frenare debeat, si victis hostibus, aut oppresso tyranno, libertas et salus civibus parta sit? Nemo dubitat, quin et in illo exiguum laetari, et in hoc parum laetari sit maximum crimen [2]). Eadem de ceteris affectibus licet dicere. Sed, ut dixi, non in his moderandis sapientiae ratio versatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus commoventur; nec ipsis potissimum frenos imponi oportuit, quoniam et exigui possunt esse in maximo crimine, et maximi possunt esse sine crimine: sed assignandi fuerunt certis temporibus, et rebus, et locis, ne vitia sint, quibus uti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum est, errare autem malum, sic moveri affectibus in rectum, bonum est, in pravum, malum... Non est itaque morbus irasci, nec cupere, nec libidine commoveri; sed iracundum esse, morbus est, cupidum, libidinosum. Qui enim iracundus est, etiam cui non debet, aut cum non oportet, irascitur; qui cupidus, etiam quod non opus est, concupiscit; qui libidinosus, etiam quod legibus vetatur, affectat. Omnis igitur ratio in eo versari debuit, ut quoniam earum rerum [3]) impetus inhiberi non potest nec debet, quia necessario est insitus ad tuenda officia vitae, dirigeretur potius in viam rectam, ubi etiam cursus offensione ac periculo careat.

Cap. 17. Sed evectus sum coarguendi studio longius, cum sit mihi propositum, ea, quae vitia philosophi putaverunt, ostendere non tantum vitia non esse, verum etiam magnas esse virtutes. Ex aliis docendi gratia sumam, quae pertinere ad rem maxime puto. Metum seu timorem in maximo vitio ponunt summamque imbecillitatem esse animi putant, cui sit contraria fortitudo, quae si sit in homine, locum timori esse nullum. Creditne ergo aliquis, fieri posse, ut idem metus summa sit fortitudo? Minime. Neque enim videtur capere natura, ut aliquid in contrarium recidat. Atquin ego non arguta aliqua conclusione, ut apud Platonem Socrates facit, qui eos, quos contra disputat, cogit ea, quae negaverant, confiteri, sed simpliciter ostendam, summum metum [4]) summam esse virtutem. Nemo dubitat, quin timidi et imbecilli sit animi aut dolorem metuere, aut egestatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem: quae omnia quisquis non

[1]) punctum sc. temporis.
[2]) Nemo dubitat quin et in illo, si inimico quid mali accidat, exiguum i. e. vel tantillum laetari sit gravissimum peccatum, quia inimico suo vere sapiens bene vult, nec est εὐχαιρέκακος; contra vero in hoc, si libertas et salus civibus parta sit, parum i. e. non satis, frigide laetari aeque magnum crimen sit; talis enim proderet, se malle servitium iniquum et interitum civitatis. Bünem.
[3]) т. е. irae, cupidinis, libidinis.
[4]) summum metum = summi Dei metum.

exhorruerit, fortissimus iudicatur. Qui autem deum metuit, illa universa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est; spectatae sunt enim semper spectanturque adhuc per orbem poenae cultorum dei, in quibus excruciandis nova et inusitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium bestiarum ultra ipsam mortem [1]) carnificina saevierit. Has tamen exsecrabiles corporum lacerationes felix atque invicta patientia sine ullo gemitu pertulit. Haec virtus omnibus populis atque provinciis et ipsis tortoribus miraculum maximum praebuit, cum patientia crudelitas vinceretur. Atquin hanc virtutem nihil aliud, quam metus dei fecit. Itaque, ut dicebam, non evellendus, ut Stoici, neque temperandus timor, ut Peripatetici volunt, sed in veram viam dirigendus est, auferendique sunt metus, sed ita, ut hic solus relinquatur: qui quoniam legitimus ac verus est, solus efficit, ut possint cetera omnia non timeri. Cupiditas [2]) quoque inter vitia numeratur: sed si haec, quae terrena sunt, concupiscat, vitium est; virtus autem, si caelestia. Qui enim iustitiam, qui deum, qui vitam perpetuam, qui lucem sempiternam, eaque omnia, quae deus homini pollicetur, consequi cupit, opes istas, et honores, et potentatus, et regna ipsa contemnet. Dicet fortasse Stoicus, voluntate opus esse ad haec consequenda, non cupiditate; imo vero parum est velle. Multi enim volunt, sed cum dolor visceribus accesserit, voluntas cedit, cupiditas perseverat: quae si efficit, ut contemptui sint omnia, quae a ceteris appetuntur, summa virtus est, siquidem continentiae mater est. Ideoque illud potius efficere debemus, ut affectus, quibus prave uti vitium est, dirigamus in rectum. Nam istae concitationes animorum iuncto currui similes sunt, in quo recte moderando summum rectoris officium est, ut viam noverit: quam si tenebit, quamlibet concitate ierit, non offendet; si autem aberraverit, licet placide ac leniter eat, aut per confragosa vexabitur, aut per praecipitia labetur, aut certe, quo non est opus, deferetur. Sic currus ille vitae, qui affectibus velut equis pernicibus ducitur, si viam rectam teneat, fungetur officio. Metus igitur et cupiditas, si proiiciantur in terram, vitia fient; virtutes autem, si ad divina referantur. Parsimoniam contra virtutis loco habent: quae si studium est habendi, non potest esse virtus, quia in augendis vel tuendis terrestribus bonis tota versatur. Nos autem summum bonum non referimus ad corpus, sed omne officium solius animae conservatione metimur. Quodsi, ut supra docui [3]), patrimonio minime parcendum est, ut humanitatem iustitiamque teneamus, non est virtus frugi esse: quod nomen specie virtutis fallit ac decipit. Est enim frugalitas abstinentia quidem voluptatum; sed eo

[1]) т. е. in cineres mortuorum. Подъ immanes bestiae разумѣются saevissimi tyrranni.
[2]) = desiderium.
[3]) гл. 12.

vitium, quia ex habendi amore descendit, cum sit et voluptatibus abstinendum, et pecuniae minime temperandum. Nam parce, id est, mediocriter uti pecunia, quasi quaedam pusillitas animi [1]) est aut praetimentis, ne sibi desit, aut desperantis, posse se illam reparare, aut contemptum terrestrium non capientis. Sed illi rursus eum, qui rei familiari suae non parcat, prodigum vocant. Nam ita liberalem distinguunt a prodigo, quod is liberalis sit, qui et bene meritis, et cum oportet, et quantum satis est, largiatur; prodigus vero, qui et non meritis, et cum opus non est et sine respectu rei familiaris effundat. Quid ergo? Prodigumne dicemus eum, qui misericordiae causa tribuat egentibus victum? Atquin multum refert, utrumne scortis propter libidinem largiare, an miseris propter humanitatem; utrum pecuniam tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant, an illam pietati ac deo praestes; utrumne illam ventri ac gulae ingeras, an in thesauro iustitiae reponas. Ut ergo vitium est, effundere in malam partem, sic in bonam, virtus. Sic virtus est, non parcere opibus, quae possunt reparari, ut hominis vitam sustentes, quae reparari non potest; vitium igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim, quam insanos, qui hominem, mite ac sociale animal, orbant suo nomine; qui evulsis affectibus, quibus omnis constat humanitas, ad immobilem stuporem mentis perducere volunt, dum student animum perturbationibus liberare et, ut ipsi dicunt, quietum tranquillumque reddere. Quod fieri non tantum non potest, quia vis et ratio eius in motu est, sed ne oportet quidem; quia sicut aqua semper iacens et quieta insalubris et magis turbida est, sic animus immotus ac torpens inutilis est etiam sibi; nec vitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam nec cogitabit, cum cogitatio ipsa nihil aliud sit, quam mentis agitatio. Denique qui hanc immobilitatem animi asserunt, privare animum ita volunt, quia vita actuosa est, mors quieta. Quaedam etiam recte pro virtutibus habent, sed earum modum non tenent. Virtus est constantia: non, ut inferentibus iniuriam resistamus, his enim cedendum est, quod cur fieri debeat, mox docebo; sed ut iubentibus facere nos contra dei legem contraque iustitiam, nullis minis aut suppliciis terreamur, quominus dei iussionem hominis iussioni praeferamus. Item virtus est, mortem contemnere: non ut appetamus eamque ultro nobis inferamus, sicut philosophorum plurimi et maximi saepe fecerunt, quod est sceleratum ac nefarium; sed ut coacti deum relinquere ac fidem prodere, mortem suscipere malimus, libertatemque defendamus adversus impotentium [2]) stultam vecordemque violentiam, et omnes seculi minas atque terrores fortitudine animi provocemus. Sic ea, quae alii timent, excelsa et insuperabili mente dolorem mortemque calcamus. Haec est virtus, haec vera constantia, in hoc tuenda et conservanda solo, ut nullus nos terror, nulla vis

[1]) ὀλιγοψυχία, pusillanimitas.
[2]) impotentes здѣсь въ знач. не могущихъ себя сдерживать.

a deo possit avertere. Vera igitur Ciceronis [1]) illa sententia est: Nemo, inquit, iustus potest esse, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet. Item Senecae in libris moralis philosophiae dicentis: Hic est ille homo honestus, non apice [2]) purpurave, non lictorum insignis ministerio, sed nulla re minor, qui cum mortem in vicinia videt, non sic perturbatur, tamquam rem novam viderit; qui, sive toto corpore tormenta patienda sunt, sive flamma ore rapienda est, sive extendendae per patibulum manus, non quaerit, quid patiatur, sed quam bene. Qui autem deum colit, haec patitur nec timet; ergo iustus est. His rebus efficitur, ut neque virtutes, neque virtutum exactissimos limites nosse aut tenere possit omnino, quisquis est a religione dei singularis alienus.

Cap. 18. Sed omittamus philosophos, qui aut omnino nihil sciunt, idque ipsum pro summa scientia praeferunt [3]), aut qui non perspiciunt etiam quae sciunt; aut qui, quoniam se putant scire, quae nesciunt, inepte arroganterque desipiunt. Nos ergo, ut ad propositum revertamur, quibus solis a deo veritas revelata et caelitus missa sapientia est, faciamus quae iubet illuminator noster deus; sustineamus invicem, et labores huius vitae mutuis adiumentis perferamus, nec tamen, si quid boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo. Monet enim deus, operatorem iustitiae non oportere esse iactantem, ne non tam mandatis caelestibus obsequendi, quam studio placendi, humanitatis officio functus esse videatur; habeatque iam pretium gloriae, quod captavit; nec praemium caelestis illius ac divinae mercedis accipiat. Cetera, quae observare cultor dei debet, facilia sunt, illis virtutibus comprehensis. Non mentiatur umquam decipiendi aut nocendi causa. Est enim nefas, eum, qui veritati studeat, in aliqua re esse fallacem atque ab ipsa, quam sequitur, veritate discedere. In hac iustitiae virtutumque omnium via nullus mendacio locus est. Itaque viator ille verus ac iustus non dicet illud Lucilianum:

Homini amico ac familiari non est mentiri meum;

sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum, nec aliquando committet, ut lingua, interpres animi, a sensu et cogitatione discordet. Pecuniam si quam crediderit, non accipiat usuram, ut et beneficium sit incolume, quod succurrit necessitati, et abstineat se prorsus alieno. In hoc enim genere officii debet suo esse contentus, quem oporteat alias ne proprio quidem parcere, ut bonum faciat; plus autem accipere, quam dederit, iniustum est. Quod qui facit, insidiatur quodammodo, ut ex alterius necessitate praede-

[1]) de offic. 2. 11. 38.

[2]) apex. бѣлая шерстяная шапочка, которую носили жрецы—фламины (flamines) и Салiи. Здѣсь, какъ знакъ высшаго духовнаго достоинства, тогда какъ purpura (т. е. toga praetexta, обшитая широкою пурпуровою полосой)—свѣтскаго.

[3]) praeferunt = prae se ferunt, и pro summa scientia = tamquam summam scientiam.

tur. At iustus numquam praetermittet, quominus aliquid misericorditer faciat, nec inquinabit se huiusmodi quaestu, sed efficiet, ut sine ullo suo damno id ipsum, quod commodat, inter bona opera numeretur. Munus non accipiat a paupere, ut si quid ipse praestiterit, eo bonum sit, quo fuerit gratuitum. Maledicenti benedicto respondeat; numquam ipse maledicat, ne verbum malum procedat ex ore hominis, qui colit verbum bonum [1]). Quin etiam caveat diligenter, ne quando inimicum sua culpa faciat; et si quis exstiterit tam protervus, qui bono et iusto faciat iniuriam, clementer ac moderate ferat et ultionem suam non sibi assumat, sed iudicio dei reservet. Innocentiam semper et ubique custodiat. Quod praeceptum non ad hoc tantum valet, ut ipse iniuriam non inferat, sed ut illatam sibi non vindicet. Sedet enim maximus et aequissimus iudex, speculator ac testis omnium. Hunc homini praeferat; hunc malit de causa sua pronuntiare, cuius sententiam nemo effugere potest, nec defensione cuiusquam, nec gratia. Ita fit, ut homo iustus contemptui sit omnibus; et quia putabitur semetipsum defendere non posse, habebitur pro segni et inerte: qui autem fuerit ultus inimicum, hic fortis, hic strenuus iudicatur; hunc colunt, hunc omnes verentur. Bonus vero ille tametsi prodesse pluribus possit, illum tamen suspiciunt, qui nocere, quam qui prodesse possit. Sed iustum pravitas hominum depravare non poterit, quominus deo studeat obtemperare, malitque contemni, dummodo semper boni fungatur officio, mali numquam. Cicero in iisdem illis officialibus [2]): At vero si quis voluerit, inquit, animi sui complicatam notionem evolvere [3]), iam se ipse doceat, eum virum bonum esse, qui prosit, quibus possit; noceat nemini, nisi lacessitus iniuria. O quam simplicem veramque sententiam duorum verborum adiectione corrupit! Quid enim opus fuerat adiungere: nisi lacessitus iniuria, ut vitium bono viro quasi caudam turpissimam apponeret, patientiaeque, quae omnium virtutum maxima est, faceret expertem? Nociturum esse dixit bonum virum, si fuerit lacessitus; iam ex hoc ipso boni viri nomen amittat necesse est, si nocebit. Non minus enim mali est, referre iniuriam, quam inferre. Nam unde certamina inter homines, unde pugnae contentionesque nascuntur, nisi quod improbitati opposita impatientia magnas saepe concitat tempestates? Quodsi patientiam, qua virtute nihil verius, nihil homine dignius inveniri potest, improbitati opposueris, exstinguetur protinus, tamquam igni aquam superfuderis: sin autem provocatrix illa improbitas impatientiam sibi comparem [4]) nacta est, tamquam perfusa oleo, tantum excitabit incendium, ut id non flumen aliquod, sed effusio

[1]) = Christum.

[2]) de offic. 3. 19. 76.

[3]) По ученію философовъ школы Сократа понятія о вещахъ, необходимыхъ для счастливой жизни, врождены человѣку, но только находятся въ душѣ его закрытыми, и потому должны быть опять вызваны припоминаніемъ (evolvere).

[4]) Improbitas et impatientia hic ut par gladiatorum componuntur. Bünem.

cruoris exstinguat. Magna itaque patentiae ratio est, quam sapiens homo ademit bono viro. Ut enim nihil malorum fiat, haec sola efficit; quae si detur omnibus, nullum scelus, nulla fraus in rebus humanis erit. Quid igitur bono viro potest esse tam calamitosum tamque contrarium, quam irae frena permittere, quae illum non modo boni, sed etiam hominis appellatione despoliet, siquidem nocere alteri, ut ipse verissime ait [1]), non est secundum hominis naturam? Nam et pecudes, si lacessas, aut calce aut cornu repugnant; et serpentes ac ferae, nisi persequare, ut occidas, negotium non exhibent; et, ut ad hominum exempla redeamus, imperiti quoque et insipientes, si quando accipiunt iniuriam, caeco et irrationabili furore ducuntur, et iis, qui sibi nocent, vicem retribuere conantur. In quo igitur sapiens ac bonus vir a malis et insipientibus differt, nisi quod habet invictam patientiam, qua stulti carent; nisi quod regere se ac mitigare iram suam novit, quam illi, quia virtute indigent, frenare non possunt? Sed videlicet haec illum res fefellit, quia cum de virtute quaeritur, in quacumque contentione vincere putavit esse virtutis; nec videre ullo modo potuit, hominem dolori et irae succumbentem et iis affectibus indulgentem, quibus debet potius reluctari, et ruentem quacumque improbitas provocarit, virtutis officium non tenere. Qui enim referre iniuriam nititur, eum ipsum, a quo laesus est, gestit imitari. Ita, qui malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest. Duobus igitur verbis duas virtutes maximas bono et sapienti viro, innocentiam patientiamque, detraxit. Sed quia ipse caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio dictum refert [2]), exercuit, voluit quoque hominem canino modo vivere, ut remordeat lacessitus. Quae retributio contumeliae quam perniciosa sit, et quas edere soleat strages, unde opportunius petetur exemplum, quam ex ipsius praeceptoris tristissimo casu, qui dum his philosophorum praeceptis obtemperare gestit, ipse se perdidit [3])? Quodsi lacessitus iniuria patientiam tenuisset, si dissimulare, si ferre contumeliam boni viri esse didicisset, nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas [4]), impatientia, et levitas, et insania profudisset: numquam capite suo rostra, in quibus ante floruerat, cruentasset [5]), nec rempublicam funditus proscriptio illa delesset. Sapientis ergo ac boni viri non est velle certare ac se perículo committere, quoniam et vincere non est in nostra potestate, et est anceps omne certamen: sed est sapientis atque optimi viri, non adversarium velle tollere, quod fieri sine scelere ac periculo non potest, sed certamen ipsum, quod fieri et utiliter et iuste potest. Summa igitur virtus habenda patientia est, quam ut caperet homo iustus, voluit illum deus, ut supra dictum est, pro inerte contemni. Nisi enim contumeliis fuerit affectus, quantum habeat fortitudinis in se ipso cohibendo, ignorabitur. Si autem lacessitus iniuria, laedentem persequi coeperit, victus est; si vero motum illum ratione compresserit, hic plane imperat sibi, hic regere se potest. Quae sustentatio sui [1]) recte patientia nominatur, quae una virtus omnibus est opposita vitiis et affectibus. Haec perturbatum ac fluctuantem animum ad tranquillitatem suam revocat, haec mitigat, haec hominem sibi reddit. Ergo quoniam naturae repugnare impossibile est et inutile, ut non commoveamur omnino; prius tamen quam commotio illa prosiliat ad nocendum, quod fieri potest, maturius sopiatur. Praecepit deus non occidere solem super iram nostram, ne furoris nostri testis abscedat. Denique M. Tullius contra suum praeceptum, de quo paulo ante dixi, oblivionem iniuriarum in magnis laudibus posuit. Spero, inquit [2]), Caesar, qui oblivisci nihil soles, nisi iniurias. Quodsi hoc ille faciebat, homo non a caelesti tantum, sed a publica quoque civilique iustitia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis velut candidati [3]) sumus?

Cap. 19. Stoicis, cum affectus ex homine, tamquam morbos conantur evellere, Peripatetici se opponunt, eosque non modo retinent, sed etiam defendunt, nihilque in homine esse dicunt, quod non magna ratione ac providentia sit innatum. Recte id quidem, si singularum rerum veros terminos scirent. Itaque hanc ipsam iram eotem dicunt esse virtutis, tamquam [4]) nemo possit adversus hostem fortiter dimicare, nisi fuerit ira concitatus. Quo plane ostendunt, nec quid sit virtus scire se, nec cur homini tribuerit iram deus. Quae si nobis ideo data est, ut ea utamur ad occidendos homines, quid immanius homine, quid similius feris beluis existimandum est, quam id animal, quod ad communionem et innocentiam deus fecit? Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora praecipites agunt: ira, cupiditas, libido. Propterea poëtae tres furias esse dixerunt, quae mentes hominum exagitent; ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. Sed his omnibus deus certos limites statuit; quos si transcederint maioresque esse coeperint, necesse est naturam suam depravent et in morbos ac vitia vertantur. Qui autem sint isti limites,

[1]) de offic. 3. 5. 25.

[2]) Цитатъ изъ недошедшаго до насъ сочиненія Саллюстія. Appius есть Appius Claudius Pulcher, cos. 700 U., бывшій то другомъ, то антагонистомъ Цицерона. «Собачье краснорѣчіе» Аппій приписывалъ Цицерону вѣроятно за страстность, съ которою тотъ нападалъ на своихъ противниковъ.

[3]) Извѣстно, что одною изъ главныхъ причинъ гибели Цицерона было озлобленіе противъ него Антонія, возбужденное нападками оратора, заключавшимися въ его Филиппикахъ.

[4]) orationes Philippicae XIV, озаглавленныя такъ въ подражаніе Димосѳену, хотя и были направлены не противъ Филиппа, а противъ Антонія.

[5]) Голова и правая рука Цицерона были выставлены на форумѣ, на ораторской каѳедрѣ (rostra).

[1]) sustentatio sui = сдержанность, самообузданіе.

[2]) pro Ligario 12.

[3]) immortalitatis candidati сказано такъ же, какъ у Кипріана дѣвы зовутся integritatis et pudoris candidatae, и у Тертулліана люди погибшіе—candidati diaboli.

[4]) = quasi vero.

non est magni laboris ostendere. Cupiditas ad ea comparanda nobis data est, quae sunt ad vitam necessaria; libido ad sobolem propagandam; irae affectus ad coërcenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate, id est, ut arctiore disciplina minor aetas ad probitatem iustitiamque formetur: quae nisi metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quae ad omne flagitium et facinus evadet. Itaque ut ira uti adversum minores et iustum est, et necessarium, sic adversum pares et perniciosum est, et impium. Impium, quod violatur humanitas; perniciosum, quod illis repugnantibus aut perdere necesse est, aut perire. Hanc autem, quam dixi esse rationem, cur homini sit irae affectus datus, ex ipsius dei praeceptis intellegi potest, qui iubet, uti maledicis et laedentibus non irascamur, manus autem nostras supra minores semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos assiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili et indulgentia nimia educentur ad malum et ad vitia nutriantur. Sed rerum imperiti et rationis ignari eos affectus, qui sunt homini ad usus bonos dati, exterminaverunt [1]), et latius, quam ratio postulat, evagantur. Inde iniuste atque impie vivitur. Utuntur ira contra pares: hinc discidia, hinc expulsiones, hinc bella contra iustitiam nata sunt. Utuntur cupiditate ad congerendas opes: hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia scelerum genera exorta sunt. Utuntur libidine ad capiendas tantum voluptates: hinc stupra, hinc adulteria, hinc corruptelae omnes exstiterunt. Quicumque igitur illos affectus intra fines suos redegerit, quod ignorantes deum facere non possunt, hic patiens, hic fortis, hic iustus est.

Cap. 20. Restat, ut contra quinque sensuum voluptates dicam breviter: nam et ipsius libri mensura iam modum flagitat; quae omnes, quoniam vitiosae ac mortiferae sunt, virtute superari atque opprimi debent, vel, quod paulo ante dicebam de affectibus, ad rationem suam revocari. Ceterae animantes praeter unam voluptatem, quae ad generandum pertinet, nullam sentiunt. Utuntur ergo sensibus ad naturae suae necessitatem; vident, ut appetant ea, quibus opus est ad vitam tuendam; audiunt invicem seque dignoscunt, ut possint, congregari; quae utilia sunt ad victum, aut ex odore inveniunt, aut ex sapore percipiunt; inutilia respuunt ac recusant; edendi ac bibendi officium ventris plenitudine metiuntur. Homini vero sollertissimi artificis providentia dedit voluptatem infinitam et in vitium cadentem, quia proposuit ei virtutem, quae cum voluptate semper, tamquam cum domestico hoste [2]), pugnaret. Cicero in Catone maiore [3]): Stupra vero, inquit, et adulteria, et omne flagitium nullis excitari aliis illecebris, nisi voluptatis. Cumque homini sive natura, sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac bono nihil tam

[1]) exterminare здѣсь: ultra iustos terminos proferre, что видно изъ слѣдующаго evagantur.
[2]) domesticus hostis противополагается externus.
[3]) Cic. de senectute, 12.

inimicum, quam voluptatem. Nec enim libidine dominante, temperantiae locum esse; neque in voluptatis regno virtutem posse consistere: sed e contrario deus idcirco virtutem dedit, ut expugnaret ac vinceret voluptatem eamque egredientem fines sibi datos, intra praescriptum coërceret, ne hominem suavitatibus delinitum atque captum, ditioni suae subiiceret ac sempiterna morte multaret. Voluptas oculorum varia est et multiplex, quae capitur ex aspectu rerum, quae sunt in usu hominum vel natura vel opere delectabiles. Hanc philosophi rectissime sustulerunt. Aiunt enim multo esse praeclarius et homine dignius, caelum potius, quam caelata intueri, et hoc pulcherrimum opus intermicantibus astrorum luminibus, tamquam floribus adornatum, quam picta, et ficta, et gemmis distincta mirari. Sed cum diserte ad contemptum terrestrium nos exhortati sunt et ad caeli spectaculum excitaverunt, tamen spectacula haec publica non contemnunt. Itaque his et delectantur, et libenter intersunt; quae, quoniam maxima sunt irritamenta vitiorum, et ad corrumpendos animos potentissime valent, tollenda sunt nobis, quia non modo ad beatam vitam nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum. Nam qui hominem, quamvis ob merita damnatum, in conspectu suo iugulari [1]) pro voluptate computat, conscientiam suam polluit, tam scilicet, quam si homicidii, quod fit occulte, spectator et particeps fiat. Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus secessit humanitas, ut cum animas hominum interficiant, ludere se opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent. Quaero nunc, an possint pii et iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed et flagitant [2]), feruntque ad mortem crudelia et inhumana suffragia, nec vulneribus satiati, nec cruore contenti; quin etiam percussos iacentesque repeti [3]) iubent, et cadavera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter e duobus alter occisus est, et tamquam humanum sanguinem sitiant, oderunt moras. Alios illis compares dari poscunt recentiores [4]), ut quam primum oculos suos satient. Hac consuetudine imbuti, humanitatem perdiderunt. Itaque non parcunt etiam innocentibus, sed exercent in omnes, quod in malorum trucidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidii socios et participes esse non convenit eos, qui iustitiae viam tenere nituntur. Non enim, cum occidere deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet; sed ea quoque ne fiant

[1]) Въ амфитеатрахъ нерѣдко происходили бои преступниковъ, осужденныхъ на смертную казнь.
[2]) Гладіаторъ, поваливъ своего противника, прежде чѣмъ нанести ему смертельный ударъ, ожидалъ на это приказанія зрителей, при чемъ павшій могъ молить о пощадѣ.
[3]) repetere, поразить вторично.
[4]) = nondum fatigatos, integros.

monet, quae apud homines pro licitis habentur. Ita neque militare iusto licebit, cuius militia est ipsa iustitia; neque vero accusare quemquam crimine capitali, quia nihil distat, utrumne verbo, an ferro potius occidas, quoniam occisio ipsa prohibetur. Itaque in hoc dei praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem deus sanctum [1]) animal esse voluit. Ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet, ut recens natos liceat oblidere [2]), quae vel maxima est impietas; ad vitam enim deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, ne quod sit facinus, quo manus suas non polluant, rudibus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem non a se datam. Exspectet vero aliquis, ut alieno sanguini parcant, qui non parcunt suo. Sed hi sine ulla controversia scelerati et iniusti; quid illi, quos falsa pietas cogit exponere [3])? Num possunt innocentes existimari, qui viscera sua [4]) in praedam canibus obiiciunt, et quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent? Quis dubitet, quin impius sit, qui alienae misericordiae locum tribuit? Qui, etiamsi contingat ei, quod voluit, ut alatur, addixit certe sanguinem suum vel ad servitutem, vel ad lupanar. Quae autem possint, vel soleant accidere in utroque sexu vel per errorem, quis non intellegit? quis ignorat? Quod vel unius Oedipodis declarat exemplum, duplici scelere [5]) confusum. Tam igitur nefarium est exponere, quam necare. At enim parricidae facultatum angustias conqueruntur nec se pluribus liberis educandis sufficere posse praetendunt; quasi vero aut facultates in potestate sint possidentium, aut non quotidie deus ex divitibus pauperes, et ex pauperibus divites faciat. Quare si quis liberos ob pauperiem non poterit educare satius est, ut se ab uxoris congressione contineat, quam sceleratis manibus dei opera corrumpat. Ergo si homicidium facere nullo modo licet, nec interesse omnino conceditur, ne conscientiam perfundat ullus cruor, siquidem populo sanguis ille praestatur [6]). In scenis quoque nescio an sit corruptela vitiosior. Nam et comicae fabulae de stupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum [7]), et quo magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent, et facilius inhaerent audientium memoriae ver-

[1]) = non violandum.
[2]) Указывается на обычай умерщвлять новорожденныхъ дѣтей, отличавшихся какимъ либо уродствомъ.
[3]) exponere указываетъ на обычай, по которому всякое новорожденное дитя, которое отецъ не хотѣлъ воспитывать (tollere, suscipere), выставлялось на улицѣ, подвергалось всякимъ случайностямъ. Falsa pietas у Лактанція объясняется тѣмъ, что мотивомъ такого выставленія ребенка онъ признаетъ невозможность отца прокормить свое дитя и вслѣдствіе сего желаніе ему лучшей участи.
[4]) = liberos suos; сл. σπλάγχνα.
[5]) отцеубійствомъ и кровосмѣшеніемъ.
[6]) = caedes fit populo ad eum oblectandum.
[7]) женскія личности, выводившіяся въ комедіяхъ, были обыкновенно гетеры.

sus numerosi [1]) et ornati. Item tragicae historiae subiiciunt oculis parricidia et incesta regum malorum et cothurnata [2]) scelera demonstrant. Histrionum quoque impudicissimi motus [3]) quid aliud, nisi libidines et docent et instigant? quorum enervata corpora et in muliebrem incessum habitumque mollita, impudicas feminas [4]) inhonestis gestibus mentiuntur. Quid de mimis [5]) loquar corruptelarum praeferentibus disciplinam, qui docent adulteria, dum fingunt et simulatis erudiunt ad vera? Quid iuvenes aut virgines faciant, cum haec et fieri sine pudore et spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique, quid facere possint, et inflammantur libidine, quae aspectu maxime concitatur; ac se quisque pro sexu in illis imaginibus praefigurat [6]), probantque illa, dum rident, et adhaerentibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertuntur: nec pueri modo, quos praematuris vitiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet. Circensium quoque ludorum [7]) ratio quid aliud habet, nisi levitatem, vanitatem, insaniam? Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut iam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, cum exclamare, et efferri, et exsilire coeperint. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus insidat, quae sedata et pacifica esse debent; sed ne cuius nos voluptatis consuetudo deliniat et a deo atque a bonis operibus avertat. Nam ludorum celebrationes deorum festa sunt, siquidem ob natales eorum [8]) vel templorum novorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem venationes [9]), quae vocantur munera, Saturno sunt attributae; ludi autem scenici Libero [10]); circenses vero Neptuno [11]). Paulatim tamen et ceteris diis idem honos tribui coepit, singulique ludi nominibus eorum consecrati sunt, sicut Sinnius Capito in libris spectaculorum docet [12]). Si quis igitur spectaculis interest, ad quae religionis gratia convenitur, discessit a dei cultu et ad deos se contulit, quorum natales et festa celebravit.

[1]) numerosi, мелодическіе.
[2]) cothurnata = tragica, отъ κόθορνος, башмака съ высокой подошвой, надѣвавшагося трагическими актерами.
[3]) Безнравственность гистріоновъ или актеровъ служила предметомъ постоянныхъ жалобъ и нерѣдко преслѣдовалась, но безуспѣшно.
[4]) Женскія роли въ древнихъ пьесахъ исполнялись обыкновенно мужчинами.
[5]) mimi, актеры, участвовавшіе въ комическихъ представленіяхъ того же имени, отличавшихся крайнею безнравственностью.
[6]) т. е. каждый, мужчина ли или женщина (pro sexu), видитъ въ этихъ сценахъ какъ бы свое собственное изображеніе.
[7]) ludi circenses, игры въ циркѣ, состоявшія изъ конныхъ ристалищъ.
[8]) natales deorum назывались дни, въ которые воспоминалось введеніе въ римскую религію культа того или другаго божества.
[9]) venationes, происходившія въ циркѣ и составлявшія часть игръ. Онѣ, подобно прочимъ представленіямъ, дававшимся для увеселенія народа лицами, искавшими его благосклонности, звались munera.
[10]) происхожденіе театральныхъ представленій изъ культа Діониса (Liber) общеизвѣстно.
[11]) по легендѣ установлены въ честь Consus-Neptunus equester. Liv. 1. 9.
[12]) Sinnius Capito, грамматикъ и антикваръ времени Августа.

Cap. 21. Aurium voluptas ex vocum et cantuum suavitate percipitur, quae scilicet tam vitiosa est, quam oblectatio illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum, qui scenicas artes domi habeat? Atquin nihil refert, utrumne luxuriam solus domi, an cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spectaculis dictum est; restat unum, quod est nobis expugnandum, ne capiamur iis, quae ad sensum intimum penetrant. Nam illa omnia, quae verbis carent, id est aëris ac nervorum suaves soni. possunt facile contemni, quia non adhaerent nec scribi possunt. Carmen autem compositum et oratio cum suavitate decipiens capit mentes et quo voluerit impellit. Inde homines litterati cum ad religionem dei accesserint, ab aliquo imperito doctore fundati [1]), minus credunt. Assueti enim dulcibus et politis sive orationibus, sive carminibus, divinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim quaerunt, quod sensum demulceat. Persuadet autem quicquid suave est et animo penitus, dum delectat, insidit. Num igitur deus et mentis, et vocis, et linguae artifex diserte loqui non potest? Imo vero summa providentia carere fuco [2]) voluit ea, quae divina sunt, ut omnes intellegerent, quae ipse omnibus loquebatur. Ergo qui veritati studet, qui non vult se ipse decipere, abiiciat inimicas ac noxias voluptates, quae animam sibi vinciant, ut corpus cibi dulces; praeferantur vera falsis, aeterna brevibus, utilia iucundis. Nihil aspectu gratum sit, nisi, quod pie, quod iuste fieri videas; nihil auditu suave, nisi quod alit animam melioremque te reddit: maximeque hic sensus non est ad vitium detorquendus, qui nobis ideo datus est, ut doctrinam dei percipere possemus. Itaque si voluptas est audire cantus et carmina, dei laudes canere et audire iucundum sit. Haec est voluptas vera, quae comes est et socia virtutis: haec est non caduca et brevis, ut illae, quas appetunt, qui corpori, ut pecudes, serviunt; sed perpetua et sine ulla intermissione delectans. Cuius terminos si quis excesserit, nihilque aliud ex voluptate petierit, nisi ipsam voluptatem, hic mortem meditatur, quia sicut vita perpetua in virtute est, ita mors in voluptate. Qui enim temporalia maluerit, carebit aeternis; qui terrena praetulerit, caelestia non habebit.

Cap. 22. Ad voluptates autem saporis et odoris, qui duo sensus ad solum corpus pertinent, nihil est quod a nobis disputetur, nisi forte quis exigit, ut dicamus, turpe esse sapienti ac bono, si ventri et gulae serviat; si unguentis oblitus ac floribus coronatus incedat: quae qui facit, utique insipiens, et ineptus, et nihili est, et quem ne odor quidem virtutis attigerit. Fortasse quispiam dixerit: cur ergo illa facta sunt, nisi ut iis fruamur? At enim saepe iam

[1]) сл. Cyprian. ep. XXVI. dominica lectione fundatus.
[2]) fucus = ornamenta oratoria.

dictum est, virtutem nullam futuram fuisse, nisi haberet, quae opprimeret. Itaque fecit omnia deus ad instruendum certamen rerum duarum. Ergo illecebrae istae voluptatum arma sunt illius, cuius unum opus est, expugnare virtutem iustitiamque ab hominibus excludere. His blandimentis et suavitatibus titillat animas; scit enim, quia mortis est fabricatrix voluptas. Nam sicut deus hominem ad vitam non nisi per virtutem ac laborem vocat, ita ille ad mortem per delicias ac voluptates; et sicut ad verum bonum per fallacia mala, sic ad verum malum per fallacia bona pervenitur. Cavenda sunt igitur oblectamenta ista, tamquam laquei et plagae, ne suavitudinum mollitie capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipavimus.

Cap. 24. Nec tamen deficiat aliquis, aut de se ipse desperet, si aut cupiditate victus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi coactus, ad iniustitiae viam lapsus est. Potest enim reduci ac liberari, si eum poeniteat actorum, et ad meliora conversus, satis deo faciat [1]). Quod fieri posse Cicero non putavit, cuius haec in Academico tertio verba sunt [2]): Quodsi liceret, ut iis, qui in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutis corrigere errorem poenitendo, facilior esset emendatio temeritatis. Licet plane. Nam si liberos nostros, cum delictorum suorum cernimus poenitere, correctos esse arbitramur, et abdicatos abiectosque rursus tamen suscipimus, fovemus, amplectimur: cur desperemus, clementiam dei patris poenitendo posse placari? Ergo idem dominus ac parens indulgentissimus remissurum se poenitentibus peccata promittit et oblitteraturum omnes iniquitates eius, qui iustitiam denuo coeperit operari. Sicut enim nihil prodest male viventi ante actae vitae probitas, quia superveniens nequitia iustitiae opera delevit, ita nihil officiunt peccata vetera correcto, quia superveniens iustitia labem vitae prioris abolevit. Quem enim facti sui poenitet, errorem suum pristinum intellegit; ideoque Graeci melius et significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos latine possumus resipiscentiam dicere. Resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget; castigatque se ipsum dementiae et confirmat animum suum ad rectius vivendum; tum illud ipsum maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos induatur. Denique muta quoque animalia, cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam extricaverint, fiunt postmodum cautiora vitantque semper ea omnia, in quibus dolos insidiasque senserunt. Sic hominem poenitentia cautum ac diligentem facit ad evitanda peccata, in quae semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et idcirco deus, imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina poeniten-

[1]) sc. per poenitentiam.
[2]) Academica Цицерона, въ IV книгахъ, дошли до насъ въ отрывкахъ.

tiae subveniret. Ergo quicumque aberraverit, referat pedem, seque quam primum recipiat ac reformet.

Sed revocare [1]) gradum superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Degustatis enim male iucundis voluptatibus, vix divelli ab his possunt; facilius recta sequerentur, si earum suavitates non attigissent. Sed si eripiant se malae servituti, condonabitur his omnis error, si errorem suum vita meliore correxerint. Nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscium non habebit: scit ille omnia, in cuius conspectu vivimus; nec si universos homines celare possumus, deum possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Exhortationes suas Seneca [2]) mirabili sententia terminavit. Magnum, inquit, nescio quid maiusque, quam cogitari potest, numen est, cui vivendo operam damus. Huic nos approbemus. Nam nihil prodest inclusam esse conscientiam: patemus deo. Quid verius dici potest ab eo, qui deum nosset, quam dictum est ab homine verae religionis ignaro? Nam et maiestatem dei expressit, maiorem esse dicendo, quam ut eam cogitatio mentis humanae capere posset; et ipsum veritatis attigit fontem, sentiendo, vitam hominum supervacuam non esse, ut Epicurei volunt, sed deo ab his operam vivendo dari, siquidem iuste ac pie vixerint. Potuit esse verus dei cultor, si quis illi monstrasset; ac contempsisset profecto Zenonem [3]) et magistrum suum Sotionem [4]), si verae sapientiae ducem nactus esset. Huic nos, inquit, approbemus. Caelestis prorsus oratio, nisi antecederet ignorantiae confessio. Nihil prodest inclusam esse conscientiam: patemus deo. Nullus ergo mendacio, nullus dissimulationi locus est, quia parietibus oculi hominum summoventur, dei autem divinitas nec visceribus summoveri potest, quominus totum hominem perspiciat et norit. Idem in eiusdem operis primo: Quid agis? inquit, quid machinaris? quid abscondis? Custos te tuus sequitur; alium tibi peregrinatio subduxit, alium mors, alium valetudo: haeret hic, quo carere numquam potes. Quid locum abditum legis, et arbitrum removes? Puta, tibi contigisse, ut oculos omnium effugias, demens! Quid tibi prodest non habere conscium, habenti conscientiam? Non minus mirabiliter de conscientia et deo Tullius [5]). Meminerit, inquit, deum se habere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit deus ipse divinius. Item cum de iusto ac bono viro loqueretur [6]): Itaque

[1]) Vergil. Aen. 6. 128.
[2]) Exhortationes Сенеки-сына, знаменитаго философа, до насъ не дошли.
[3]) Zenon, Ζήνων, изъ Citium на Кипрѣ, ок. 300 г. до Р. Х., основатель стоической школы.
[4]) Sotion, Σωτίων, изъ Александріи, въ 1 в. по Р. Х., перипатетикъ, учитель Сенеки.
[5]) de offic. 3, 10, 44.
[6]) ibid. 3, 19, 77.

talis vir, inquit, non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat praedicare. Purgemus igitur conscientiam, quae oculis dei pervia est et; ut ait idem [1]), semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur, putemusque nos momentis omnibus non in aliquo, ut ille dixit [2]), orbis terrae theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qui et iudex, et testis ipse futurus est, cui rationem vitae reposcenti, actus suos infitiari non licebit. Ergo satius est aut effugere conscientiam, aut nos ipsos ultro aperire animum et perniciem rescissis [3]) vulneribus effundere: quibus nemo alius mederi potest, nisi solus ille, qui gressum claudis, visum caecis reddidit, maculata membra purgavit, mortuos excitavit. Ille ardorem cupiditatis exstinguet, exstirpabit libidines, invidiam detrahet, iram mitigabit; ille reddet veram et perpetuam sanitatem. Appetenda est haec omnibus medicina, quoniam maiori periculo vexatur anima, quam corpus, et quam primum latentibus morbis adhibenda curatio est. Neque enim si utatur aliquis oculorum acie clara, membris omnibus integris, firmissima totius corporis valetudine, tamen eum dixerim sanum, si efferatur ira, superbia tumidus infletur, libidini serviat, cupiditatibus inardescat; sed eum potius, qui ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur, nihil omnino appetat, non concupiscat alienum, non invideat ulli, non fastidiat quemquam; sit humilis, misericors, beneficus, mitis, humanus; pax in animo eius perpetua versetur. Ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igitur his omnibus praeceptis caelestibus obtemperaverit, hic cultor est veri dei, cuius sacrificia sunt mansuetudo animi, et vita innocens, et actus boni. Quae omnia qui exhibet, totiens sacrificat, quotiens bonum aliquid ac pium fecerit. Deus enim non desiderat victimam neque muti animalis, neque mortis ac sanguinis, sed hominis et vitae. Ad quod sacrificium neque verbenis [4]) opus est, neque fibris [5]), neque cespitibus [6]), quae sunt utique vanissima, sed iis, quae de intimo pectore proferuntur. Itaque in aram dei, quae vere maxima est [7]) et quae in corde hominis collocata, inquinari non potest sanguine, iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia. Hic est verissimus ritus, haec illa lex dei, ut a Cicerone dictum est, praeclara et divina, semper quae recta et honesta iubet, vetat prava et turpia; cui parentem sanctissimae ac certissimae legi, iuste ac legitime necesse est vivere. Cuius

[1]) in Verrem Act. II, 2, 11.
[2]) ibid. 5, 11.
[3]) = renovatis.
[4]) verbena (= herbena), священная трава, употреблявшаяся для украшенія алтарей, жертвенныхъ животныхъ, изображеній боговъ и т. п.
[5]) fibrae здѣсь въ общемъ значеніи внутренностей жертвенныхъ животныхъ, сожигавшихся на алтаряхъ.
[6]) изъ дерну нерѣдко дѣлались жертвенники.
[7]) намекъ на Ara Maxima въ Римѣ, посвященный Геркулесу.

legis pauca equidem capita posui, quod sum pollicitus, ea me tantummodo esse dicturum, quae summum fastigium virtuti et iustitiae imponerent. Si quis volet cetera omnia comprehendere, ex fonte ipso petat, unde ad nos rivus iste manavit.

Cap. 25. Nunc de sacrificio ipso pauca dicamus. Ebur, inquit Plato [1]), non castum donum deo. Quid ergo? picta scilicet et texta pretiosa? imo vero non castum donum deo, quicquid corrumpi, quicquid surripi potest. Sed sicut hoc vidit, non oportere viventi offerri aliquid, quod sit ex mortuo corpore, cur illud non vidit, non debere incorporali corporale munus offerri? Quanto melius Seneca [2]) et verius? Vultisne vos, inquit, deum cogitare magnum, et placidum, et maiestate leni verendum amicum, et semper in proximo [3]) non immolationibus et sanguine multo colendum: quae enim ex trucidatione immerentium voluptas est? sed mente pura, bono honestoque proposito? Non templa illi congestis in altitudinem saxis exstruenda sunt; in suo cuique consecrandus est pectore. Vestes igitur, et gemmas, et cetera, quae habentur in pretio, si quis putat deo cara, is plane, quid sit deus, nescit; cui putat voluptati esse eas res, quas etiam homo si contempserit, iure laudabitur. Quid ergo castum, quid deo dignum, nisi quod ipse in illa divina lege sua poposcit? Duo sunt, quae offerri debeant, donum et sacrificium: donum in perpetuum, sacrificium ad tempus. Verum apud istos, qui nullo modo rationem divinitatis intellegunt, donum est, quicquid auro argentoque fabricatur, item quicquid purpura et serico texitur: sacrificium est victima et quaecumque in ara cremantur. Sed utroque non utitur deus, quia et ipse incorruptus est, et illud totum corruptibile. Itaque deo utrumque incorporale offerendum est, quo utitur. Donum est integritas animi, sacrificium laus et hymnus. Si enim deus non videtur, ergo his rebus coli debet, quae non videntur. Nulla igitur alia religio est vera, nisi quae virtute ac iustitia constat. Quomodo autem deus iustitia hominis utatur, intellectu facile est. Si enim iustus fuerit homo, accepta immortalitate, in aeternum deo serviet. Homines autem non nisi ad iustitiam nasci, cum philosophi veteres, tum etiam Cicero suspicatur. Disserens enim de legibus [4]): Sed omnium, inquit, quae in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intellegi, nos ad iustitiam esse natos. Id ergo solum deo exhibere atque offerre debemus, ad quod capiendum nos ipse generavit. Hoc autem duplex sacrificii genus quam sit verissimum, Trismegistus Hermes [5]) idoneus testis est, qui nobiscum, id est cum prophetis, quos sequimur, tam re, quam verbis congruit.

[1]) Νόμοι XII, p. 956. Ἐλέφας.... οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα.
[2]) въ недошедшемъ до насъ сочиненіи.
[3]) = proximum.
[4]) de legib. 1. 10. 28.
[5]) см. V. 14.

De iustitia sic locutus est: Hoc verbum, o fili, adora et cole. Cultus autem dei unus est, malum non esse [1]). Item in illo sermone perfecto, cum exaudisset Asclepium quaerentem a filio suo, utrum placeret patri eius proferri thus et alios odores ad sacrificium dei, exclamavit: Bene, bene ominare, o Asclepi. Est enim maxima impietas, tale quid de uno illo ac singulari bono in animum inducere. Haec et his similia huic non conveniunt. Omnium enim quaecumque sunt, plenus est, et omnium minime indigens. Nos vero gratias agentes adoremus. Huius enim sacrificium sola benedictio. Et recte. Verbo enim sacrificari oportet deo, siquidem deus verbum est, ut ipse confessus est. Summus igitur colendi dei ritus est ex ore iusti hominis ad deum directa laudatio, quae tamen ipsa ut deo sit accepta, et humilitate, et timore, et devotione maxima opus est, ne quis forte integritatis et innocentiae fiduciam gerens, tumoris et arrogantiae crimen incurrat eoque facto gratiam virtutis amittat. Sed ut sit deo carus omnique macula careat, misericordiam dei semper imploret nihilque aliud precetur, nisi peccatis suis veniam, licet nulla sint. Si quid aliud desideraverit, non est opus dicto scienti, quid velimus; si quid ei boni evenerit, gratias agat; si quid mali, satisfaciat [2]) et id sibi ob peccata sua evenisse fateatur; et nihilo minus etiam in malis gratias agat, et in bonis satisfaciat, ut idem sit semper, et stabilis, et immutabilis, et inconcussus. Nec tantum hoc in templo putet sibi esse faciendum, sed et domi, et in ipso etiam cubili suo. Secum denique habeat deum semper in corde suo consecratum, quoniam ipse est dei templum. Quodsi deo, patri ac domino, hac assiduitate, hoc obsequio, hac devotione servierit, consummata et perfecta iustitia est, quam qui tenuerit, hic, ut ante testati sumus, deo paruit, hic religioni atque officio suo satisfecit.

[1]) Hermes Poemand. 1. 12. τοῦτον τὸν λόγον, ὦ τέκνον, προσκύνει καὶ θρήσκευε. θρησκεία δὲ τοῦ θεοῦ μία ἐστί, μὴ εἶναι κακόν.
[2]) satisfaciat sc. deo, въ см. просить прощенія, каяться.

VI.

Папа Дамасъ.

Изъ различныхъ произведеній Дамаса, бывшаго епископомъ Рима съ 366 по 384 годъ и причисленнаго римскою церковью къ лику святыхъ, важны съ историко-литературной точки зрѣнія его стихотворенія, первые опыты латинской христіанской поэзіи. Они представляютъ два рода произведеній, разработывавшихся и впослѣдствіи преимущественно передъ другими: эпитафіи или елогіи и гимны. Первыхъ дошло отъ Дамаса гораздо больше, чѣмъ послѣднихъ, и дошло двоякимъ путемъ: рукописнымъ и лапидарнымъ—на камняхъ. Эти эпитафіи и елогіи представляютъ, преимущественно въ формѣ дактилическаго стиха, краткія надгробія, посвященныя или воспоминанію недавно умершихъ благочестивыхъ личностей (напр. родственниковъ сочинителя) или прославленію Святыхъ, преимущественно мучениковъ. Содержаніе всѣхъ этихъ стихотвореній важно съ историко-культурной точки зрѣнія, но не менѣе любопытны они и по формѣ: въ ней видимъ мы зачатки тѣхъ явленій, которыя впослѣдствіи стали отличительными особенностями латинской средневѣковой поэзіи, преимущественно зачатки риомы; кромѣ того въ нихъ замѣтны и просодическія вольности.

Лучшія изданія Дамаса: Merenda Rom. 1754 и Migne Patrolog. T. XIII.

О Дамасѣ: Hölscher De Damasi et Hilarii hymnis sacris Monasterii 1858. A. Couret De Damasi carminibus Grenoble 1870 и de Rossi La Roma sotterranea Cristiana. T. I, II и III и Inscriptiones christianae urbis Romae. Vol. I.

1.

De cognomentis Salvatoris.

Spes, Vita, Salus, Ratio, Sapientia, Lumen [1]),
Iudex, Porta, Gigas, Rex, Gemma, Propheta, Sacerdos,
Messias, Sabaoth, Rabbi, Sponsus, Mediator,
Virga, Columna, Manus, Petra, Filius, Emmanuelque,
Vinea, Pastor, Ovis, Pax, Radix, Vitis, Oliva,
Fons, Paries, Agnus, Vitulus, Leo, Propitiator,
Verbum, Homo, Rete, Lapis, Domus, Omnia, Christus, Iesus [2]).

2.

De S. Tarsicio [3]).

Par meritum quicumque legis cognosce duorum,
Quis Damasus Rector [4]) titulos post praemia [5]) reddit.
Iudaicus populus, Stephanum meliora monentem
Perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum.
Martyrium primus rapuit levita [6]) fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta [7]) gerentem,
Cum male sana manus peteret vulgare profanis,
Ipse animam potius voluit dimittere caesus,
Prodere quam canibus rabidis caelestia membra [8]).

---

[1]) Въ этомъ стихѣ не хватаетъ одного слога.
[2]) Iesus—per diaeresin трехсложное.
[3]) Римск. Мартирол. подъ 15 Авг.: Romae via Appia sancti Tarsicii acolythi, quem pagani cum invenissent corporis Christi sacramenta portantem, coeperun disquirere quid gereret; at ille indignum iudicans porcis prodere margaritas, tamdiu ab illis mactatus est fustibus et lapidibus, donec exhalaret spiritum, et revot luto eius corpore sacrilegi discussores (= percussores) nihil sacramentum Christi in manibus aut in vestibus invenerunt, Christiani autem corpus martyris collegerunt et in coemeterio Callisti honorifice sepelierunt.
[4]) = episcopus.
[5]) = praemia, та награда, которую они получили въ своей мученической кончинѣ.
[6]) = diaconus.
[7]) Тѣло Христово.
[8]) sc. Christi.

3.

De SS. Marcellino et Petro [1]).

Marcelline tuos, pariter Petre, nasce triumphos,
Percussor retulit Damaso mihi cum puer essem,
Haec sibi carnificem [2]) rabidum mandata dedisse,
Sentibus in mediis vestra ut tunc colla secaret,
Nec tumulum vestrum quisquam cognoscere posset;
Vos alacres vestris manibus mundasse sepulcra [3]),
Candidulo [4]) occulte postquam iacuistis [5]) in antro,
Postea commonitam vestra pietate Lucillam [6]),
Hic [7]) placuisse [8]) magis sanctissima condere membra.

4.

De sepulcro suo.

Vixit. an. XVI. [9]) M. X. Dies. XXV. Dep. [10]) III kal. Jan. Fl. Merobaude et Fl. Saturnin. Conss. [11])
Hic congesta iacet quaeris si turba piorum [12]),
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulcra,
Sublimes [13]) animas rapuit sibi regia caeli.

---

[1]) Римск. Мартирол. 2 Іюня: Romae natalis (память) sanctorum martirum Marcellini presbyteri et Petri exorcistae, qui multos in carcere ad fidem erudientes, sub Diocletiano post dira vincula et plurima tormenta a Sereno iudice decollati sunt in loco, qui dicebatur Silva Nigra, quae postea in honorem sanctorum commutato nomine Silva Candida appellata est. Horum corpora in crypta iuxta sanctum Tiburtium sepulta sunt, eorumque sepulcrum sanctus Damasus Papa versibus postea exornavit.

[2]) магистратъ, распоряжавшійся казнью.

[3]) мученики собственноручно очистили отъ кустарниковъ мѣсто для своей казни и погребенія.

[4]) намекъ на разсказъ Мартирологія о перемѣнѣ названія Silva Nigra на S. Candida.

[5]) впѣ зависимости отъ retulit; но въ слѣдующемъ: placuisse эта зависимость опять является.

[6]) знатная матрона.

[7]) въ криптѣ Тибурція, гдѣ и находилась эта надпись. Крипта же находилась на via Labicana, гдѣ Константиномъ В. была выстроена базилика въ честь Маркеллина и Петра.

[8]) placuisse sc. vobis. Конструкція: postquam iacuistis... placuisse vobis Lucillam... condere (= ut Lucilla conderet).

[9]) число невѣрное.

[10]) = depositus, въ см. погребенъ; срвн. depositio.

[11]) это консульство падаетъ на 383 г.

[12]) порядокъ: si quaeris, hic turba piorum iacet congesta. Pii = sancti, martyres. Hic указываетъ на катакомбы Каллиста по via Appia, украшенныя Дамасомъ.

[13]) перевод. нарѣчіемъ.

Hic comites Xysti [1]) portant qui ex hoste tropaea,
Hic numerus procerum [2]) servat qui altaria Christi,
Hic positus longa vixit qui in pace sacerdos [3]);
Hic confessores sancti quos Graecia misit [4]);
Hic iuvenes, puerique, senes, castique nepotes,
Quis mage [5]) virgineum placuit retinere pudorem.
Hic fateor Damasus volui mea condere membra [6]),
Sed cineres timui sanctos vexare piorum [7]).

5.

De fontibus [8]) Vaticanis.

Cingebant latices montem, teneroque meatu
Corpora multorum cineres atque ossa rigabant.
Non tulit hoc Damasus communi lege sepultos
Post requiem tristes iterum persolvere poenas.
Protinus aggressus magnum superare laborem,
Aggeris immensi deiecit culmina montis [9]);
Intima sollicite scrutatus viscera terrae,
Siccavit totum quicquid madefacerat humor,
Invenit fontem, praebet qui bona salutis,
Haec curavit Mercurius levita fidelis.

6.

De sancto Andrea [10]).

Decus sacrati nominis
Vitamque nomen [11]) exprimens,

---

[1]) Св. Сикстъ II. См. примѣч. къ Пруд. г. 2 ст. 22. Вмѣстѣ съ св. Сикстомъ пострадали многіе служители Церкви.

[2]) = episcoporum.

[3]) Папа Мильтіадъ или Мельхіадъ (311—314), въ епископство котораго Церковь пользовалась миромъ.

[4]) какіе это исповѣдники, неизвѣстно.

[5]) = quibus magis.

[6]) въ первые вѣка былъ распространенъ обычай хоронить усопшихъ возлѣ гробницъ Святыхъ.

[7]) Дамасъ былъ погребенъ на via Ardeatina, возлѣ своей матери и сестры.

[8]) источники, которые были въ Ватиканскихъ криптахъ и которые были соединены Дамасомъ въ одинъ бассейнъ, служившій купелью для крещенія.

[9]) = deiecit culmina aggeris, deiecit culmina montis.

[10]) О метрѣ, которымъ написанъ этотъ гимнъ, см. прим. къ гимн. Амвросія, 1.

[11]) Andreas, ἀνδρεῖος.

Hoc te decorum praedicat
Crucis beatae gloria.
Andrea, Christi apostole,
Hoc ipso iam vocabulo [1])
Decorus, idem mystice
Signaris isto nomine.
Quem crux ad alta provehit,
Crux quem beata diligit,
Cui crux amata praeparat
Lucis futurae gaudia.
In te crucis mysterium
Cluit gemello stigmate,
Dum probra vincis per crucem
Crucisque pandis sanguinem [2]).
Iam nos foveto languidos
Curamque nostri suscipe,
Quo per crucis victoriam
Caeli petamus patriam.

7.

De sancta Agatha [3]).

Martyris ecce dies Agathae
Virginis emicat eximiae,
Quo sibi Christus eam sociat
Et diadema duplex [4]) decorat.
Stirpe decens [5]), elegans specie,
Sed magis actibus atque fide,
Terrea prospera [6]) nil reputans,
Iussa Dei sibi corde ligans.

[1]) = названіе.
[2]) Смыслъ можетъ быть таковой: Таинство Креста обнаружено тобою двоякимъ образомъ: крестомъ ты побѣждаешь поношенія твоихъ мучителей и проповѣдуешь кровь (Христа), пролитую на крестѣ.
[3]) О метрѣ, которымъ написанъ этотъ гимнъ, см. Пруд. гимн. 3. Слѣдуетъ обратить вниманіе на начатки рнемовки въ этомъ гимнѣ. О мученицѣ Агаоіѣ Римскій Мартирологъ, подъ 5 февр.: Catanae in Sicilia natalis sanctae Agathae virginis et martyris, quae temporibus Decii imperatoris sub Quintiano iudice post alapas et carcerem, post eculeum et torsiones, post mamillarum abscissionem, post volutationem in testulis et carbonibus tandem in carcere Deum precando consummata est.
[4]) sc. virginitatis et martyrii.
[5]) = clara.
[6]) = земныя блага.

Fortior haec trucibusque viris
Exposuit sua membra flagris;
Pectore quam fuerit valido
Torta mamilla docet patulo.
Deliciae cui carcer erat,
Pastor ovem Petrus hanc recreat [1]),
Laetior inde magisque flagrans
Cuncta flagella cucurrit ovans [2]).
Ethnica turba rogum [3]) fugiens
Huius et ipsa meretur opem;
Quos fidei titulus decorat [4]),
His Venerem [5]) magis ipsa premat.
Iam renitens quasi sponsa polo
Pro miseris supplica Domino;
Sic sua festa coli faciat,
Se celebrantibus ut faveat.

[1]) явившійся ей въ темницѣ и исцѣлившій ея раны.
[2]) Здѣсь видятъ указаніе на мученіе, соотвѣтствовавшее нашему наказанію: прогнать сквозь строй. Currere flagella сказано такъ же, какъ у Cic. de finib. 2. 34. ambulare mare.
[3]) намекъ на чудо, совершенное мученицей, остановившей изверженіе Етны.
[4]) = qui fideles, Christiani sunt.
[5]) = libidinem.

VII.

Св. Амвросій.

Такъ какъ обстоятельства жизни Святителя общеизвѣстны, то здѣсь сообщаются лишь главныя данныя изъ его біографіи. Св. Амвросій былъ сынъ Амвросія, занимавшаго должность praefectus praetorio Galliarum, высшаго правителя Галлій, и родился вѣроятно въ Трирѣ между 335—340 г. Родъ Амвросія былъ знатенъ, такъ какъ въ числѣ его предковъ было не мало консуловъ и лицъ, занимавшихъ высшія должности; семейство его уже давно приняло христіанство. Въ ранней молодости лишившись отца, Амвросій вмѣстѣ съ матерью, братомъ своимъ Сатиромъ и сестрою Маркеллиной переселился въ Римъ, гдѣ получилъ блестящее образованіе, готовя себя къ карьерѣ государственнаго человѣка. Оно, въ соединеніи съ его рѣдкими способностями, выдвинуло его весьма скоро, и еще въ очень молодыхъ лѣтахъ (370) Амвросій былъ сдѣланъ префектомъ Лигуріи, занимавшей СВ. побережье Средиземнаго моря, съ главнымъ городомъ Медіоланомъ (Миланъ).

Въ 374 г. тамъ умеръ аріанскій епископъ Авксентій и выборъ ему преемника возбудилъ сильное волненіе между православными и аріанами, потребовавшее присутствія префекта. Поспѣшившій въ храмъ, гдѣ происходили выборы, Амвросій былъ единогласно избранъ епископомъ, не смотря на то, что былъ лишь оглашеннымъ. Сильно противился этому выбору самъ избранный, выставляя различныя причины своего отказа, но наконецъ, уступая общимъ просьбамъ и видя въ своемъ избраніи указаніе перста Божія, согласился; принявъ крещеніе отъ рукъ православнаго епископа, въ 8 дней Амвросій прошелъ степени клира и посвященъ былъ въ епископа. Принявъ этотъ санъ, Амвросій всецѣло предался своему новому призванію, стараясь и жизнію и образованіемъ оказаться вполнѣ его достойнымъ. Онъ роздалъ свое имущество бѣднымъ, помогая имъ непрестанно и впослѣдствіи; повинуясь обѣту воздержанія, онъ сдѣлался необычайно строгимъ къ самому себѣ, оставаясь доступнымъ и привѣтливымъ со всѣми, прибѣгавшими къ нему за помощью или совѣтомъ. Erat gaudens cum gaudentibus et flens cum flentibus, говоритъ про него его біографъ, указывая послѣдними словами на тѣхъ, кои слезами покаянія омывали передъ пастыремъ свои прегрѣшенія. Такимъ образомъ, Святитель былъ истиннымъ пастыремъ, призваннымъ къ этому служенію самимъ Богомъ. Не получивъ въ молодости богословскаго образованія, Амвросій ревностно принялся изучать Св. писаніе и отеческую литературу, при чемъ его руководителемъ былъ ученый пресвитеръ Симпликіанъ, его преемникъ на епископской каѳедрѣ. Съ особеннымъ вниманіемъ Амвросій изучалъ великихъ отцовъ и учителей Греческой церкви: Климента, Оригена, Дидима, Василія Великаго.

Изъ т. ск. внѣшнихъ явленій епископской дѣятельности Св. Амвросія слѣдуетъ отмѣтить прежде всего его борьбу съ аріанами, которые, не смотря на постановленіе Никейскаго собора, все еще были сильны, имѣя въ числѣ своихъ защитниковъ не мало лицъ могущественныхъ и вліятельныхъ. Амвросію удалось провести выборъ православнаго епископа въ Сирміумѣ, удалить двухъ аріанскихъ епископовъ и воспротивиться неоднократнымъ приказаніямъ уступить нѣкоторые православные храмы аріанамъ. Правда, на сторонѣ Святителя стояла горячо любившая его паства, но тѣмъ не менѣе для борьбы съ сильнымъ врагомъ требовалось въ борцѣ присутствіе необыкновенной душевной твердости. Съ такою же энергіей боролся Св. Амвросій и съ остатками язычества: онъ воспротивился осуществленію стремленій извѣстнаго ритора Симмаха, пытавшагося возстановить жертвенникъ богини Побѣды въ куріи, низверженный Констанціемъ и Граціаномъ.

И въ отношеніяхъ къ царствующимъ лицамъ Св. Амвросій сохранялъ надлежащую твердость характера, доказательствомъ чему служитъ отлученіе Амвросіемъ Ѳеодосія В. послѣ избіенія въ Ѳессалоникѣ въ 390 г.

Святитель скончался 4 апрѣля 397 г. Православная церковь чтитъ его память 7 декабря.

Литературная дѣятельность Св. Амвросія была также частью его епископскаго служенія, которое налагало на пастыря: officium docendi. Изъ этого-то «учительства» и вышло большинство произведеній Амвросія, число которыхъ до того значительно, что слѣдуетъ удивляться, какъ онъ находилъ время, среди своей многотрудной дѣятельности, предаваться и занятію литературой. Большинство его произведеній суть «бесѣды», sermones, дѣйствительно произнесенныя и впослѣдствіи изданныя съ раздѣленіемъ на книги. Въ основаніи ихъ лежитъ обыкновенно изъясненіе Св. писанія, то нравственно-поучительное, то аллегорически-созерцательное, имѣвшее значительное вліяніе на развитіе послѣдующей литературы.

Рядъ этихъ гомилетическихъ сочиненій открывается 1) книгою «о раѣ», «de Paradiso», представляющею таинственно-аллегорическое

объясненіе повѣствованія книги Бытія о раѣ и жизни въ немъ прародителей до ихъ грѣхопаденія. При объясненіи видны слѣды пользованія нѣкоторыми сочиненіями Филона.

2) «De Cain et Abel» представляютъ подобное же толкованіе повѣствованія о жертвоприношеніи Каина и Авеля, а

3) «De Noë et arca»—о Ноѣ и построеніи имъ ковчега, съ которымъ весьма искусно сравнивается построеніе человѣческаго тѣла.

4) «de Abraham» въ 2-хъ книгахъ, представляетъ въ 1-й изображеніе жизни Авраама, какъ образца добродѣтели, а во 2-й—переходъ «ума» (mens, νοῦς) отъ чувственности къ добродѣтели, отъ Адама къ Аврааму.

5) Подобно же содержаніе и сочиненія «de Isaac et anima», при чемъ Исаакъ изображаетъ собою «Слово» (verbum, λόγος), сочетающееся бракомъ съ Ревеккою—душою. Сочиненіе оканчивается увѣщаніемъ не бояться смерти, что подробнѣе развито въ особомъ трактатѣ:

6) «de bono mortis», которая есть скорѣе благо, чѣмъ зло для души.

7) de Iacob et vita beata въ 2-хъ книгахъ, объясняетъ, что истинно благочестивый человѣкъ не теряетъ житейскаго благополучія даже и среди смятеній и опасностей.

8) Въ трактатѣ: «de Ioseph patriarcha» изображается Іосифъ, какъ примѣръ цѣломудренпаго.

9) Въ 4-хъ книгахъ: «de interpellatione Iob et David» излагаются размышленія о бренности земной жизни и о томъ, что иногда здѣсь, на землѣ, грѣшники пользуются благами, а праведникамъ въ удѣлъ достаются скорби.

Слѣдующія три сочиненія, представляющія также объясненія мѣстъ изъ Ветхаго Завѣта и размышленія по поводу ихъ, заимствованы въ общемъ изъ бесѣдъ Василія В., и имѣютъ большое историко-литературное значеніе; это суть:

10) «de Elia et ieiunio», въ которомъ указывается на необходимость воздержанія въ пищѣ и питьѣ, и приводятся примѣры этого воздержанія, во главѣ которыхъ стоитъ пророкъ Илія;

11) «de Naburhe Iesraëlita», въ которомъ, по поводу библейскаго повѣствованія о преслѣдованіи Навуѳея царемъ Ахавомъ, Св. Амвросій вооружается противъ богатства и роскоши.

12) «de Tobia», въ которомъ, выходя изъ одного мѣста книги Товита, проповѣдникъ вооружается противъ ростовщичества.

Еще важнѣе слѣдующее сочиненіе Св. Амвросія, написанное имъ въ старости, не задолго до кончины, именно его шесть книгъ:

13) «Hexaemeron», шесть дней творенія, въ которомъ авторъ, разъясняя библейскій текстъ, сообщаетъ свои размышленія, частію созерцательнаго, частію нравственнаго, частію естественно-историческаго характера. По формѣ—это бесѣды въ дни поста, предста-

вляющія передѣлку подобныхъ же бесѣдъ Василія В., передѣлку, зависящую отъ подлинника въ общемъ, но совершенно самостоятельную въ частностяхъ. Изложеніе сочиненія ясно и плавно, лишено риторической искусственности и мѣстами даже исполнено истиннаго чувства.

Изъ нравственныхъ сочиненій Св. Амвросія слѣдуетъ отмѣтить прежде всего пять книгъ 14) «de virginibus», посвященныхъ его сестрѣ Маркеллинѣ. Написанное въ первые годы епископства Амвросія, это сочиненіе прославляетъ дѣвство, какъ особенную добродѣтель, заключаетъ поучительные примѣры знаменитыхъ дѣвственницъ и содержитъ разнообразныя нравственныя наставленія. Засимъ особенно важно сочиненіе въ 3-хъ книгахъ:

15) «de officiis ministrorum», о должностяхъ служителей церкви, писанное Св. Амвросіемъ въ глубокой старости. Этотъ трудъ представляетъ передѣлку сочиненія Цицерона: «de officiis», въ высшей степени поучительную для желающаго ознакомиться со способомъ перенесенія языческихъ понятій и воззрѣній на христіанскую почву. Особенно драгоцѣнны въ этомъ сочиненіи нравственныя наставленія, представляющія плодъ житейской опытности сочинителя.

Еще блистательнѣе, чѣмъ въ поученіяхъ и нравственныхъ трактатахъ, проявилось краснорѣчіе Св. Амвросія въ трехъ надгробныхъ рѣчахъ, представляющихъ древнѣйшіе христіанскіе памятники этого рода. Первая рѣчь произнесена при погребеніи и поминовеніи брата Святителя, Сатира:

16) «de excessu fratris sui Satyri» libri II.

Вторая:

17) «de obitu Valentiniani consolatio» произнесена надъ гробомъ убитаго въ молодыхъ лѣтахъ Валентиніана II-го, и третья:

18) «de obitu Theodosii oratio», надъ гробомъ Ѳеодосія В., скончавшагося въ Миланѣ.

Наконецъ, слѣдуетъ упомянуть о многочисленныхъ письмахъ Св. Амвросія, весьма разнообразныхъ по своему содержанію и представляющихъ важный источникъ для изученія личности Святителя. Съ исторической точки зрѣнія особенно заслуживаютъ вниманія его письма къ Ѳеодосію, изъ коихъ одно относится къ знаменитому убійству въ Ѳессалоникѣ, и къ Валентиніану—по поводу ходатайства Симмаха о возстановленіи языческихъ обрядовъ.

Кромѣ упомянутыхъ, отъ Св. Амвросія сохранилось не мало и другихъ прозаическихъ сочиненій, имѣющихъ исключительно догматическое значеніе, равно какъ и нѣсколько подложныхъ.

При столь значительной литературной производительности нѣтъ ничего удивительнаго, что Св. Амвросій не имѣлъ достаточнаго времени для того, чтобы придать надлежащую отдѣлку всѣмъ своимъ трудамъ, и недостатокъ ея сказывается иногда довольно рѣзко. Но это формальное несовершенство съ избыткомъ искупается содержаніемъ, особенно въ тѣхъ мѣстахъ, гдѣ писатель чувствуетъ затро-

нутымъ или себя или свои убѣжденія. Языкъ сочиненій Амвросія, въ большинствѣ случаевъ понятный, тѣмъ не менѣе представляетъ значительныя уклоненія отъ классической простоты и изящества.

И въ поэзіи имя Св. Амвросія оставило по себѣ прочные слѣды, едва ли не болѣе рѣзкіе, чѣмъ въ прозѣ, хотя число его подлинныхъ поэтическихъ произведеній весьма не значительно. Они суть исключительно гимны (одними учеными подлинными признаются 12 гимновъ, другими лишь 4 и т. п.), положившіе начало гимнологіи западной церкви, въ которой и впослѣдствіи сочинявшіеся гимны носятъ названіе Амвросіевыхъ (Ambrosiani). Пѣсни Амвросія очевидно назначались для антифоннаго пѣнія (cantus Ambrosianus) и отличаются какъ прелестью содержанія, такъ и безупречностью метрической формы.

О Св. Амвросіѣ, какъ отцѣ церкви, см. Пр. Филарета §§ 159—162.

Лучшія изданія твореній Св. Амвросія: Бенедиктинцевъ Iac. du Frische и Nic. Le Nourry Paris 1686—90. 2 voll. fol. Migne Patrolog. T. XV и XVI. Отдѣльное изданіе hexaemeron и de officiis у Gersdorf bibl. patr. v. IX и X, а послѣдняго еще Krabinger Tubing. 1857. Тамъ же и древняя біографія Св. Амвросія, составленная Павлиномъ.

Объ Амвросіѣ см. Tillemont Memoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, F. Boehringer Die Kirche Christi und ihre Zeugen, 1. 3. Zürich 1845. H. Richter Das westromische Reich. Berlin 1865.

Указанія русскихъ переводовъ нѣкоторыхъ сочиненій Св. Амвросія у Филарета § 160 пр.

1.

Hexaemeron. Liber III.

De opere tertii diei.

Cap. 1. Dies tertius nobis hodie in sermone nascatur, qui ortus est in lectione. Praeclarus dies, qui terram a naufragio [1]) liberavit, dicente Deo: Congregetur aqua, quae est sub caelo, in congregatione una [2]). De quo praefationem adoriri placet. Congregetur aqua dictum est et congregata est; et frequenter dicitur: congregetur populus, et non congregatur. Non mediocris pudor est, imperio Dei insen-

[1]) ибо земля представляется утвержденною на водахъ.
[2]) Быт. 1. 9. Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum.

sibilia elementa parere et homines non oboedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. Et fortasse hic pudor fecerit, ut hodie plures conveniretis, ne quo die congregata est aqua in congregationem unam, eo die populus nequaquam [1]) congregatus in ecclesiam Domini videretur.

Nec hoc solum oboedientis aquae exemplum habemus; nam et alibi scriptum est: Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae et timuerunt [2]). Neque enim verisimile non videtur de aquis dictum, quando alibi quoque idem propheta ait: Mare vidit et fugit, Iordanis conversus est retrorsum [3]). Hoc enim vere factum quis ignorat, quod ad Hebraeorum transitum mare fugerit? Quando se unda divisit, transivit populus pulverulento [4]) vestigio, perisse mare credens, fugisse fluctus. Denique credidit hoc Aegyptius et ingressus est; sed illi rediit unda, quae fugerat. Novit ergo aqua et congregari et timere et fugere, quando Deus praecipit. Hanc imitemur aquam et unam congregationem Domini, unam ecclesiam noverimus.

Congregata est hic quondam aqua ex omni valle, ex omni palude, ex omni lacu. Vallis est haeresis, vallis est gentilitas, quia Deus montium est. non vallium. Denique in ecclesia exsultatio est, in haeresi et gentilitate fletus et moeror. Unde ait: Disposuit in convalle fletus [5]). Ex omni igitur valle congregatus est populus catholicus. Iam non multae congregationes sunt, sed una est congregatio, una ecclesia. Dictum est et hic: Congregetur aqua ex omni valle, et facta est congregatio spiritalis et factus est unus populus; ex haereticis et gentibus repleta ecclesia est. Vallis est scena, vallis est circus, ubi currit mendax equus ad salutem [6]), ubi vilis et abiecta contentio, ubi litium foeda deformitas. Ex his igitur, qui circo inhaerere consueverant, fides crevit ecclesiae, quotidianus coetus augetur.

Palus est luxuria, palus est intemperantia, palus est incontinentia, in qua volutabra [7]) libidinum sunt, bestiarum murmura, latibula passionum; ubi mersantur, quicumque inciderint, et non emergunt; ubi labuntur pedum vestigia, fluitant singulorum incessus; ubi fulicae se, dum lavant, polluunt; ubi flebiles desuper gemitus columbarum; ubi pigra testudo cenoso haeret in gurgite. Denique aper in palude, cervus ad fontes [8]). Ex omni igitur palude, ubi quasi ranae veterem querelam canebant [9]), congregata est fides, congregata est puritas animi mentisque simplicitas.

[1]) = non.
[2]) Псал. 76. 17. Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae et turbatae sunt abyssi.
[3]) Псал. 113. 3.
[4]) чѣмъ обозначается полная сухость дна морскаго.
[5]) Псал. 83. 6. 7. ascensiones in corde suo disposuit. In valle lacrimarum.
[6]) Псал. 31. 17.
[7]) сл. ниже: aper in palude.
[8]) сл. Псал. 41. 1.
[9]) сл. Verg. Georg. 1. 378. et veterem in limo ranae cecinere querelam. Ле-

Congregata est aqua ex omni lacu et ex omni fovea, ut nemo fodiat foveam fratri suo, in quam ipse incidat [1]), sed omnes se invicem diligant, omnes se invicem foveant et quasi unum corpus diversa se membra sustentent; quos non mortiferi cantus [2]) et acroamata [3]) scenicorum, quae mentem emolliant ad amores, sed concentus ecclesiae et consona circa [4]) Dei laudes populi vox et pia vita delectet; quibus non purpurea peripetasmata [5]), non aulaea [6]) pretiosa spectare voluptati sit, sed hanc pulcherrimam mundi fabricam, hanc distantium inter se elementorum copulam, caelum sicut cameram extensum, ut inhabitantes in hoc mundo tegat, terram ad operandum datam, diffusum aërem, clausa maria, populum hunc divinae operationis organum, in quo divini modulamen resultet oraculi et Dei spiritus intus operetur, templum istud sacrarium Trinitatis, sanctitatis domicilium, ecclesiam sanctam, in qua refulgent aulaea caelestia, de quibus dictum est: Dilata locum tabernaculorum tuorum et aulaeorum tuorum, fige, ne parcas; longiores fac funiculos tuos et palos tuos confirma; adhuc in dexteram et sinistram extende; et semen tuum gentes hereditate possidebit et civitates desertas inhabitabis [7]). Habet ergo aulaea, quibus attollit [8]) vitam bonam, peccata tegit, culpam obumbrat.

Haec est ecclesia, quae super maria fundata est et super flumina praeparata. Supra vos enim confirmata est et praeparata, qui sicut flumina puro in eam mundi fonte decurritis, de quibus dictum est: Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam a voce aquarum multarum. Et addidit: Mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis Dominus [9]). Bona flumina; hausistis enim ex illo perenni et pleno fonte, quo fluitis, qui ait vobis: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae [10]). Hoc autem dicebat de spiritu, quem incipiebant accipere, qui credituri erant in eum. Sed iam quasi boni Iordanis fluenta revertimini mecum in originem.

гепда о превращеніи въ лягушекъ Ликійскихъ крестьянъ, оскорбившихъ Латону, у Ovid. Metam. VI. 313 и сл.

[1]) Псал. 7. 16.

[2]) mortiferi, потому что приносятъ смерть духовную.

[3]) про пѣніе актеровъ на сценѣ.

[4]) = ad.

[5]) περιπετάσματα, драгоцѣнныя, вышитыя ткани, коими покрывали стѣны, полы, мебель.

[6]) aulaeum, занавѣсъ, закрывавшій театральную сцену передъ представленіемъ.

[7]) Ис. 54. 2 сл. Dilata locum tentorii tui et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas; longos fac funiculos tuos et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim et ad laevam penetrabis, et semen tuum gentes hereditabit et civitates desertas inhabitabit.

[8]) ибо древнія aulaea не поднимались, какъ у насъ, а опускались.

[9]) Псал. 92, 3 сл. Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam. Elevaverunt flumina fluctus suos a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

[10]) Іоан. 7. 38.

Cap. 2. Congregetur, inquit, aqua, quae sub caelo est, in congregationem unam et appareat arida. Et factum est sic. Fortasse parum crediderit aliquis superioribus sermonibus nostris, quibus tractavimus [1]), invisibilem ideo fuisse terram, quod aquis operta tegeretur, ut corporeis oculis videri non posset. Ad se enim propheta retulit, hoc est, ad nostram conditionem, non ad divinae maiestatem naturae, quae utique omnia videt. Sed ut advertatis, quia non quasi nostri ingenii probandi gratia, sed vestrae causa instructionis suscepimus hunc tractandi laborem, adstipulantem nobis lectionis seriem [2]) testificamur, quae aperte probat, post congregationem aquae, quae erat super terram, et post derivationem eius in maria apparuisse aridam. Desinant ergo nobis dialecticis disputationibus movere [3]) negotia, dicentes: Quomodo terra invisibilis, cum omni corpori naturaliter et species et color insit, omnis autem color sit subiectus aspectui? Clamat Dei vox: Congregetur aqua et appareat arida. Et iterum scriptura dicit: Congregata est aqua in congregationem unam et apparuit arida. Quid opus fuit iterare, nisi occurrendum quaestionibus iudicasset propheta? Nonne videtur dicere: Non dixi invisibilem secundum naturam, sed secundum superfusionem aquarum? Denique addidit, sublato velamine apparuisse aridam, quae ante non videbatur.

Iterum quoque quaestiones alias serunt dicentes: Si in congregationibus diversis aqua erat, quomodo, si illae congregationes in superioribus erant, non defluebat aqua in eum locum, ad quem post Domini imperium derivata est? Natura enim aquarum sponte in inferiora prolabitur. Sin vero in inferioribus erant illae congregationes, quomodo contra naturam suam aqua ad superiora conscendit? Itaque aut naturalis cursus imperio non eguit, aut contra naturam imperio proficere non potuit. Cui quaestioni facile respondebo, si mihi ipsi ante respondeant, ante praeceptum Domini hanc aquarum fuisse naturam, ut laberetur, ut flueret. Non enim ex usu hoc habet ceterorum elementorum, sed speciale et proprium; non ex quodam ordine, sed magis ex voluntate et operatione Dei summi. Quid iusserit Deus, audiunt. Vox autem Dei efficiens naturae est. Eam vocem effectus operationis implevit. Coepit labi aqua et in unam confluere congregationem, quae ante erat diffusa per terras et plurimis receptaculis inhaerebat. Cursum eius ante non legi, motum eius ante non didici, nec oculus meus vidit, nec auris audivit. Stabat aqua diversis locis; ad vocem Dei mota est. Nonne videtur, quia naturam ei huiusmodi vox Dei fecit? Secuta est creatura praeceptum et usum fecit ex lege [4]).

---

[1]) tractare = interpretari, sermone docere.

[2]) контекстъ.

[3]) = facessere.

[4]) sc. divina. По божественному закону вода получила свои свойства движенія; сл. § 9. quod in usu ante non fuerit.

Primae enim constitutionis lex formam in posterum dereliquit. Denique semel [1]) diem fecit et noctem; ex illo manet utriusque diuturna successio et diuturna reparatio. Iussa est etiam aqua currere in congregationem; ex illo currit, fontes labuntur in fluvios, in freta currunt flumina, lacus derivantur in maria, ipsa se aqua praecedit, urget et sequitur. Unus est ductus, unum corpus. Et cum sit altitudo diversa, indiscreta tamen dorsi [2]) eius aequalitas. Unde et aequor appellatum arbitror, quod superficies eius aequalis sit.

Respondi secundum illorum propositum [3]); illi nunc respondeant mihi, si numquam viderint fontes ex inferioribus scaturire, de pavimento aquam surgere. Quis eam cogit? Unde prorumpit? Quemadmodum non deficit? Quomodo fit, ut ima soli ora undam vomant? Haec secundum occultae secreta naturae. Ceterum quis ignorat, quod rapido plerumque impetu in ima descendens, in superiora se subrigat atque in supercilium montis attollat; plerumque etiam canalibus manu artificis derivata, quantum descenderit, tantum rursus ascendat? Itaque si vel impetu suo fertur, vel artificis ingenio contra naturam suam ducitur et elevatur, miramini, si divini operatione praecepti aliquid ad usum naturae eius accessit, quod in usu ante non fuerit? Dicant nunc mihi, quomodo tamquam in utrem congregaverit aquas maris, ut scriptum est [4]); quomodo eduxerit de petra aquam? Qui potuit de petra educere aquam, quae non erat, non potuit aquam educere, quae erat? Percussit petram et fluxerunt aquae, clamat [5]) David, et torrentes inundaverunt [6]). Et alibi: Super montes stabunt aquae [7]). Habes in evangelio [8]), quod cum gravis esset procella et magnus in mari motus, ita ut trepidarent apostoli naufragii periculum, excitaverunt dormientem in puppi dominum Iesum; et surgens imperavit vento et mari, sedata est tempestas, refusa tranquillitas. Qui potuit imperio mare totum sedare, non potuit aquas imperio movere? Atquin in diluvio sic accepimus, quod eruperint abyssi fontes et quod induxerit postea spiritum et siccaverit aquam [9]). Si nolunt [10]) obocdisse naturam usumque elementi imperio Dei esse conversum, vel hoc concedant, potuisse immisso vento aquas currere, quod quotidie videmus in mari, ut inde aquae currant, unde flaverit ventus. Si tempore Moysi excitato austro valido siccatum est mare [11]), eodem modo siccari non potuit congregatio aquarum

[1]) semel, ἅπαξ, разъ на всегда; сл. нѣм. einmal.
[2]) поверхность.
[3]) здѣсь = возраженіе.
[4]) Псал. 32. 7. Congregans sicut in utre aquas maris.
[5]) = dicit.
[6]) Псал. 77. 20.
[7]) Псал. 103. 6.
[8]) Матѳ. 8. 23 и сл.
[9]) Быт. 7. 11. Слич. 8, 1 и сл.
[10]) = если возражающіе мнѣ не соглашаются...
[11]) Исх. 14. 25.

et in mare profluere aqua, quae postea divisa est a profundo [1])? Sed discant, naturam posse converti, quando petra aquas fluxit [2]) et ferrum aquae supernatavit [3]), quod utique Elisaeus orando facere meruit, non imperando. Si igitur Elisaeus ferrum levavit contra naturam, Christus aquas movere non potuit? Sed movit, qui potuit dicere: Lazare, veni foras [4]), et mortuum suscitavit; Deus enim, quod iubet, facit. Itaque pari exemplo dictum accipe: Congregetur aqua et congregata est. Dicendo autem: congregetur non solum movit eam de loco, sed etiam statuit in loco, ut non praeterflueret, sed maneret.

Hoc itaque maioris miraculi est, quomodo omnes congregationes in unam congregationem defluxerint et una congregatio non adimpleta sit. Nam et scriptura hoc inter mirabilia constituit dicendo: Omnes torrentes eunt in mare et mare non adimpletur [5]). Utrumque igitur ex praecepto Dei, ut fluat aqua et non superfluat. Circumscripta igitur imposito fine maria clauduntur, ne superfusa terris inundent omnia et destituto arvorum cultu munus terrenae fecunditatis impediant; congnoscant igitur, divini esse praecepti operationisque caelestis. Ait enim Dominus per nubem [6]) ad Iob inter alia etiam de maris claustro: Posui ei fines, apponens claustra et portas. Dixi autem ei: Usque huc venies nec transgredieris, sed in te ipso conterentur fluctus tui [7]). Nonne ipsi videmus mare frequenter undosum, ita ut in altum fluctus eius tamquam mons aquae praeruptus [8]) insurgat; ubi impetum suum ad littus illiserit, in spumas resolvi, repagulis quibusdam arenae humilis repercussum, secundum quod scriptum est: Aut non timebitis me, dicit Dominus, qui posui arenam fines mari? [9]) Infirmissimo itaque omnium vilis sabulonis pulvere vis maris intempesta cohibetur et velut habenis quibusdam caelestis imperii praescripto sibi fine revocatur violentique aequoris motus in sese frangitur atque in reductos sinus suos scinditur [10]).

Ceterum nisi vis statuti caelestis inhiberet, quid obstaret, quin per plana Aegypti, quae maxime humilioribus iacens vallibus campestris asseritur, mare rubrum Aegyptio pelago [11]) misceretur? Denique docent hoc, qui voluerunt haec duo sibi maria connectere atque

[1]) = abyssus.
[2]) Числ. 20. 11.
[3]) 4 Цар. 6. 6.
[4]) Іоан. 11. 43.
[5]) Еккл. 1. 7. Omnia flumina intrant in mare et mare non redundat.
[6]) = de turbine.
[7]) Іовъ 38. 10 сл. Circumdedi illud terminis meis et posui vectem et ostia, et dixi: usque huc venies et non procedes amplius et hic confringes tumentes fluctus tuos.
[8]) сл. Verg. Aen. 1. 109. insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
[9]) Іерем. 5. 22. Me ergo non timebitis... qui posui arenam terminum mari?
[10]) сл. Verg. Aen. 1. 164. quibus omnis ab alto Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
[11]) Aegyptium pelagus здѣсь называется Меридово озеро.

in se [1]) transfundere, Sesostris Aegyptius, qui antiquior fuit, et Darius Medus, qui maioris contuitu potentiae in effectum voluit adducere, quod ab indigena fuerat ante tentatum. Quae res indicio est, quod superius est mare Indicum, in quo mare rubrum, quam aequor Aegyptium, quod inferius alluit. Et fortasse ne latius se mare effunderet de superioribus ad inferiora praecipitans, ideo molimina sua rex uterque revocavit.

Cap. 3. Quaero nunc, cum dixerit: Colligatur aqua in collectionem unam, quomodo diffusas per lacus, paludes, stagna aquas et superfusas vallibus et campis omnibusque planioribus locis, currentes fontibus atque fluminibus, una potuerit recipere collectio, aut quomodo una collectio, cum hodieque diversa sint maria? Nam et Oceanum mare dicimus et Tyrrhenum et Adriaticum et Indicum et Aegyptium et Ponticum, et Propontidem et Hellespontum et Euxinum, Aegaeum, Ionium, Atlanticum. Plerique etiam Creticum et septentrionale Caspium appellant mare. Unde consideremus scripturae verba, quae librato sunt trutinata examine [2]).

Colligatur, inquit, aqua in collectionem unam. Una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diversi sinus maris, ut quidam de scriptoribus forensibus [3]) ait. Namque pontus maris nostri [4]) sinus amplissimus meritoque in diversis locis diversa sunt nomina, quia vocabula [5]) aquis ex regionum vocabulis adhaeserunt. Una autem congregatio aquarum, eo quod iugis unda atque continua ab Indico mari usque ad Gaditani oram littoris [6]) et inde in mare rubrum extremo circumfusa orbem terrarum includit Oceano; interius quoque Tyrrheno Adrias, Adriae cetera maria miscentur, nominibus distincta, non fluctibus. Unde pulchre habes, quia Deus congregationes aquarum vocavit maria. Ita et una est generalis collectio, quae dicitur mare, et multae collectiones, quae maria pro regionibus nuncupantur. Sicut enim multae terrae, ut Africa, Hispania, Thracia, Macedonia, Syria, Aegyptus, Gallia atque Italia pro regionum appellantur vocabulis et una est terra: ita multa dicuntur pro locorum appellationibus maria et unum est mare, sicut ait propheta, dicens: Tui sunt caeli et tua est terra; orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem et mare tu creasti [7]). Et ad Iob ipse Dominus ait: Conclusi autem mare portis [8]).

[1]) одно въ другое.
[2]) examen здѣсь понимается въ смыслѣ стрѣлки на коромыслѣ вѣсовъ.
[3]) = oratoribus, или scriptoribus iuris peritis.
[4]) pontus maris nostri (ср. pontus maris у Verg. A. 10. 377) = mare nostrum, т. е. Средиземное.
[5]) названія, наименованія.
[6]) littus Gaditanum, берега Гадеса (Gades, Кадиксъ), гдѣ былъ fretum Gaditanum.
[7]) Псал. 88. 12.
[8]) Іовъ 38. 8. Quis conclusit ostiis mare?

Nunc quia de una collectione diximus, illud occurrit, utrum, cum per omnem fere terram et super terram fuerint diffusae aquae per vallestria [1]) agrorum, concava montium planitiemque camporum, modo aequoris fusa congregatio una potuerit omnes illas aquas recipere atque exinanire terras, quae ante fuso per universum flumine stagnabantur. Nam si ita operta erant omnia—non enim diceret, visa est terra, nisi retectam vellet locis omnibus demonstrare—si diluvium Noë tempore abscondit et montes, quando aquarum iam et super caelos et infra firmamentum fuerat facta discretio: quanto magis dubitari non potest, etiam montium vertices illa superfusione latuisse? Quo igitur illa omnis aquarum redundantia derivata est? Quae receptacula eam tam continua atque connexa absorbere potuerunt? De quo multus nobis potest sermo suppetere.

Primum quia potuit creator omnium et ipsarum terrarum spatia diffundere [2]); quod aliqui ante nos confirmantes, propria posuerunt sententia. Ego, quid facere potuerit,—non praetermitto quid fecerit—quod aperte scripturarum auctoritate non didici, quasi secretum praetereo, ne forte etiam hinc alias sibi quaestiones requirant. Assero tamen secundum scripturas, quia potuit locorum humilia et camporum aperta diffundere, sicut ipse ait: Ego ante te ambulabo et montes planos faciam [3]). Potuit etiam ipsa aquarum vis profundiora ea facere, quae insederat, tanto fluctuum motu tantoque aestu concitatioris elementi, qui quotidie ima pelagi torquere et arenas vertere soleat de profundo. Quis deinde sciat, in quantum se illud magnum et inausum navigantibus atque intentatum nautis fundat mare, quod Britannias frementi includit aequore atque in ulteriora et ipsis fabulis inaccessa secreta se porrigit? Quis deinde non colligat, quantum Lucrino et Averno in Italia [4]), Tiberiadi quoque in Palaestina et ei lacui, qui inter Palaestinam et Aegyptum Arabiae deserta protendit [5]), portubusque diversis Augusti atque Traiani ceterisque per universum orbem infusum addiderit mare?

Sed sunt etiam non confusi lacus et stagna, quae non miscentur fluctibus, ut Larius et Benacus, Albanus [6]) quoque aliique plures; quomodo una congregatio aquarum? Sed quemadmodum dicitur, quia fecit Deus duo luminaria [7]), id est, solem et lunam, cum sint utique et stellarum lumina, ita et una congregatio dicitur, cum sint plurimae. Neque enim annumerantur, quae non conferuntur.

[1]) vallestria = valles, слово, у другихъ писателей не встрѣчающееся.
[2]) = открыть, для того, чтобы дать проходъ водѣ.
[3]) Ис. 45. 2. Ego ante te ibo et gloriosos terrae humiliabo.
[4]) lacus Lucrinus, озеро близъ Бай. Lacus Avernus въ той же мѣстности, считавшееся вратами въ преисподнюю.
[5]) можетъ быть разумѣется Мертвое море. Protendit = protenditur.
[6]) lacus Larius н. Комское озеро, l. Benacus н. Гардское озеро, l. Albanus въ Лаціумѣ, недалеко отъ Рима.
[7]) luminare = φωστήρ.

Cap. 4. Sed, ut videtur, quoniam de mari loquebamur, aliquantulum exundavimus; ad propositum revertamur et consideremus, quid sit, quod ait Dominus: Congregetur aqua in unam congregationem et appareat arida, et non dixerit, terra. Quod praeclare positum quis non advertat? Terra enim potest et luto esse permixta, aquis madida, cuius species superfusis aquis non appareat. Arida autem non solum ad genus, sed etiam ad speciem terrarum refertur, ut sit utilis, sicca, habilis et apta culturis. Simul prospectum est, ne videatur solo magis quam Dei praecepto esse siccata, quia arida facta est, antequam sol crearetur. Unde et David discernens mare et terram, ait de domino Deo: Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam manus eius fundaverunt [1]). Arida enim expressio naturae est, terra appellatio quaedam simplex negotii [2]), quae in se habeat proprietatem. Sicut enim animal generis significatio est, cui inest proprium aliquid et excellens, rationabile autem proprium est hominis, ita et terra potest communiter dici vel scatens aquis, vel deserta et invia et sine aqua. Ergo et illi, quae scatet aquis, inest, ut habeat ariditatem. Remota enim aqua, incipit esse arida, sicut habes scriptum: Posuit flumina in desertum et exitus aquarum in sitim [3]), hoc est, de terra aquosa aridam fecit.

Habet ergo terra propriam qualitatem suam, sicut et singula elementa habent; nam et aër humidam qualitatem et aqua frigidam et ignis calidam. Et hoc est principale proprium elementis singulis, quod ratione colligimus. Comprehendere autem sensibiliter et corporaliter si velimus, velut connexa et composita reperimus, ut sit terra arida et frigida, aqua frigida et humida, aër calidus et humidus, ignis calidus et siccus; et sic sibi per has iugales [4]) qualitates singula miscentur elementa. Nam terra cum sit aridae et frigidae qualitatis, connectitur aquae per cognationem qualitatis frigidae et per aquam aëri, quia humidus est aër. Ergo aqua tamquam brachiis quibusdam duobus frigoris et humoris, altero terram, altero aërem videtur amplecti, frigido terram, aërem humido. Aër quoque medius inter duo compugnantia [5]) per naturam, hoc est, inter aquam et ignem, utrumque illud elementum conciliat sibi, quia et aquis humore et igni calore coniungitur. Ignis quoque cum sit calidus et siccus natura, calore aëri annectitur, siccitate autem in communionem terrae ac societatem refunditur; atque ita sibi per hunc circuitum et chorum quemdam concordiae societatisque conveniunt. Unde et graece στοιχεῖα [6]) dicuntur, quae latine elementa dicimus, quod sibi conveniant et concinant.

[1]) Псал. 94, 5. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud, et siccam manus eius formaverunt.
[2]) negotium въ см. предмета, вещества.
[3]) Псал. 106. 33.
[4]) iugalis, соединяющій, общій.
[5]) = repugnantia.
[6]) στοιχεῖον въ связи съ στείχω.

Huc autem progressi sumus, quia scriptura ait, quod Deus vocaverit aridam terram, hoc est, quia quod principale est eius, nuncupavit proprietate naturae. Naturalis enim proprietas siccitas est terrae; haec ei praerogativa servata est. Principalis ergo siccitas. Subest [1]) etiam, ut sit frigida; sed non praeferuntur secunda primis. Ut autem humida sit, aquarum id affinitate sortitur. Ergo illud suum, istud alienum; suum, quod arida, alienum, quod humida. Auctor itaque naturae quod primo donavit, hoc tenuit, quia istud ex natura, illud ex causa. Ex principalibus igitur, non ex accidentibus terrae debuit proprietas definiri, ut secundum praerogativam qualitatis eius informaretur nostra cognitio.

Cap. 5. Et vidit Deus, quia bonum [2]). Non praeterimus, quia aliqui nec in hebraeo [3]) putant esse nec in ceteris interpretationibus: Quia congregata est aqua in collectiones suas et apparuit arida et vocavit Deus aridam terram et collectiones aquarum vocavit maria. Cum enim dixerit Deus, quia factum est sic, satis esse putant vocem operatoris ad celebratae [4]) operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis [5]) habet et definitionem praeceptionis et repetitum operationis vel indicium vel effectum, ideo nos non putamus absurdum id, quod perhibetur additum, etiamsi ceteris interpretibus vel veritas doceatur suppetere vel auctoritas. Multa enim non otiose a septuaginta viris hebraicae lectioni addita et adiuncta comperimus.

Vidit ergo Deus, quia bonum mare. Etsi pulchra sit species huius elementi, vel cum surgentibus albescit cumulis ac verticibus undarum et cautes nivea rorant aspergine, vel cum aequore crispanti, clementioribus auris et blando serenae tranquillitatis purpurascentem praefert [6]) colorem, qui eminus spectantibus frequenter offunditur—quando non violentis fluctibus vicina tundit littora, sed velut pacificis ambit et salutat amplexibus, quam dulcis sonus, quam iucundus fragor, quam grata et consona resultatio [7])—ego tamen non oculis aestimatum creaturae decorem arbitror, sed secundum rationem operationis indicio operatoris convenire et congruere definitum.

Bonum igitur mare, primum quia terras necessario suffulcit humore, quibus per venas quasdam occulte succum quemdam haud inutilem subministrat. Bonum mare, tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo praeliorum removentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subsidium in necessitatibus, refugium

[1]) = additur.
[2]) Быт. 1. 10. Et vidit Deus quod esset bonum.
[3]) т. е. въ еврейскомъ подлинникѣ.
[4]) = выше упомянутый.
[5]) = актъ творенія.
[6]) = prae se fert.
[7]) resultatio—отливъ, отбой волнъ отъ берега.

in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas valetudinis, separatorum coniunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis alimentum. Ex hoc pluvia in terras transfunditur, siquidem de mari aqua radiis solis hauritur, et quod subtile eius est, rapitur; deinde quanto altius elevatur, tanto magis etiam nubium obumbratione frigescit et imber fit, qui non solum terrenam temperat siccitatem, sed etiam iciuna arva fecundat.

Quid enumerem insulas, quas velut monilia plerumque praetexit, in quibus ii, qui se abdicant intemperantiae secularis illecebris, fido continentiae proposito eligunt mundo latere et vitae huius declinare dubios anfractus? Mare est ergo secretum temperantiae, exercitium continentiae, gravitatis secessus, portus securitatis, tranquillitas seculi, mundi huius sobrietas, tum fidelibus viris atque devotis incentivum devotionis, ut cum undarum leniter alluentium sono certent cantus psallentium, plaudant insulae tranquillo fluctuum sanctorum choro, hymnis sanctorum personent. Unde mihi, ut omnem pelagi pulchritudinem comprehendam, quam vidit operator? Et quid plura? Quid aliud ille concentus undarum, nisi quidam concentus est plebis [1])? Unde bene mari plerumque [2]) comparatur ecclesia, quae primo ingredientis populi agmine totis vestibulis [3]) undas vomit; deinde in oratione totius plebis tamquam undis refluentibus stridet, cum responsoriis [4]) psalmorum cantus virorum, mulierum, virginum, parvulorum, consonus undarum fragor resultat. Nam illud quid dicam, quod unda peccatum abluit et Sancti Spiritus aura salutaris aspirat?

Det nobis Dominus illa successuum [5]) flumina prospero ligno currere, tuto portu consistere, nequitiae spiritalis graviora quam ferre possumus, tentamenta nescire, fidei ignorare naufragia, habere pacem profundam, et si quando aliquid sit, quod graves nobis seculi huius excitet fluctus, evigilantem pro nobis habere gubernatorem dominum Iesum, qui verbo imperet, tempestatem mitiget, tranquillitatem maris refundat, cui est honor et gloria, laus, perpetuitas a seculis et nunc et semper, in omnia secula seculorum. Amen.

---

[1]) = populi.
[2]) = persaepe.
[3]) vestibulum, мѣсто передъ входомъ, которыхъ въ церкви было нѣсколько.
[4]) responsorium называется или антифонное пѣніе или такое, когда одному нѣкому отвѣчаетъ хоръ или весь народъ.
[5]) successus = духовное преуспѣяніе.

2.

De officiis ministrorum. Lib. II.

Cap. 1. Superiore libro de officiis tractavimus, quae convenire honestati [1]) arbitraremur, in qua vitam beatam positam esse nulli dubitaverunt, quam scriptura appellat vitam aeternam. Tantus enim splendor honestatis est, ut vitam beatam efficiant tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae. Et ideo sicut exortus sol lunae globum et cetera stellarum abscondit [2]) lumina, ita fulgor honestatis, ubi vero et incorrupto vibrat [3]) decore, cetera, quae putantur bona secundum voluptatem corporis aut secundum seculum clara et illustria, obumbrat.

Beata plane, quae non alienis aestimatur iudiciis, sed domesticis [4]) percipitur sensibus tamquam sui index. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pavet. Itaque quo minus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet. Nam qui gloriam requirunt, his ea merces praesentium, umbra futurorum est, quae impediat vitam aeternam; quod in evangelio scriptum est: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam [5]); de his scilicet, qui velut tuba canente vulgare liberalitatem suam, quam faciunt circa [6]) pauperes, gestiunt. Similiter et de iciunio, quod ostentationis causa faciunt: Habent, inquit, mercedem suam.

Honestatis igitur est, vel misericordiam facere, vel ieiunium deferre [7]) in abscondito, ut mercedem videaris a solo Deo tuo quaerere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus quaerit, habet mercedem suam; qui autem a Deo, habet vitam aeternam, quam praestare non potest nisi auctor aeternitatis, sicut illud est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso [8]). Unde expressius scriptura vitam aeternam appellavit eam, quae sit beata, ut non hominum opinionibus aestimandum relinqueretur, sed divino iudicio committeretur.

Cap. 2. Itaque philosophi vitam beatam, alii in non dolendo posuerunt, ut Hieronymus [9]), alii in rerum scientia, ut Herillus [10]),

---

[1]) honestas, καλοκἀγαθία. Срвн. Cic. de off. 2. 1.
[2]) затемняетъ, уничтожаетъ.
[3]) vibrare здѣсь употреблено про явленіе свѣта.
[4]) внутренній.
[5]) Matth. 6. 2. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
[6]) по отношенію.
[7]) переносить.
[8]) Лук. 23. 43.
[9]) Hieronymus съ о-ва Родоса, ученикъ Аристотеля.
[10]) Herillus изъ Карѳагена, стоическій философъ, ученикъ Зенона.

qui audiens ab Aristotele et Theophrasto [1]) mirabiliter laudatam esse rerum scientiam, solam eam quasi summum bonum posuit, cum illi eam quasi bonum, non quasi solum bonum laudaverint. Alii voluptatem dixerunt, ut Epicurus, alii, ut Callipho [2]) et post eum Diodorus [3]), ita interpretati sunt, ut alter ad voluptatem, alter ad vacuitatem doloris consortium honestatis adiungerent, quod sine ea non possit esse beata vita. Zenon stoicus solum et summum bonum, quod honestum est; Aristoteles autem vel Theophrastus et ceteri peripatetici in virtute quidem, hoc est, honestate vitam beatam esse, sed compleri eius beatitudinem etiam corporis atque externis bonis asseruerunt.

Scriptura autem divina vitam aeternam in cognitione posuit divinitatis et fructu bonae operationis. Denique utriusque assertionis evangelicum suppetit testimonium. Nam et de scientia ita dixit Dominus Iesus: Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum [4]). Et de operibus ita respondit: Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit [5]).

Sed ne aestimetur, hoc recens esse et prius tractatum a philosophis, quam in evangelio praedicatum (anteriores enim evangelio philosophi, id est, Aristoteles et Theophrastus vel Zenon atque Hieronymus, sed posteriores prophetis) accipiant, quam longe antequam philosophorum nomen audiretur, per os sancti David utrumque aperte videatur expressum. Scriptum est enim: Beatus, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum [6]). Habemus et alibi: Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupiet nimis [7]). Docuimus de cognitione, cuius praemium aeternitatis fructum esse memoravit, adiiciens propheta, quia in domo huius timentis Dominum vel eruditi in lege et cupientis in mandatis divinis: Gloria et divitiae et iustitia eius manet in seculum seculi [8]). De operibus quoque in eodem psalmo subiunxit vitae aeternae suppetere praemium viro iusto. Denique ait: Beatus vir, qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in seculum non commovebitur. In memoria aeterna erit iustus [1]). Et infra: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum [2]).

Habet ergo vitam aeternam fides, quia fundamentum est bonum; habent et bona facta, quia vir iustus et dictis et rebus probatur. Nam si exercitatus sit in sermonibus et desidiosus in operibus, prudentiam suam factis refellit et gravius est scire quid facias nec fecisse quod faciendum cognoveris. Contra quoque strenuum esse in operibus, affectu infidum, ita est, ac si vitioso fundamento pulchra culminum velis elevare fastigia. Quo plus exstruxeris, plus corruit, quia sine munimento fidei bona opera non possunt manere. Infida statio in portu navem perforat et arenosum solum cito cedit nec potest impositae aedificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo praemii, ubi virtutum perfectio et quaedam in factis atque dictis aequalitas sobrietatis.

Cap. 3. Et quoniam sola rerum scientia explosa est, vel quasi inanis secundum philosophiae disputationes superfluas, vel quasi semiperfecta sententia, consideremus, quam enodem de eo divina scriptura absolvat sententiam, de quo tam multiplices et implicatas atque confusas videmus esse quaestiones philosophiae. Nihil enim bonum scriptura nisi quod honestum asserit virtutemque in omni rerum statu beatam iudicat, quae neque augeatur bonis corporis vel externis, neque minuatur adversis; nihilque tam beatum, nisi quod a peccato alienum sit, plenum innocentiae, repletum gratiae Dei. Scriptum est enim: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit; sed in lege Domini fuit voluntas eius [3]). Et alibi: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini [4]).

Innocentia igitur et scientia beatum faciunt. Bonae quoque operationis mercedem esse beatitudinem vitae aeternae, superius advertimus. Restat igitur, ut spreto patrocinio voluptatis aut doloris metu, quorum alterum quasi infractum et molliculum, alterum quasi eviratum et infirmum despuit, in ipsis doloribus vitam beatam eminere demonstret. Quod facile doceri potest, cum legerimus: Beati estis, cum vobis maledicent et persequentur et dicent omne malum adversus vos propter institiam. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo. Sic enim persecuti sunt et prophetas, qui erant ante vos [5]).

[1]) Theophrastus, изъ Eresos на о-вѣ Лесбосѣ, ок. 312 до Р. Х., перипатетикъ, ученикъ Аристотеля.

[2]) Callïphon, философъ, неоднократно упоминающійся у Цицерона, старавшійся соединить въ одно voluptas и honestas и въ этомъ соединеніи достигнуть цѣли человѣческой жизни.

[3]) Diodorus изъ Тира, философъ перипатетикъ, ученикъ и преемникъ Критолая.

[4]) Іоан. 17. 3.

[5]) Матѳ. 19. 29.

[6]) Псал. 93. 12.

[7]) Псал. 111. 1. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.

[8]) ibid. 3. Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in seculum seculi.

[1]) Псал. 111. 5. 6. Iucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commovebitur. In memoria aeterna erit iustus.

[2]) ibid. 9. Dispersit, dedit pauperibus, institia eius manet in seculum seculi.

[3]) Псал. 1. 1 сл.

[4]) Псал. 118. 1.

[5]) Матѳ. 5. 11 сл. Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.

Et alibi: Qui vult venire post me, tollat crucem suam et sequatur me [1]).

Cap. 4. Est ergo beatitudo et in doloribus, quos plena suavitatis virtus comprimit et coërcet, ipsa sibi domesticis opibus abundans vel ad conscientiam vel ad gratiam. Neque enim parum beatus Moyses [2]), cum Aegyptiorum vallatus populis et mari clausus, per fluctus sibi et populo patrum pedestrem viam piis meritis invenisset. Quando autem fortior quam tunc, cum extremis circumventus periculis non desperabat salutem, sed exigebat [3]) triumphum?

Quid Aaron? quando se beatiorem credidit quam tunc, quando medius stetit inter vivos ac mortuos et obiectu sui statuit mortem, ne ad vivorum transiret agmina a cadaveribus mortuorum [4]). Quid de puero Daniele loquar, qui tam sapiens erat, ut inter leones fame exasperatos nulla bestialis saevitiae formidine frangeretur, ita alienus a metu, ut posset epulari nec vereretur, ne ad pastum exemplo sui feras provocaret [5])?

Est ergo et in dolore virtus, quae sibi bonae suavitatem exhibeat conscientiae; et ideo indicio est, quod non minuat dolor virtutis voluptatem. Sicut ergo nulla virtute decessio beatitudinis per dolorem, ita etiam nulla accessio per voluptatem corporis aut commodorum gratiam. De quibus pulchre apostolus ait: Quae mihi lucra fuerunt, haec duxi propter Christum detrimenta esse. Et addidit: Propter quem omnia damna duxi et aestimo ut stercora, ut Christum lucrifaciam [6]).

Denique Moyses damnum suum credidit thesauros esse Aegyptiorum et opprobrium Dominicae crucis praetulit; nec tunc dives, cum abundaret pecunia, nec postea pauper, cum egeret alimento, nisi forte tunc alicui minus beatus videretur fuisse, cum in deserto quotidiana alimonia sibi et populo suo deforet. Sed quod summi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc est, panis angelorum ministrabatur e caelo; carnis quoque quotidiana pluvia totius plebis epulis redundabat [7]).

Eliae quoque sancto panis ad victum deerat, si quaereretur; sed non videbatur deesse, quia non quaerebatur. Itaque diurno corvorum obsequio mane panis, caro ad vesperam deferebatur [8]). Numquid ideo minus beatus, quia pauper erat sibi? Minime. Imo eo magis beatus, quia erat Deo dives. Aliis enim quam sibi divitem esse praestat, ut iste erat, qui tempore famis cibum a vidua petebat, largiturus, ut hydria farinae per triennium et sex menses non deficeret et quotidianos usus olei vas viduae inopi sufficeret ac ministraret [1]). Merito ibi volebat Petrus esse, ubi istos videbat. Merito in monte cum Christo in gloria apparuerunt, quia et ipse pauper factus est, cum dives esset [2]).

Nullum ergo adminiculum praestant divitiae ad vitam beatam; quod evidenter Dominus in evangelio demonstravit dicens: Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuriunt et sitiunt, quia saturabuntur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis [3]). Itaque paupertatem, famem, dolorem, quae putantur mala, non solum impedimento non esse ad vitam beatam, sed etiam adiumento, evidentissime pronunciatum est.

Cap. 5. Sed et illa quae videntur bona, divitias, satietatem, laetitiam expertem doloris detrimento esse ad fructum beatitudinis, Dominico declaratum iudicio liquet, cum dicitur: Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram! Vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis, et illis, qui rident, quia lugebunt [4])! Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatam corporis aut externa bona, sed etiam dispendio sunt.

Inde enim beatus Nabuthe, etiam cum lapidaretur a divite, quia pauper et infirmus adversus opes regias solo erat affectu et religione dives, ut pecunia regali non commutaret paternae vineae hereditatem eoque perfectus, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Inde quoque miser Achab etiam suo iudicio, quia pauperem necari fecerat, ut eius possideret vineam [5]).

Certum est, solum et summum bonum esse virtutem eamque abundare solam ad vitae fructum beatae nec externis aut corporis bonis sed virtute sola vitam praestari beatam, per quam vita aeterna acquiritur. Vita enim beata fructus praesentium, vita autem aeterna spes futurorum est.

Sunt tamen, qui in hoc corpore tam infirmo, tam fragili, impossibilem vitam beatam putent, in quo necesse est angi, dolere, deplorare, aegrescere; quasi vero ego in corporis exsultatione dicam vitam beatam consistere et non in altitudine sapientiae, suavitate conscientiae, virtutis sublimitate. Non enim in passione esse, sed

---

[1]) Matth. 16. 24. Si quis vult post me venire... tollat crucem suam et sequatur me.
[2]) см. Исх. 14.
[3]) = agebat.
[4]) Числ. 16. 48.
[5]) Дан. 14.
[6]) Филип. 3. 7. 8. Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta.... propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.
[7]) Исх. 16. 13 и сл.
[8]) III Цар. 17. 6.

[1]) III Цар. 17. 14. Quotidianos usus грамматически может зависеть лишь от ministraret, а к sufficeret следует дополнить: ad q. u.
[2]) Matth. 17. 1 сл.
[3]) Лук. 6. 20. 21. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.
[4]) Лук. 6. 24. 25. Verum tamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis.
[5]) III Цар. 21. 1 сл.

victorem esse passionis, beatum est, nec frangi temporalis motu doloris.

Pone, accidere haec, quae gravia ad vim doloris feruntur, caecitatem, exilium, famem, stuprum filiae, amissionem liberorum. Quis neget beatum Isaac, qui non videbat in senectute et beatitudines suis benedictionibus conferebat [1])? An non beatus Iacob, qui profugus patria domo, mercenarius pastor exilium sustinuit, filiae pudicitiam ingemuit esse temeratam, famem pertulit? [2]) Non ergo beati, quorum fide Deus accipit testimonium, cum dicitur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob [3])? Misera est servitus, sed non miser Ioseph, imo plane beatus, cum dominae libidines in servitute positus coërceret [4]). Quid de sancto David loquar, qui trium filiorum deploravit obitum et, quod his dirius, incestum filiae [5])? Quomodo non beatus, de cuius successione beatitudinis auctor exortus est, qui plurimos fecit beatos? Beati enim qui non viderunt et crediderunt [6]). Fuerunt et ipsi in sensu infirmitatis, sed evaluerunt de infirmitate fortes. Quid laboriosius autem sancto Iob vel in domus incendio, vel filiorum decem interitu momentaneo, doloribus corporeis [7])? Numquid minus beatus, quam si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est?

Esto tamen, fuisse in illis aliquid acerbitatis, quem virtus animi non abscondit dolorem. Neque enim profundum mare negaverim, quia vadosa sunt littora, neque caelum lucidum, quia interdum obtexitur nubibus, neque terram fecundam, quia aliquibus locis ieiuna glarea est, aut laetas segetes, quia intermixtam solent habere sterilem avenam. Similiter puta, beatae messem conscientiae interpellari aliquo acerbo doloris. Nonne totius manipulis vitae beatae, si quid forte accidit adversi atque amaritudinis, tamquam sterilis avena absconditur, aut tamquam lolii amaritudo frumenti suavitate obducitur? Sed iam ad proposita pergamus.

Cap. 6. Superiore libro ita divisionem fecimus, ut primo loco esset honestum ac decorum [8]), a quo officia ducerentur, secundo loco, quid utile. Et quemadmodum in primo diximus, quia inter honestum et decorum est quaedam distinctio, quae magis intellegi quam explicari possit, sic et cum utile tractamus, considerandum videtur, quid utilius [9]).

Utilitatem autem non pecuniarii lucri aestimatione subducimus sed acquisitione pietatis, sicut apostolus ait: Pietas autem ad omnia

[1]) Быт. 27. 1 сл.
[2]) Быт. 31. 34. 39.
[3]) Быт. 34. 1.
[4]) Быт. 39. 7 сл.
[5]) 2 Цар. 13. 3 и 18. 33.
[6]) Іоан. 20. 29.
[7]) Іовъ 1. 14 сл. 2. 7 сл.
[8]) decorum, τὸ πρέπον.
[9]) Cic. de off. 2. 3.

utilis est, promissionem habens vitae praesentis et futurae [1]). Itaque in scripturis divinis si diligenter quaeramus, saepe invenimus, quod honestum est, utile vocari: Omnia mihi licent, sed non omnia utilia sunt [2]). Supra de vitiis loquebatur. Hoc ergo dicit: Licet peccare, sed non decet. In potestate sunt peccata, sed non sunt honesta. Luxuriari promptum, sed non iustum. Non enim Deo esca, sed ventri colligitur.

Ergo quia quod utile, id etiam iustum; iustum est, ut serviamus Christo, qui nos redemit; ideo iusti, qui pro eius nomine morti se obtulerunt, iniusti, qui declinaverunt, de quibus dicit: Quae utilitas in sanguine meo [3]), id est, qui iustitiae meae profectus? Unde et illi: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis [4]), id est, iniustus, qui nos arguit, condemnat, corripit. Licet hoc possit etiam ad avaritiam hominum impiorum derivari, quae perfidiae vicina est; sicut in Iuda proditore legimus, qui avaritiae studio et pecuniae cupiditate laqueum proditionis incurrit atque incidit.

De hac igitur tractandum est utilitate, quae sit plena honestatis, sicut ipsis verbis definivit apostolus dicens: Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum iniiciam vobis, sed ad id quod honestum est [5]). Liquet igitur, quod honestum est, utile esse, et quod utile, honestum; et quod utile, iustum, et quod iustum, utile. Neque enim mihi ad mercatores lucri cupidine avaros sed ad filios sermo est et sermo de officiis, quae vobis, quos elegi in ministerium Domini, inculcare gestio atque infundere, ut ea, quae mentibus ac moribus vestris usu atque institutione inolita atque impressa sunt, etiam sermone ac disciplina aperiantur.

Itaque de utilitate dicturus, utar illo versiculo prophetico: Declina cor meum in testimonia tua et non in avaritiam [6]), ne utilitatis sonus excitet pecuniae cupiditatem. Denique aliqui habent: Declina cor meum in testimonia tua, et non ad utilitatem, hoc est, illam quaestuum nundinas aucupantem utilitatem, illam usu hominum ad pecuniae studia inflexam ac derivatam. Vulgo enim hoc solum dicunt utile, quod quaestuosum; nos autem de ea tractamus utilitate, quae damnis quaeritur, ut Christum lucremur, cuius quaestus est pietas cum sufficientia [7]). Magnus profecto quaestus, quo pietatem acquirimus, quae apud Deum dives est non caducis facultatibus sed muneribus aeternis, in quibus non tentatio lubrica sed constans et perpetua sit gratia.

[1]) 1 Тим. 4. 8. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae.
[2]) 1 Кор. 6. 12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.
[3]) Псал. 29. 10.
[4]) Іса. 3. 10.
[5]) 1 Кор. 7. 35.
[6]) Псал. 118. 36.
[7]) ср. Филип. 3. 8.

Est igitur utilitas alia corporalis, alia pietatis, sicut divisit apostolus: Corporalis enim exercitatio ad modicum, inquit, utilis est, pietas autem ad omnia utilis est [1]). Quid autem tam honestum, quam integritas? Quid tam decorum, quam immaculatum servare corpus et inviolatum atque intaminatum pudorem? Quid etiam tam decorum, quam ut vidua uxor defuncto coniugi fidem servet? Quid etiam hoc utilius, quo regnum caeleste acquiritur? Sunt enim qui se castraverunt propter regnum caelorum [2]).

Cap. 7. Est igitur non solum familiare contubernium honestatis et utilitatis, sed eadem quoque utilitas, quae honestas. Ideo et ille, qui regnum caelorum volebat omnibus aperire, non quod sibi utile, quaerebat, sed quod omnibus. Unde ordo quidam nobis et gradus faciendus est etiam ab his usitatis et communibus ad ea, quae sunt praecellentia, ut ex pluribus utilitatis colligamus profectum.

Ac primum noverimus, nihil tam utile quam diligi [3]), nihil tam inutile quam non amari; nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, ut omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram ac primum placiditate mentis et animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim et grata est omnibus bonitas nihilque, quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate, tum moderatione praecepti et affabilitate sermonis, verborum honore, patienti quoque sermonum vice modestiaeque adiuvetur gratia, incredibile, quantum procedit ad cumulum dilectionis [4]).

Legimus enim, non solum in privatis, sed etiam in ipsis regibus quantum facilitas blandae affabilitatis profecerit, aut superbia verborumque obfuerit tumor, ut regna ipsa labefactaret et potestatem solveret. Iam si quis consilio, usu, ministerio, officiis popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro universa plebe offerat, non est dubium, quod tantum caritatis a plebe in eum refundatur, ut populus salutem eius et gratiam sibi praeferat.

Quantas Moyses a populo illatas absorbebat contumelias, et cum Dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi divinae plebem subduceret [5]). Quam miti sermone post iniurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delenibat oraculis, fovebat operibus; et cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humili et grata appellatione affari solebat. Merito aestimatus est supra homines, ut et vultum eius non possent intendere [6]) et sepulturam eius non repertam crederent [7]),

[1]) 1 Тим. 4. 8.
[2]) Матѳ. 19. 12.
[3]) Cic. de off. 2. 7.
[4]) Cic. de off. 2. 14.
[5]) Исх. 32. 11 и сл.
[6]) Исх. 34. 29. Intendere = intueri, adspicere, ἀτενίζειν.
[7]) Второз. 34. 6.

quia sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.

Quid eius imitator sanctus David, electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis et blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affectu! Ante regnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus aequabat suam militiam et partiebatur laborem, fortis in praelio, mansuetus in imperio, patiens in convitio, ferre magis promptus quam referre iniurias. Ideo tam carus erat omnibus, ut iuvenis ad regnum etiam invitus peteretur, resistens cogeretur, senex, ne praelio interesset, a suis rogaretur, quod mallent omnes pro ipso periclitari quam illum pro omnibus.

Ita sibi gratis officiis plebem obligaverat, primum, ut in discordiis populi exulare in Hebron mallet [1]), quam in Hierusalem regnare; deinde, ut etiam in hoste positam virtutem diligeret; iustitiam etiam his, qui arma contra se tulerant, aeque ac suis praestandam putaret; denique fortissimum adversae partis propugnatorem Abner ducem et inferentem proelia miratus est, et orantem pacis gratiam non aspernatus, honoravit convivio; interemptum insidiis doluit et flevit, prosecutus exsequias [2]) honestavit, mortem ultus, conscientiae fidem praestitit, quam filio inter hereditaria iura transcripsit [3]), magis sollicitus, ne innocentis mortem inultam relinqueret [4]), quam quo suam mortem doleret.

Non mediocre istud, praesertim in rege, sic obire humilitatis munia, ut communem se exhiberet etiam infimis, alieno periculo cibum non quaerere, potum recusare [5]), peccatum fateri, seque ipsum pro populo offerre morti, ut in se divina indignatio converteretur, cum ferienti angelo offerens se diceret: Ecce sum, ego peccavi et ego pastor malum feci et iste grex quid fecit? Fiat manus tua in me [6]).

Nam quid alia dicam? quod dolum meditantibus os suum non aperiebat et tamquam non audiens nullum sermonem referendum putabat, non respondebat convitiis, cum sibi derogaretur, orabat, cum malediceretur, benedicebat. Ambulans in simplicitate et superborum fugitans, sectator immaculatorum, qui cinerem miscebat alimentis suis, cum peccata propria deploraret, et potum suum temperabat fletibus. Merito sic expetitus est ab universo populo, ut venirent ad eum omnes tribus Israël dicentes: Ecce nos, ossa tua et caro tua sumus; heri et nudiustertius, cum esset Saul et regnaret super nos, tu eras, qui producebas et inducebas Israël. Et dixit tibi

[1]) 2 Цар. 2. 2.
[2]) exsequias prosequi = ire exsequias; здѣсь просто = sepelire.
[3]) = tradidit. См. 2 Цар. 3. 17 сл.
[4]) субъектъ filius, т. е. Соломонъ.
[5]) 2 Цар. 23. 13.
[6]) 1 Цар. 24. 17. Ego sum qui peccavi, ego inique egi; isti, qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me.

Dominus: Tu pasces populum meum [1]). Et quid plura de eo dicam, de quo huiusmodi Dei processit sententia, ut de eo diceret: Inveni David [2]) secundum cor meum? Quis enim in sanctitate cordis et iustitia sicut iste ambulavit, ut impleret voluntatem Dei, propter quem et delinquentibus posteris eius venia data et praerogativa est reservata heredibus [3])?

Quis igitur non diligeret eum, quem videbat ita carum amicis, ut quia ipse sincere amicos diligebat, aeque diligi se a suis amicis arbitraretur? Denique parentes eum filiis suis, filii praeferebant parentibus. Unde graviter indignatus Saul, percutere Ionatham filium hasta voluit, quia pluris apud eum valere David amicitiam iudicabat, quam vel pietatem vel auctoritatem paternam [4]).

Etenim ad incentivum caritatis communis plurimum proficit, si quis vicem amantibus reddat nec minus redamare se probet, quam ipse amatur idque amicitiae fidelis pateat exemplis. Quid enim tam populare, quam gratia? Quid tam insitum naturae, quam ut diligentem diligas? Quid tam inolitum atque impressum affectibus humanis, quam ut eum amare inducas in animum, a quo te amari velis? Merito sapiens dicit: Perde pecuniam propter fratrem et amicum [5]). Et alibi: Amicum salutare non erubescam et a facie illius non me abscondam [6]); siquidem vitae et immortalitatis medicamentum in amico esse Ecclesiasticus sermo testatur [7]) et summum in caritate praesidium nemo dubitaverit, cum apostolus dicat: Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, caritas numquam cadit [8]).

Ideo David non cecidit, quia carus fuit omnibus et diligi a subiectis [9]) quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis servat excubias, nescit diuturnitatis custodiam [10]). Itaque ubi timor decesserit, audacia obrepit, quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet.

Prima ergo ad commendationem nostri est caritas. Bonum est ergo, testimonium habere de plurimorum dilectione [11]). Hinc nascitur fides, ut committere se tuo affectui non vereantur etiam alieni, quem pluribus carum adverterint. Similiter etiam per fidem ad caritatem

[1]) 2 Цар. 5. 1. 2. Et venerunt universae tribus Israël ad David in Hebron dicentes: Ecce nos, os tuum et caro tua sumus. Sed et heri et nudiustertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens et reducens Israël. Dixit autem Dominus ad te: tu pasces populum meum Israël et tu eris dux super Israël.
[2]) Псал. 88. 21. Inveni David servum meum.
[3]) III Цар. 11. 12. 13.
[4]) 1 Цар. 20. 30.
[5]) Прем. Сир. 29. 13.
[6]) Прем. Сир. 22. 31. Amicum salutare non confundar, a facie illius non me abscondam.
[7]) Прем. Сир. 6. 16.
[8]) 1 Кор. 13. 7. 8. Вмѣсто cadit Vulg. excidit.
[9]) = подданные.
[10]) Cic. de off. 2. 7. Diuturnitas = diuturna incolumitas.
[11]) ср. Cic. de off. 2. 8.

ervenitur, ut qui uni aut duobus praestiterit fidem, tamquam influat animos universorum et omnium acquirat gratiam.

Cap. 8. Duo igitur haec ad commendationem nostri plurimum erantur, caritas et fides, et tertium hoc si habeas, quod in te admitione dignum plerique existiment et iure honorandum putent [1]).

Et quia consiliorum usus maxime conciliat homines, ideo [2]) prudentia et iustitia in unoquoque desideratur et ea [3]) exspectantur a uribus, ut in quo ea sint, illi deferatur fides, quod possit utile conlium ac fidele desideranti dare. Quis enim ei se committat, quem on putet plus sapere, quam ipse sapiat, qui quaerit consilium? Nesse est igitur, ut praestantior sit, a quo consilium petitur, quam le est, qui petit. Quid enim consulas hominem, quem non arbitreis posse melius aliquid reperire, quam ipse intellegis?

Quod si eum inveneris, qui vivacitate ingenii, mentis vigore que auctoritate praestet et accedat eo, ut exemplo et usu paraior sit, praesentia solvat pericula, prospiciat futura, denuntiet immientia, argumentum expediat, remedium ferat in tempore, paratus t non solum ad consulendum, sed etiam ad subveniendum: huic ita des habetur, ut dicat, qui consilium petit: Etsi mala mihi evenint per illum, sustineo [4]).

Huiusmodi igitur viro salutem nostram et existimationem committimus, qui sit, ut supra diximus, iustus et prudens. Facit enim stitia, ut nullus sit fraudis metus; facit etiam prudentia, ut nulla it erroris suspicio. Promptius tamen nos iusto viro quam prudenti ommittimus, ut secundum usum vulgi loquar. Ceterum sapientum efinitione, in quo una virtus est, concurrunt ceterae [5]) nec potest ine iustitia esse prudentia. Quod etiam in nostris [6]) invenimus; dicit nim David: Iustus miseretur et fenerat [7]). Quid feneret iustus, alibi icit: Iucundus vir, qui miseretur et fenerat, disponet sermones suos i iudicio [8]).

Ipsum illud nobile Salomonis iudicium nonne sapientiae plenum iustitiae est? Itaque spectemus illud, si ita est [9]). Duae, inquit, ulieres in conspectu regis Salomonis steterunt et dixit una ad eum: udi me, domine. Ego et haec mulier in uno habitantes cubiculo, ite diem tertium partu edito, singulos filios suscepimus et eramus na, arbiter [10]) nullus domi nec ulla alia nobiscum femina, nisi nos

[1]) Cic. de off. 2. 9.
[2]) Cic. ibid.
[3]) sc. consilia.
[4]) Прем. Сир. 22. 31. Vulg. sustinebo.
[5]) Cic. de off. 2. 10.
[6]) sc. libris; разумѣется Св. Писаніе.
[7]) Псал. 36. 21. Iustus autem miseretur et tribuet.
[8]) Псал. 111. 5. Iucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio.
[9]) III Цар. 3. 16 и сл.
[10]) = свидѣтель.

solae; et mortuus est filius eius hac nocte, ut obdormivit super eum et surrexit media nocte et accepit filium meum de sinu meo et collocavit eum in gremio suo et filium suum mortuum posuit in sinu meo. Et surrexi mane, ut lactarem parvulum, et inveni mortuum. Et consideravi illum diluculo et non erat filius meus. Et respondit altera: Non, sed filius meus est, qui vivit; filius autem tuus, qui mortuus est.

Et haec erat contentio, cum utraque filium sibi vindicarent superstitem, defunctum autem suum negarent. Tunc rex iussit adferri machaeram et infantem dividi ac singulas partes dari singulis, dimidiam uni et dimidiam alteri. Exclamat mulier, quae vero erat affectu percita: Nequaquam, domine, infantem dividas, detur potius illi et vivat et non interficias eum. At illa respondit altera: Neque meus neque huius sit infans, dividite eum. Et statuit rex, dari infantem ei mulieri, quae dixerat: Nolite interficere eum, sed date eum illi mulieri, quia mota sunt, inquit, viscera eius in filio suo.

Itaque non immerito aestimatus est intellectus Dei in eo esse, quoniam quae occulta sunt Deo? Quid autem occultius internorum viscerum testimonio, in quae sapientis intellectus velut quidam pietatis descendit arbiter et velut quamdam genitalis alvi vocem eruit; quia maternus patuit affectus, qui eligeret, filium suum vel apud alienam vivere, quam in conspectu matris necari.

Sapientiae igitur fuit, latentes distinguere conscientias, ex occultis eruere veritatem et velut quadam machaera ita spiritus gladio penetrare non solum uteri, sed etiam animae et mentis viscera; iustitiae quoque, ut quae suum necaverat, alienum non tolleret, sed vera mater reciperet suum. Denique etiam scriptura hoc pronuntiavit: Audivit, inquit, omnis Israël hoc iudicium, quod iudicavit rex, et timuerunt a facie regis, eo quod intellectus Dei in eo esset, ut faceret iustitiam [1]). Denique et ipse Salomon ita poposcit sapientiam ut daretur sibi cor prudens audire et iudicare cum iustitia [2]).

Cap. 9. Liquet igitur etiam secundum scripturam divinam, quae antiquior est, sapientiam sine iustitia esse non posse, quia ubi una earum virtutum, ibi utraque est. Daniel [3]) quoque quam sapienter alta interrogatione fraudulentae accusationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum sibi responsio non conveniret? Prudentiae igitur fuit, vocis suae testimonio reos prodere; iustitiae quoque, nocentes supplicio dare, innocentem subducere.

Est ergo individuum sapientiae atque iustitiae contubernium, sed vulgi usu [4]) dividitur una quaedam forma virtutum, ut tempe-

[1]) III Цар. 3. 28. Audivit itaque omnis Israël iudicium quod iudicasset rex et timuerunt regem videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.
[2]) III Цар. 3. 9.
[3]) Дан. 13. 44 сл.
[4]) Cic. de off. 2. 10.

rantia sit in despiciendis voluptatibus, fortitudo spectetur in laboribus et periculis, prudentia in delectu bonorum, sciens commoda et adversa distinguere, iustitia, quae sit bona custos iuris alieni et vindex proprietatis, suum cuique conservans. Sit ergo nobis communis opinionis gratia quadripartita haec facta divisio, ut ab illa subtili disputatione philosophicae sapientiae, quae limandae veritatis causa quasi ex adyto quodam eruitur, retrahentes pedem, forensem usum ac popularem sensum sequamur. Hac igitur divisione servata, revertamur ad propositum.

Cap. 10. Prudentissimo cuique causam nostram committimus et ab eo consilium promptius quam a ceteris poscimus. Praestat tamen fidele iusti [1]) consilium viri et sapientissimi ingenio frequenter praeponderat. Utilia enim vulnera amici quam aliorum oscula [2]). Deinde quia iusti iudicium est, sapientis autem argumentum; in illo censura disceptationis, in hoc calliditas inventionis.

Quod si utrumque connectas, erit magna consiliorum salubritas, quae ab universis spectatur admiratione sapientiae et amore iustitiae, ut omnes quaerant audire sapientiam eius viri, inquo utriusque virtutis copula sit; sicut quaerebant omnes reges terrae videre faciem Salomonis et audire sapientiam eius, ita ut et Saba regina veniret ad eum et tentaret eum in quaestionibus. Et venit et omnia locuta est, quae habebat in corde suo, et audivit omnem sapientiam Salomonis nec ullum verbum praeterivit eam [3]).

Quae sit ista, quam nihil praetereat nec sit aliquid, quod ei non annuntiaverit verus Salomon, cognosce, o homo, ex his, quae audis loquentem: Verus est, inquit, sermo, quem audivi in terra mea de sermonibus tuis et de prudentia tua. et non credidi his, qui dicebant mihi, donec veni et viderunt oculi mei; et nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea, quae annuntiabant mihi. Apposuisti bona super omnia, quae audivi in terra mea. Beatae mulieres tuae et beati pueri tui, qui adsistunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam [4]). Intellege convivium veri Salomonis et quae apponuntur in eo convivio, intellege sapienter et considera, in qua terra congregatio nationum audierit famam sapientiae verae atque iustitiae et quibus eum viderit oculis, contemplantibus utique ea, quae non videntur. Quoniam quae videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna [5]).

[1]) Cic. de off. 2. 9.
[2]) Притч. 27. 6. Utilia = magis utilia, utiliora.
[3]) III Цар. 10. 2. 3.
[4]) III Цар. 10. 6 сл. Verus est sermo quem audivi in terra mea super sermonibus tuis et super sapientia tua et non credebam narrantibus mihi donec ipsa veni et vidi oculis meis et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit; maior est sapientia et opera tua quam rumor quem audivi. Beati viri tui, beati servi tui, qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam.
[5]) 2 Кор. 4. 18.

Quae sunt beatae mulieres nisi illae, de quibus dicitur, quia multae verbum Dei audiunt et pariunt [1]). Et alibi: Quicumque enim verbum Dei fecerit, ipse meus frater et soror et mater est [2]). Qui etiam pueri tui beati, qui adsistunt, nisi Paulus, qui dicebat: Usque in hunc diem sto protestans minori ac maiori [3])? Simeon, qui exspectabat in templo, ut videret consolationem Israël [4])? Quomodo enim dimitti posceret, nisi quia adsistens Domino discedendi habere facultatem non poterat, nisi voluntatem Domini adeptus esset? Exempli causa propositus est nobis Salomon, a quo certatim, ut audiretur eius sapientia, postulabatur.

Ioseph quoque nec in carcere feriatus erat, quominus de rebus incertis consuleretur [5]). Cuius consilium Aegypto universae profuit, ut non sentiret septem annorum sterilitatem aliosque populos miserae famis levaret ieiunio.

Daniel ex captivis regalium consultorum arbiter factus, consiliis suis emendavit praesentia, annuntiavit futura [6]). Ex his enim, quae frequenter interpretatus ostenderat veri se esse annuntium [7]), fides ei in omnibus deferebatur.

Cap. 11. Sed etiam tertius locus de his, qui admiratione digni aestimarentur [8]). Ioseph, Salomonis et Danielis exemplo decursus videtur. Nam quid de Moyse loquar, cuius omnis Israël quotidie consilia praestolabatur [9]), cuius vita fidem sociabat prudentiae admirationemque eius augebat? Quis se non committeret consilio Moysi, cui seniores, si qua supra suum intellectum et virtutem esse arbitrarentur, diiudicanda servabant.

Quis Danielis consilium refugeret, de quo Deus ipse dixit: Quis Daniele sapientior [10])? Aut quomodo homines de eorum dubitare mentibus possent, quibus Deus tantam conferebat gratiam? Moysi consilio bella conficiebantur, Moysi meritis de caelo affluebat alimonia, potus e petra.

Quam purus Danielis animus, ut mulceret barbaros mores, mitigaret leones [11])? Quae in illo temperantia? Quanta animi et corporis continentia? Nec immerito mirabilis factus omnibus, quando—quod vehementer admirantur homines—regalibus fultus amicitiis, aurum non quaerebat nec delatum sibi honorem pluris faciebat quam fidem.

[1]) Лук. 11. 27.
[2]) Матѳ. 12. 50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater et soror et mater est.
[3]) Дѣян. 26. 22. Usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori.
[4]) Лук. 2. 25.
[5]) Быт. 41. 9 сл.
[6]) Дан. 2.
[7]) = nuntium.
[8]) Cic. de off. 2. 10.
[9]) Исх. 18. 13 сл.
[10]) Іезек. 28. 3. Ecce sapientior es tu Daniele.
[11]) Дан. 14. 39.

Quin etiam periclitari malebat pro lege Domini, quam pro gratia hominis inflecti.

Nam de sancti Ioseph, quem paene praeterieram, castimonia et iustitia quid dicam, quarum altera illecebras heriles respuit, refutavit praemia, altera mortem contempsit, metum repulit, carcerem praeoptavit? Quis hunc privatae causae ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus et mens fertilis temporis sterilitatem quodam consiliorum et cordis ubere fecundavit [1])?

Cap. 12. Advertimus igitur, quod in acquirendis consiliis plurimum adiungat vitae probitas, virtutum praerogativa, benevolentiae usus, facilitatis gratia. Quis enim in ceno fontem requirat? Quis e turbida aqua potum petat? Itaque ubi luxuria est, ubi intemperantia, ubi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum existimet? Quis non despiciat morum colluvionem? Quis utilem causae alienae iudicet, quem videt inutilem vitae suae? Quis iterum improbum, malevolum, contumeliosum non fugiat et ad nocendum paratum? Quis non eum omni studio declinet [2])?

Quis vero quamvis instructum ad consilii opem, difficili tamen accessu, ambiat? in quo sit illud, tamquam si quis aquae fontem praecludat. Quid enim prodest habere sapientiam, si consilium neges? Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontem, ut nec aliis influat nec tibi prosit.

Pulchre autem et de illo convenit, qui habens prudentiam commaculat eam vitiorum sordibus, eo quod aquae exitum contaminet. Degeneres animos vita arguit [3]). Quomodo enim eum potes iudicare consilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum eum putabo, qui mihi det consilium, quod non det sibi et mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet, cuius animum voluptates occupent, libido devincat, avaritia subiuget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilii locus, ubi nullus quieti?

Admirandus mihi et suspiciendus consiliarius, quem propitius Dominus patribus dedit, offensus abstulit [4]). Huius imitator debeat esse, qui potest consilium dare et alienam a vitiis custodire prudentiam, quoniam nihil inquinatum in illam incurrit.

Cap. 13. Quis igitur tamquam vultu speciem praeferat pulchritudinis et belluinis posterioribus ac ferinis inguibus formae superioris dehonestet gratiam? cum tam admirabilis et praeclara forma virtutum sit et specialiter pulchritudo sapientiae, sicut series scripturae indicat. Est enim haec speciosior sole et super omnem stellarum

[1]) Быт. 39 и 41.
[2]) Cic. de off. 2. 10.
[3]) сл. Verg. Aen. 4. 13. Degeneres animos timor arguit.
[4]) Намекъ на Ис. 3. 3.

dispositionem luci comparata invenitur prior. Lucem etenim hanc suscipit nox, sapientiam autem non vincit malitia [1]).

Diximus de eius pulchritudine et scripturae testimonio comprobavimus; superest, ut doceamus scripturae auctoritate [2]), nullum ei contubernium cum vitiis esse, sed individuam cum ceteris virtutibus coniunctionem; cuius spiritus est disertus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, qui nihil vetet benefacere, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. Et infra [3]): Sobrietatem docet et iustitiam et virtutem.

Cap. 14. Omnia igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habet consortium. Nam [4]) quomodo potest utile consilium dare, nisi habeat iustitiam, ut induat constantiam, mortem non formidet, nullo terrore, nullo revocetur metu, nulla adulatione a vero deflectendum putet, exilium non refugiat, quae noverit sapienti patriam mundum esse; egestatem non timeat, quae nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus divitiarum est? Quid enim praecelsius illo viro, qui auro moveri nesciat, contemptum habeat pecuniarum et velut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui fecerit, hunc homines supra hominem esse arbitrantur: Quis est, inquit, hic et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua [5]). Quomodo enim non admirandus, qui divitias spernit, quas plerique saluti propriae praetulerunt?

Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiae auctoritas; et maxime eum, qui honore praestet, ne praeeminentem virum thesauri possideant sui et pecuniis serviat, qui praeest liberis. Illud magis decet, ut supra thesaurum sit animo et infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Haec plena laudis et digna primario viro, non communem cum Tyriis negotiatoribus et Galaaditis mercatoribus habere turpis lucri cupidinem nec omne bonum locare in pecunia et tamquam mercenario munere quotidianos numerare quaestus, calculari compendia.

Cap. 15. Quod si ab his sobrium gerere animum laudabile est, quanto illud praestantius [6]), si dilectionem multitudinis liberalitate acquiras neque superflua circa importunos neque restricta circa indigentes?

Plurima autem genera [7]) liberalitatis sunt, non solum quotidiano sumptu egentibus, quo vitam sustinere suam possint, disponere

[1]) Прем. 7. 29. 30. Est enim haec splendidior sole et super omnem dispositionem stellarum. luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.
[2]) Прем. 7. 22. 23.
[3]) Прем. 8. 7.
[4]) Cic. de off. 2. 11.
[5]) Прем. Сир. 31. 9.
[6]) Cic. de off. 2. 9. 15.
[7]) Cic. de off. 2. 18.

ac dispensare alimoniam, verum etiam his, qui publice egere verecundantur, consulere ac subvenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur. De eo enim loquor, qui praeest alicui muneri, ut si officium sacerdotis gerat aut dispensatoris, ut de his suggerat episcopo nec reprimat, si quem positum in necessitate aliqua cognoverit aut deiectum opibus ad inopiae necessitatem redactum, maxime si non effusione adolescentiae sed direptione alicuius et amissione patrimonii in eam reciderit iniuriam, ut sumptum exercere diurnum non queat.

Summa etiam liberalitas, captos redimere, eripere ex hostium manibus, subtrahere neci homines et maxime feminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, cives patriae restituere. Nota sunt haec nimis Illyrici vastitate et Thraciae [1]). Quanti ubique venales erant toto captivi orbe, quos si revoces, unius provinciae numerum explere non possint [2])! Fuerunt tamen, qui et quos ecclesiae redemerunt, in servitutem revocare vellent, ipsa graviores captivitate, qui inviderent alienam misericordiam. Ipsi si in captivitatem venissent, servirent liberi, si venditi fuissent, servitutis ministerium non recusarent; et volunt alienam libertatem rescindere, qui suam servitutem non possent rescindere, nisi forte pretium recipere emptori placeret [3]); in quo tamen non rescinditur servitus, sed redimitur.

Praecipua est igitur liberalitas, redimere captivos [4]) et maxime ab hoste barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod avaritia reservaverit ad redemptionem; aes alienum subire, si debitor solvendo non sit atque arctetur ad solutionem, quae sit iure debita et inopia destituta; enutrire parvulos, pupillos tueri.

Sunt etiam, qui virgines orbatas parentibus tuendae pudicitiae gratia connubio locent nec solum studio, sed etiam sumptu adiuvent. Est etiam genus illud liberalitatis, quod apostolus docet: Ut si quis fidelis habet viduas, subministret illis, ut earum alimoniis ecclesia non gravetur, ut his quae vere viduae sunt sufficiat [5]).

Utilis igitur huiusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam viri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui usum, sed non idonei ad subsidium levandae paupertatis alienae; tamen suppetit aliud beneficentiae genus, quo

[1]) Иллирикъ (Illyricum), мѣстности на В. побережьѣ Адріатическаго моря. Когда было опустошеніе Иллирика и Ѳракіи, на которое намекается здѣсь, сказать съ точностью нельзя. Можетъ быть здѣсь разумѣется нашествіе варваровъ на эти провинціи, случившееся послѣ смерти Валента.
[2]) т. е. non unius provinciae, sed plurium, numerum explere possint.
[3]) emptor есть тотъ, кто купилъ раба отъ полонившихъ его варваровъ и отъ кого въ свою очередь покупаетъ его церковь, для того, чтобы потомъ отпустить на волю.
[4]) Cic. de off. 2. 16.
[5]) 1 Тим. 5. 16. Si quis fidelis habeat viduas, subministret illis, et non gravetur ecclesia, ut iis quae vere viduae sunt sufficiat.

iuvare possint inferiorem. Est enim duplex [1]) liberalitas, una, quae subsidio rei adiuvat, id est, usu pecuniae; altera, quae operum collatione impenditur, multo frequenter splendidior multoque clarior.

Quanto illustrius Abraham captum armis victricibus recepit nepotem, quam si redemisset? Quanto utilius regem Pharaonem sanctus Ioseph consilio providentiae iuvit, quam si contulisset pecuniam? Pecunia enim unius civitatis non redemit ubertatem, prospicientia totius Aegypti per quinquennium famem repulit.

Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Haec usu augentur; pecunia minuitur et cito deficit atque ipsam destituit benignitatem, ut quo pluribus largiri volueris, eo pauciores adiuves et saepe tibi desit, quod aliis conferendum putaveris. Consilii autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eo redundantior manet et in suum fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudentiae et quo pluribus fluxerit, eo exercitius fit omne, quod remanet.

Cap. 16. Liquet igitur [2]), debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas. Sobrietas tenenda est, maxime sacerdotibus, ut non pro iactantia sed pro iustitia dispensent. Nusquam enim maior aviditas petitionis. Veniunt validi, veniunt nullam causam nisi vagandi habentes et volunt subsidia evacuare pauperum, exinanire sumptum; nec exiguo contenti, maiora quaerunt, ambitu vestium captantes petitionis suffragium et natalium simulatione licitantes incrementa quaestuum. His si quis facile deferat fidem, cito exhaurit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus largiendi adsit, ut nec illi inanes recedant neque transscribatur [3]) vita pauperum in spolia fraudulentorum. Ea ergo mensura sit, ut neque humanitas deseratur nec destituatur necessitas.

Plerique simulant debita. Sit veri examen. Exutos se per latrocinia deplorant; aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personae, quo propensius iuventur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaque qui modum servat, avarus nulli, sed largus omnibus est; non enim solas aures praebere debemus audiendis precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori [4]) bono debilitas, quam vox paupetas vociferantium, sed non semper impudentiae locus sit. Videndus est ille, qui te non videt, requirendus ille, qui erubescit videri. Ille etiam clausus in carcere occurrat tibi, ille affectus aegritudine mentem tuam personet, qui aures non potest.

---

[1]) Cic. de off. 2. 15.
[2]) Cic. de off. 2. 15. 55.
[3]) transscribo—переписывать чей нибудь долгъ на другое имя.
[4]) помогающій, дающій милостыню; сл. operari.

Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse, quoniam quicumque bonum operarium videt, ipsi confert, quod ille suo officio dispenset, securus quod ad pauperem sua perveniat misericordia; nemo enim vult nisi pauperi proficere suam collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem viderit, utrumque despiciet, si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiam calcar plerumque adhibendum videtur; modus ideo [1]), ut quod benefacis, id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati, quod indulseris effusioni; calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in divitis sacculo. Cave, ne intra loculos tuos includas salutem inopum et tamquam in tumulis sepelias vitam pauperum.

Potuit donare Ioseph totas [2]) Aegypti opes et effundere thesauros regios; noluit tamen de alieno effusus videri. maluit frumenta vendere quam donare esurientibus, quia si paucis donasset, plurimis defuisset. Eam liberalitatem probavit, quo abundaret omnibus. Patefecit horrea, ut omnes emerent subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerent, quoniam, qui alieno utitur, suum neglegit [3]).

Itaque primum omnium coacervavit pecunias, deinde instrumenta cetera, ad postremum iura terrarum regi acquisivit [4]), non ut omnes exueret suo, sed fulciret; publicum tributum constitueret, quo sua tutius habere possent. Quod ita fuit gratum omnibus, quibus terras ademerat, ut non venditionem sui iuris sed redemptionem salutis putarent. Denique dixerunt: Sanasti nos, invenimus gratiam in conspectu Domini nostri [5]). Nam et de proprietate nihil amiserant, qui ius receperant, et de utilitate nihil perdiderant, qui acquisierant perpetuitatem [6]).

O virum magnum [7]), qui non largitatis superfluae temporalem captavit gloriam, sed perpetuam commoditatem constituit providentiae! Fecit enim, ut tributis populi se iuvarent suis nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarent. Melius enim fuit conferre aliquid de fructibus, quam totum de iure amittere. Quintam portionem collationis statuit et in providendo perspicacior et in tributo liberalior. Denique numquam postea Aegyptus huiusmodi famem pertulit.

---

[1]) Cic. de offic. 2. 15. 54.
[2]) = omnes.
[3]) Быт. 41.
[4]) Быт. 47. 14 и сл.
[5]) Быт. 47. 25. Salus nostra in manu tua est; respiciat nos tantum dominus noster.
[6]) = perpetuam commoditatem.
[7]) Cic. de offic. 2. 23. 83.

Quam praeclare autem collegit futura! Primum, quam argute regalis interpres somnii veritatem expressit! Somnium regis primum hoc fuit [1]). Septem iuvencae ascendebant de flumine, visu decorae et pingues corpore, et ad oram pascebantur fluminis. Aliae quoque vitulae visu deformes ac ieiunae corpore post illas iuvencas ascendebant de flumine et iuxta eas in ipso riparum toro [2]) pascebantur; et visae sunt hae vitulae tenues atque exiles devorare illas, quae praestabant et forma et gratia. Et somnium secundum hoc fuit: Septem spicae pingues, electae et bonae de terra surgebant et post eas septem spicae exiles et vento corruptae ac marcidae se subiicere [3]) moliebantur; et visum est, quod laetas et uberes spicas steriles spicae et tenues devoraverunt.

Hoc somnium ita aperuit sanctus Ioseph: eo quod septem iuvencae septem anni forent et septem spicae similiter septem anni forent, ex fetu et fructu interpretatus tempora. Fetus enim iuvencae annum exprimit et fructus segetis annum consummăt integrum. Quae ideo ascendebant de flumine, quod dies, anni ac tempora fluminum praetereunt modo et cursim labuntur. Annos itaque septem priores uberis terrae fertiles ac fecundos declarat futuros; posteriores autem alios septem annos steriles atque infecundos, quorum sterilitas absumptura foret ubertatem superiorum. Qua gratia [4]) prospiciendum admonuit, ut uberioribus annis congregaretur subsidium frumentarium, quod sustentare posset inopiam futurae infecunditatis.

Quid primum mirer? Ingenium, quo in ipsum veritatis descendit cubile, an consilium, quo tam gravi atque diuturnae prospexit necessitati, an vigilantiam atque iustitiam? Quarum altera, imposito sibi tanto munere, congregavit tam multiplices commeatus alteraque aequalitatem per omnes servavit. Nam de magnanimitate quid loquar, quod venditus a fratribus in servitutem non retulit iniuriam, sed famem depulit? Quid de suavitate, qua dilecti fratris praesentiam pia fraude quaesivit, quem, simulato per elegantiam [5]) furto, reum statuit rapinae, ut obsidem teneret gratiae [6])?

Unde merito ei a parte dicitur: Filius ampliatus meus Ioseph, filius ampliatus meus, zelotes [7]) filius meus adolescentior... Adiuvit te Deus meus et benedixit te benedictione caeli a summo et benedictione terrae, terrae habentis omnia, propter benedictiones patris tui et matris. Praevaluit super benedictiones montium manentium

[1]) Быт. 41 и сл.
[2]) = мѣсто для отдохновенія.
[3]) = подняться.
[4]) = qua causa, qua re.
[5]) = хитроумно.
[6]) Быт. 44.
[7]) zelotes, въ знач. ревнителя, Вульгата употребляетъ только про Бога (Исх. 20. 5 и 34. 14).

et desideria collium aeternorum [1]). Et in Deuteronomio [2]): Qui visus es, inquit, in rubo, ut venias super caput Ioseph et super verticem ipsius. Honorificus inter fratres, primitivus [3]) tauri decus eius, cornua unicornui cornua ipsius. In ipsius cornu gentes ventilabit simul usque ad extremum terrae. Ipsi decem milia Ephraem et ipsi milia Manasses.

Cap. 17. Talis itaque debet esse, qui consilium alteri det, ut se ipsum formam [4]) aliis praebeat ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, ut sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium utile, vita honesta, sententia decora.

Talis erat Paulus, qui consilium dabat virginibus, magisterium sacerdotibus, ut primum se ipsum formam nobis praeberet ad imitandum. Ideo et humiliari sciebat, sicut scivit et Ioseph, qui summo ortus patriarcharum genere, non dedignatus degenerem [5]) servitutem, exhibebat [6]) eam obsequiis, illustrabat virtutibus. Scivit humiliari, qui et venditorem et emptorem passus est et dominum appellabat eum. Audi humiliantem se: Si dominus meus propter me nihil scit in domo sua et omnia, quaecumque habet, dedit in manus meas neque subtractum est a me quicquam praeter te, quia uxor illius es: quomodo faciam verbum malum hoc et peccabo coram Domino [7])? Plena vox humilitatis, plena castimoniae: humilitatis, quia Domino deferebat; honorificentiae, quia referebat gratiam; plena quoque castimoniae, quia turpi flagitio contaminari grave peccatum putabat.

Talis igitur debet esse consiliarius, qui nihil nebulosum [8]) habeat, nihil fallax, nihil simulatum, quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum ac malevolum, quod avertat consulentes. Alia sunt enim, quae fugiuntur, alia, quae contemnuntur [9]). Fugimus ea, quae possunt nocere, quae malitiose possunt in noxam serpere, ut si is, qui consulitur, dubia sit fide et pecuniae avidus, ut possit pretio mutari; si iniuriosus, hic fugitur ac declinatur. Qui vero voluptua-

[1]) Быт. 49. 22. 25. 29. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens et decorus aspectu... Deus patris tui erit adiutor tuus et omnipotens benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvae. Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium aeternorum.
[2]) Второз. 33. 16. 17. Benedictio illius qui apparuit in rubo (= купина) veniat super caput Ioseph et super verticem nazaraei inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius; in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terrae: hae sunt multitudines Ephraim et haec milia Manasse.
[3]) primitivus разсматривается какъ сущ.; констр. decus eius (est tale, qualis est) primitivus tauri.
[4]) = образецъ, примѣръ.
[5]) не соотвѣтствовавшую его рожденію.
[6]) fungebatur ea.
[7]) Быт. 39. 8. 9. Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, praeter te, quae uxor eius es; quomodo ergo possum hoc malum facere et peccare in Deum meum?
[8]) = прикрывающее его истинныя намѣренія.
[9]) Cic. de off. 2. 10. 36.

rius, intemperans, etsi alienus a fraude, tamen avarus et cupidior lucri turpis, hic contemnitur. Quod enim specimen industriae, quem fructum laboris edere potest, quam recipere animo curam ac sollicitudinem, qui se torpori dederit atque ignaviae?

Ideo boni vir consilii dicit: Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse [1]). Sciebat enim omnium malorum radicem esse avaritiam [2]) et ideo suo contentus erat, alienum non requirebat. Satis mihi est, inquit, quod habeo; sive parum sive plurimum habeam, mihi plurimum est. Expressius aliquid dicendum videtur. Signato [3]) verbo usus est: Sufficit mihi, inquit, in quo sum, id est nec deest nec superfluit. Non deest, quia nihil quaero amplius; non superfluit, quia non solum mihi habeo sed pluribus. Hoc de pecunia.

Ceterum de omnibus dici potest, quia sufficiebant illi praesentia, hoc est, non honorem maiorem, non obsequia uberiora desiderabat, non gloriae immodicae cupidus, aut gratiam indebite [4]) quaerebat, sed debiti finem certaminis, patiens laboris, securus meriti praestolabatur: Scio, inquit, et humiliari [5]). Non ergo indocta humilitas, sed quae habeat sui modestiam et scientiam, laudi datur. Est enim humilitas formidinis, est imperitiae atque ignorantiae; et ideo scriptura ait: Et humiles spiritu salvabit [6]). Praeclare ergo dixit: Scio et humiliari, id est, quo in loco, qua moderatione, quo fine, in quo officio, in quo munere. Nescivit pharisaeus humiliari, ideo deiectus est; scivit publicanus, ideo iustificatus est [7]).

Sciebat et abundare Paulus, quia animum habebat divitem, etsi thesaurum divitis non habebat. Sciebat abundare, qui non quaerebat datum in pecunia, sed requirebat fructum in gratia. Possumus et sic intellegere, quia sciebat abundare, qui poterat dicere: Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est [8]).

In omnibus erat imbutus, et saturari et esurire. Beatus, qui sciebat saturari in Christo. Non ergo illa corporalis sed spiritalis est satietas, quam operatur scientia. Et merito scientia opus est, quia non in pane solo vivit homo sed in omni verbo Dei [9]). Ergo qui sic sciebat saturari et sic esurire sciebat, ut semper nova quaereret, esuriret Deum, sitiret in Dominum. Sciebat esurire, qui sciebat, quia esurientes manducabunt [10]); sciebat et poterat abundare, qui nihil habebat et possidebat omnia [11]).

[1]) Филип. 4. 11. sufficiens = contentus.
[2]) 1 Тим. 6. 10.
[3]) = опредѣленный.
[4]) = не заслуживши ея.
[5]) Филип. 4. 12.
[6]) Псал. 33. 19.
[7]) Лук. 18. 10 и сл.
[8]) 2 Кор. 6. 11.
[9]) Второз. 8. 3.
[10]) Матѳ. 5. 6.
[11]) 2 Кор. 6. 10.

Cap. 18. Egregie itaque viros alicui praesidentes muneri commendat iustitia [1]), contra iniquitas destituit atque impugnat. Exemplo nobis est scriptura, quae dicit, cum populus Israël post mortem Salomonis rogasset filium eius Roboam, ut relevaret cervices eorum a servitute dura et paterni imperii temperaret austeritatem, illum spreto senili consilio de suggestione [2]) adolescentium responsum dedisse huiusmodi, quia et onus adiiceret super patrium iugum et leviora gravioribus suppliciis mutaret [3]).

Quo responso exasperati responderunt populi: Non est nobis portio cum David neque hereditas in filiis Iesse. Revertere unusquisque in tabernacula tua, Israël, quoniam hic homo neque in principem [4]), neque in ducem erit nobis [5]). Itaque desertus a populo ac destitutus, vix duarum tribuum propter David meritum habere potuit societatem.

Cap. 19. Claret ergo, quoniam et aequitas imperia confirmet et iniustitia dissolvat. Nam quomodo potest malitia regnum possidere, quae ne unam quidem privatam potest regere familiam? Summa igitur benignitate opus est, ut non solum publica gubernacula, sed etiam privata iura tueamur. Plurimum iuvat benevolentia, quae omnes studet beneficiis amplecti, devincire officiis, oppignerare gratia.

Affabilitatem quoque sermonis diximus ad conciliandam gratiam valere plurimum. Sed hanc volumus esse sinceram ac sobriam, sine ulla adulatione, ne simplicitatem ac puritatem alloquii dedeceat [6]) sermonis adulatio; forma enim esse debemus ceteris non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate ac fide. Quales haberi volumus, tales simus [7]), et qualem affectum habemus, talem aperiamus. Neque dicamus in corde nostro verbum iniquum, quod abscondi putemus silentio, quia audit in occulto dicta, qui occulta fecit, et cognoscit secreta viscerum, qui sensum visceribus infudit. Ergo tamquam sub oculis constituti iudicis, quicquid gerimus, in luce positum putemus, ut omnibus manifestetur.

Cap. 20. Plurimum itaque prodest unicuique bonis iungi. Adolescentibus quoque utile [8]), ut claros et sapientes viros sequantur, quoniam, qui congreditur sapientibus, sapiens est, qui autem cohaeret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad instructionem itaque plurimum proficit et ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes, eorum se imitatores esse, quibus adhaerent; et ea conva-

[1]) Cic. de off. 2. 22. 77.
[2]) = по совѣту.
[3]) III Цар. 12. 1 и сл.
[4]) = princeps.
[5]) III Цар. 12. 16. Quae nobis pars in David? vel quae hereditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israël, nunc vide domum tuam David.
[6]) = dedecoret.
[7]) Cic. de off. 2. 12. 43.
[8]) Cic. de off. 2. 13. 46.

lescit opinio, quod ab his vivendi acceperint similitudinem, cum quibus conversandi hauserint cupiditatem.

Inde tantus Iesus Nave, quod eum non solum erudivit ad legis scientiam Moysi copula [1]), verum etiam sanctificavit ad gratiam. Denique cum in eius tabernaculo divina refulgere praesentia videretur maiestas Domini, solus erat in tabernaculo Iesus Nave. Moyses cum Deo loquebatur, Iesus pariter nube sacra tegebatur [2]). Presbyteri et populus deorsum stabant, Iesus cum Moyse ad accipiendam legem ascendebat. Omnis populus intra castra erat, Iesus extra castra in tabernaculo testimonii. Cum columna nubis descenderet et loqueretur cum Moyse, quasi fidus adstabat minister nec exibat de tabernaculo iuvenis, cum seniores longe positi [3]) divina trepidarent miracula.

Ubique igitur inter admiranda opera et reverenda secreta sancto Moysi individuus adhaerebat. Unde factum est, ut qui fuerat socius conversationis, fieret successor potestatis [4]). Merito vir huiusmodi evasit, ut sisteret fluminum cursus [5]), diceret: Stet sol, et staret sol, quasi eius spectator victoriae noctem differret, diem produceret [6]); quid?—quod Moysi negatum est—solus eligeretur, ut populum introduceret in terram repromissionis [7]). Magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis. Illius augustiora opera, huius prosperiora. Uterque igitur divina subnixus gratia ultra humanam processit conditionem: ille mari, hic caelo imperavit [8]).

Pulchra itaque copula seniorum atque adolescentium. Alii testimonio, alii solatio sunt; alii magisterio, alii delectationi. Omitto, quod Abrahae adhaesit Lot adolescentulus etiam proficiscenti [9]), ne forte hoc propinquitatis magis fuisse existimetur et necessariae potius quam voluntariae adiunctionis. Quid Eliam atque Elisaeum loquamur [10])? Licet non expresse Elisaeum iuvenem scriptura significaverit, advertimus tamen et colligimus, iuniorem fuisse. In actibus apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam, Paulus Timotheum, Paulus Titum.

Sed illis superioribus videmus divisa officia, ut seniores consilio praevalerent, iuniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares, dispares aetatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus et Iohannes. Nam adolescentem legimus in evangelio Iohannem et sua voce, licet meritis et sapientia nulli fuerit seniorum secundus;

[1]) = соединеніе, союзъ.
[2]) Исх. 24. 12 сл. Срв. 33. 8 сл.
[3]) = stantes.
[4]) Второз. 34. 9.
[5]) Іис. Нав. 3. 15 сл.
[6]) Іис. Нав. 10. 12. 13.
[7]) = обѣтованіе.
[8]) Исх. 14. 21. Іис. Нав. 10. 12. 13.
[9]) Быт. 12.
[10]) III Цар. 19. 21.

erat enim in eo senectus venerabilis morum et cana prudentia. Vita enim immaculata bonae senectutis stipendium est.

Cap. 21. Adiuvat hoc quoque ad profectum bonae existimationis, si de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum sine perturbatione fieri potest, ne videamur iactantiae magis causa facere quam misericordiae et graviora inferre vulnera, dum levioribus mederi desideramus. Iam si oppressum opibus potentis [1]) et factione magis quam sceleris sui pretio gravatum liberaveris, egregiae convalescit opinionis testimonium.

Commendat plerosque etiam hospitalitas [2]). Est enim publica species humanitatis, ut peregrinus hospitio non egeat, suscipiatur officiose, pateat advenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinos cum honore suscipi, non deesse mensae hospitalitatis gratiam, occurrere officiis liberalitatis, explorare adventus hospitum.

Quod Abrahae laudi est datum [3]), qui ante ianuam suam speculabatur, ne forte praeteriret peregrinus aliquis, et diligenter praetendebat excubias [4]), ut occurreret, ut praeveniret, ut rogaret, ut transiret hospes, dicens: Domine, si inveni gratiam ante te, ne praeterieris puerum tuum [5]). Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis recepit.

Lot quoque nepos eius, non solum genere, sed etiam virtute proximus, propter hospitalitatis affectum Sodomitana a se suisque supplicia detorsit [6]).

Decet igitur hospitalem esse, benignum, iustum, non alieni cupidum, imo et de suo iure cedentem potius aliqua, si fuerit lacessitus, quam aliena iura pulsantem [7]), fugitantem litium, abhorrentem a iurgiis, redimentem concordiam et tranquillitatis gratiam. Siquidem de suo iure virum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerumque etiam commoditatis est. Primum dispendio litis carere non mediocre est lucrum; deinde accedit ad fructum, quod augetur amicitia, ex qua oriuntur plurimae commoditates, quae contemnenti aliqua in tempore postea fructuosae erunt.

In officiis autem hospitalibus omnibus quidem humanitas impartienda est, iustis [8]) autem uberior deferenda honorificentia; quicumque enim iustum receperit in nomine iusti, mercedem iusti accipiet [9]),

[1]) Cic. de off. 2. 14. 51.
[2]) Cic. de off. 2. 18. 64.
[3]) Быт. 18. 1 сл.
[4]) можно понимать про слугъ, которыхъ онъ разставляетъ передъ домомъ для того, чтобы они не пропускали безъ приглашенія ни одного странника.
[5]) Быт. 18. 3. Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.
[6]) Быт. 19. 1 сл.
[7]) = нарушать.
[8]) Cic. de off. 2. 20.
[9]) Матѳ. 10. 41.

ut Dominus pronuntiavit. Tanta autem est apud Deum hospitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquae frigidae a praemiis remunerationis immunis sit. Vides, quia Abraham Deum recepit hospitio, dum hospites quaerit. Vides, quia Lot angelos recepit [1]). Unde scis, ne et tu cum suscipis hominem, suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus, quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: In carcere eram et venistis ad me, nudus eram et operuistis me [2]).

Suave est igitur, non pecuniae sed gratiae studere. Verum [3]) hoc malum iamdudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori sit et animi hominum divitiarum admiratione capiantur. Inde se immersit avaritia veluti quaedam bonorum ariditas officiorum, ut homines damnum putent, quicquid praeter morem impenditur. Sed etiam in hoc adversus avaritiam, ne quod adferre possit impedimentum, prospexit scriptura venerabilis, dicens: Quia melior est hospitalitas cum oleribus [4]), et infra: Melior est panis in suavitate cum pace [5]). Non enim prodigos nos docet esse scriptura sed liberales.

Largitatis enim duo sunt genera: unum liberalitatis, alterum prodigae effusionis [6]). Liberale est, hospitio recipere, nudum vestire, redimere captivos, non habentes sumptu iuvare; prodigum est, sumptuosis effluescere conviviis et vino plurimo; unde legisti: Prodigum est vinum et contumeliosa ebrietas [7]). Prodigum est, popularis favoris gratia exinanire proprias opes, quod faciunt, qui ludis circensibus vel etiam theatralibus et muneribus gladiatoriis vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum [8]), ut vincant superiorum celebritates; cum totum illud sit inane, quod agunt, quandoquidem etiam bonorum operum sumptibus immoderatum esse non deceat.

Pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere, ut abundes pluribus; non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promitur, hoc est decorum; non superfluas aedificationes aggredi nec praetermittere necessarias.

Et maxime sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat; impensas misericordiae convenientes frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non superflua sed competentia, non redundantia sed congrua humanitati, ne sumptu pauperum alienam sibi quaerat gratiam nec restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se praebeat. Alterum

[1]) Быт. 19. 3.
[2]) Матѳ. 25. 36. Nudus et cooperuistis me, infirmus et visitastis me, in carcere eram et venistis ad me.
[3]) Cic. de off. 2. 20. 69 u 71.
[4]) Притч. 15. 17. Melius est vocari ad olera cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum odio.
[5]) Притч. 17. 1. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio.
[6]) Cic. de off. 2. 16.
[7]) Притч. 20. 1. Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas.
[8]) См. прим. къ Лактанцію 6. 11.

enim inhumanum, alterum prodigum, si aut sumptus desit necessitati eorum, quos a sordidis negotiationis aucupiis [1]) retrahere debeas, aut voluptati superfluat.

Cap. 22. Quin etiam verborum ipsorum et praeceptorum esse mensuram convenit, ne aut nimia remissio videatur aut nimia severitas. Plerique enim remissiores malunt esse, ut videantur boni esse; sed nihil simulatum et fictum verae virtutis esse certum est, quin etiam diuturnum esse non solet. In principio vernat, in processu tamquam flosculus dissipatur et solvitur; quod autem verum ac sincerum, alta radice fundatur [2]).

Et ut exemplis assertiones nostras probemus, quoniam quae simulata sunt, diuturna esse non possunt, sed tamquam ad tempus virentia cito decidunt, ex ea familia, ex qua nobis plurima ad virtutis profectum exempla arcessivimus, unum simulationis et fraudis proferamus testimonium.

Abessalon erat David regis filius, decore insignis, egregius forma, praestans iuventa, ita ut vir talis in Israël non reperiretur, a vestigio pedis usque ad verticem immaculatus. Is fecit sibi currus et equos et viros quinquaginta, qui praecurrerent ante eum. Surgebat diluculo et stabat ante portam in via et si quem advertisset regis iudicia quaerentem, accedebat ad eum, dicens: Ex qua civitate es tu? Respondebat ille: Ex una tribu sum de tribubus Israël, servus tuus. Referebat Abessalon: Verba tua bona sunt et directa; et qui te audiat, non est tibi datus a rege? Quis constituet me iudicem? et quisquis ad me veniet, cuicumque fuerit iudicium necessarium, iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum [3]), extendens manus suas apprehendebat atque osculabatur eos. Sic convertit in se corda omnium, dum blanditiae huiusmodi intimorum tangunt viscerum sensum [4]).

Sed delicati isti et ambitiosi elegerunt honorabilia et grata ad tempus et iucunda; ubi parva processit dilatio, quam prudens omnium propheta paulisper cedendo interponendam putavit, non potuerunt tolerare ac sustinere. Denique non dubitans de victoria David commendabat filium dimicaturis, ut ei parcerent [5]). Ideoque nec praelio interesse maluit, ne vel referre [6]) arma, parricidae licet, videretur, sed tamen filio.

Liquet igitur ea esse perpetua ac solida, quae vera sunt et quae sincere potius quam dolo congregantur; ea vero, quae simulatione atque assentatione parata sunt, non posse diu perseverare.

[1]) = исканіе барыша.
[2]) Cic. de off. 2. 12. 43.
[3]) кланяться, какъ царственному лицу, приближая руку къ устамъ. Обычай древне-Римскій, перенесенный здѣсь на Еврейскіе нравы.
[4]) 2 Цар. 15. 2 сл.
[5]) 2 Цар. 18. 5.
[6]) = inferre.

Cap. 23. Quis igitur vel illos, qui pecunia [1]) ad oboedientiam redimuntur, vel eos, qui assentatione invitantur, fidos sibi arbitretur? Nam et illi frequenter se vendere volunt et isti imperia dura ferre non possunt. Levi assentatiuncula facile capiuntur; si perstrinxeris verbo, immurmurant, deserunt, infesti abeunt, indignantes relinquunt; imperare malunt quam oboedire; quasi obnoxios beneficio, subiectos sibi debere esse existimant, quos praepositos sibi habere debeant.

Quis igitur sibi fideles putet, quos vel pecunia vel adulatione sibi obligandos crediderit? Nam et ille, qui pecuniam acceperit, vilem se et despectum iudicat, nisi saepe redimatur. Itaque frequenter exspectat pretium suum et ille, qui obsecratione ambitus videtur, vult semper se rogari.

Cap. 24. Ergo bonis actibus et sincero proposito [2]) nitendum ad honorem arbitror et maxime ecclesiasticum, ut neque resupina [3]) arrogantia vel remissa neglegentia sit neque turpis affectatio et indecora ambitio. Ad omnia abundat animi directa simplicitas satisque se ipsa commendat.

In ipso vero munere neque severitatem esse duram convenit nec nimiam remissionem, ne aut potestatem exercere aut susceptum officium nequamquam implere videamur.

Enitendum quoque, ut beneficiis atque officiis [4]) obligemus plurimos et collatam reservemus gratiam, ne iure beneficii fiant immemores, qui se graviter laesos dolent. Saepe enim usu venit, ut quos gratia foveris vel aliquo superiore cumulaveris gradu, avertas, si indigne aliquem eis praeponendum iudices. Sed et sacerdotem [5]) beneficiis suis vel iudiciis favere [6]) convenit, ut aequitatem custodiat, et presbytero vel ministro [7]) deferre ut parenti.

Neque hos, quia semel probati sunt, arrogantes esse oportet, sed magis tamquam memores gratiae humilitatem tenere neque offendi sacerdotem, si aut presbyter aut minister aut quisquam de clero aut misericordia aut ieiunio aut integritate aut doctrina et lectione existimationem accumulet suam. Gratia enim ecclesiae laus doctoris est. Bonum, opus alicuius praedicari, ita tamen, si nullo studio fiat iactantiae. Laudent enim unumquemque proximorum labia et non os suum et commendent opera, non studia sua.

Ceterum si quis non oboediat episcopo, extollere atque exaltare sese desideret, obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinae aut humilitatis aut misericordiae, is a vero devius superbit,

[1]) Cic. de off. 2. 6. 21; 15. 53.
[2]) образъ дѣйствій, жизни.
[3]) отъ обыкновенной позы надменнаго человѣка.
[4]) = услуга.
[5]) = епископъ.
[6]) = обращать должное вниманіе.
[7]) = клирикъ вообще; ниже = diaconus.

quoniam veritatis ea est regula, ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat, neque si quid boni habeas, id ad deformationem [1]) alterius et vituperationem exerceas.

Ne defendas improbum et sancta indigno committenda arbitreris neque iterum urgeas et impugnes, cuius crimen non deprehenderis. Nam cum in omnibus iniustitia cito offendat, tum maxime in ecclesia, ubi aequitatem esse oportet, ubi aequalitatem haberi decet, ut nihil sibi potentior plus vindicet, nihil plus usurpet ditior. Sive enim pauper sive dives, in Christo unum sunt. Nihil sanctior plus sibi arroget; ipsum enim par est esse humiliorem.

Sed nec personam alterius accipiamus in iudicio; gratia absit, causae merita [2]) decernant. Nihil sic opinionem, imo fidem gravat, quam si in iudicando potentiori dones causam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, divitem excuses reum culpae. Pronum quidem est genus hominum favere honoratioribus, ne laesos sese putent, ne victi doleant. Sed primum si offensam vereris, non recipias iudicium; si sacerdos es aut si quisquam alius, non lacessas. Licet tibi silere in negotio dumtaxat pecuniario, quamquam sit constantiae adesse aequitati. In causa autem Dei, ubi communionis [3]) periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leve.

Cap. 25. Quid autem et tibi prodest favere diviti? An quia citius amantem remuneratur [4])? His enim favemus frequentius, a quibus referendae vicem speramus gratiae. Sed eo magis infirmo et inopi nos studere convenit, quia pro eo, qui non habet, remunerationem speramus a Domino Iesu, qui sub specie convivii [5]) generalem virtutum edidit formam, ut his potius nostra conferamus beneficia, qui nobis ea non possunt repraesentare, docens ad convivium atque epulas non eos, qui divites sunt, sed pauperes invitandos. Divites enim rogari videntur, ut ipsi quoque nobis reddant convivium; pauperes, quia non habent, quod restituant, cum acceperint, remuneratorem nobis faciunt Dominum, qui se pro paupere obligandum obtulit.

Ad ipsum quoque seculi usum collatio beneficii, facta in pauperes magis quam in locupletes, plus iuvat, quia dives dedignatur beneficium et pudet eum, debitorem esse gratiae. Quin etiam id, quod collatum est sibi, meritis suis arrogat, quod velut debitum acceperit, vel ideo datum sit, quod is, qui dedit, reddendum sibi a divite uberius existimaverit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint divites, dedisse se magis quam accepisse existimant; pauper vero, etsi non habet, unde reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certum est, quod plus reddat, quam acceperit; pecunia enim

[1]) униженіе.
[2]) = существо дѣла.
[3]) = сообщество въ грѣхѣ.
[4]) Cic. de off. 2. 20. 69.
[5]) Лук. 14. 12. 13.

nummo solvitur, gratia numquam exinanitur; reddendo vacuatur pecunia, gratia autem et habendo solvitur et solvendo retinetur. Deinde quod dives refugit, pauper fatetur, quod sit obligatus debito sibique subventum, non honori suo delatum putat; donatos sibi arbitratur filios, vitam redditam, servatam familiam. Quanto igitur melius, apud bonos quam apud ingratos locare beneficium!

Unde Dominus ad discipulos ait: Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam [1]); qua velut falce pullulantem in pectoribus humanis succidit avaritiam. Petrus quoque claudo, qui ex utero matris suae portabatur, ait: Argentum et aurum non habeo; sed quod habeo, do tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula [2]). Itaque pecuniam non dedit, sanitatem dedit. Quanto melius est salutem habere sine pecunia, quam pecuniam sine salute! Surrexit claudus, quod non sperabat; pecuniam non accepit, quam sperabat. Sed haec vix in sanctis Domini reperiuntur, ut divitiae contemptui sint.

Cap. 26. Ceterum ita incubuerunt mores hominum admiratione divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur [3]). Neque hic recens usus, sed iam dudum, quod peius est, inolevit hoc vitium humanis mentibus. Siquidem cum Hiericho magna civitas tubarum sacerdotalium sono corruisset et Iesus Nave potiretur victoria, cognovit, infirmatam esse virtutem populi per avaritiam atque auri cupiditatem [4]). Nam cum de spoliis urbis incensae sustulisset Achan vestem auream et ducenta argenti didrachmata [5]) et linguam [6]) auream, oblatus [7]) Domino negare non potuit, sed prodidit furtum.

Vetus igitur et antiqua avaritia est, quae cum ipsius divinae legis coepit oraculis, imo propter ipsam reprimendam lex delata est. Propter avaritiam Balach putavit Balaam praemiis posse tentari, ut malediceret populum patrum [8]) et vicisset avaritia, nisi Dominus a maledicto eum abstinere iussisset. Propter avaritiam praecipitatus Achan in exitium deduxerat totam plebem [9]) parentum. Itaque Iesus Nave, qui potuit solem statuere, ne procederet, avaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem eius sol stetit, avaritia non stetit. Sole itaque stante confecit Iesus triumphum, avaritia autem procedente paene amisit victoriam.

Quid? fortissimum omnium Samson nonne Dalilae mulieris avaritia decepit? Itaque ille, qui rugientem leonem manibus discerpsit

[1]) Матѳ. 10. 9.
[2]) Дѣян. 3. 6.
[3]) Cic. de off. 2. 20. 71.
[4]) Іис. Нав. 7. 21.
[5]) = сикль.
[6]) = слитокъ, lamina.
[7]) = поставленный предъ судилище Господа.
[8]) Числ. 22. 2 сл.
[9]) = multitudo. См. Іис. Нав. 7. 24.

suis, qui vinctus et alienigenis traditus, sine ullo adiutore solus dissolutis vinculis mille ex his peremit viros, qui funes intextos nervis velut mollia sparti fila disrupit: is super genua mulieris inflexa cervice truncatus [1]) invicti crinis ornatum, praerogativam [2]) suae virtutis amisit. Influxit pecunia in gremium mulieris et a viro discessit gratia [3]).

Feralis igitur avaritia, illecebrosa pecunia, quae habentes contaminat, non habentes non iuvat. Esto tamen, ut aliquando adiuvet pecunia [4]) inferiorem tamen et ipsam desiderantem. Quid ad eum, qui non desiderat, qui non requirit, qui auxilio eius non indiget, studio non flectitur? Quid ad alios, si sit ille copiosior, qui habet? Numquid idcirco honestior, quia habet, quo honestas plerumque amittitur, quia habet, quod custodiat magis, quam quod possideat? Illud enim possidemus quo utimur, quod autem ultra usum est, non utique habet possessionis fructum sed custodiae periculum.

Cap. 27. Ad summam novimus, quod pecuniae contemptus iustitiae forma sit, et ideo avaritiam declinare debemus et omni studio intendere, ne quid faciamus umquam adversus iustitiam, sed in omnibus gestis et operibus custodiamus eam.

Si volumus commendare nos Deo, caritatem habeamus, unanimes simus, humilitatem sequamur, alter alterutrum existimantes superiorem sibi. Haec est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, et inferiorem se esse existimet; episcopus, ut membris suis utatur clericis et maxime ministris, qui sunt vere filii; quem cuique viderit aptum muneri, ei deputet.

Cum dolore amputatur etiam, quae putruit pars corporis et diu tractatur, si potest sanari medicamentis; si non potest, tunc a medico bono absciditur. Sic episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, adurere aliqua, postremo, quod sanari non potest, cum dolore abscidere. Unde pulcherrimum illud praeceptum magis eminet, ut cogitemus non quae nostra sunt sed quae aliorum. Hoc enim modo nihil erit, quod vel irati nostro indulgeamus affectui, vel faventes nostrae plus iusto tribuamus aliquid voluntati.

Cap. 28. Hoc maximum incentivum misericordiae, ut compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantum possumus, iuvemus et plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas praestare [5]) vel invidiam perpeti, quam praetendere inclementiam; ut nos aliquando in invidiam incidimus, quod confre-

[1]) truncare здѣсь = обрѣзать. Ornatum, Acc. Graec.
[2]) знакъ, отъ котораго зависѣла его доблесть.
[3]) Суд. 16. 4 сл.
[4]) Cic. de off. 2. 20. 71.
[5]) = подвергаться.

gerimus [1]) vasa mystica, ut captivos redimeremus, quod Arianis [2]) displicere potuerat; nec tam factum displiceret, quam ut esset, quod in nobis reprehenderetur. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat, quod homo redimitur a morte, femina ab impuritatibus barbarorum, quae graviores morte sunt, adolescentulae vel pueruli vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur?

Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo prosecuti sumus [3]), ut confiteremur multoque fuisse commodius adstrueremus, ut animas Domino quam aurum servaremus. Qui enim sine auro misit apostolos [4]), ecclesias sine auro congregavit. Aurum ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget et subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adiuvat? An ignoramus, quantum auri atque argenti de templo Domini Assyrii sustulerint [5])? Nonne melius conflant sacerdotes propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam ut sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, ministrasses alimoniam. Cur tot captivi deducti in commercio sunt nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut vasa viventium servares quam metallorum.

His non posset responsum referri. Quid enim diceres: Timui, ne templo Dei ornatus deesset? Responderet: Aurum sacramenta non quaerunt neque auro placent, quae auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captivorum est. Vere illa sunt vasa pretiosa, quae redimunt animas a morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Tunc vas Dominici sanguinis agnoscitur, cum in utroque viderit redemptionem, ut calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redimit. Quam pulchrum, ut cum agmina captivorum ab ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit. Ecce aurum, quod probari potest, ecce aurum utile, ecce aurum Christi, quod a morte liberat, ecce aurum, quo redimitur pudicitia, servatur castitas!

Hos ergo malui vobis liberos tradere, quam aurum reservare. Hic numerus captivorum, hic ordo praestantior est quam species poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiam divinae operationis impressisse virtutem redemptionis munere.

---

[1]) confringere здѣсь не только разломать, но и продать или перелить; подъ vasa mystica надобно разумѣть драгоцѣнные сосуды, хранившіеся въ церквахъ. Фактъ, на который здѣсь намекается, можетъ относиться къ упомянутому въ § 70 опустошенію Иллирика и Ѳракіи варварами.

[2]) какъ злѣйшимъ врагамъ Святителя.

[3]) = развивать.

[4]) Матѳ. 10. 9.

[5]) 4 Цар. 24. 13.

Tale aurum sanctus martyr Laurentius [1]) Domino reservavit, a quo cum quaererentur thesauri ecclesiae, promisit se demonstraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus, ubi essent thesauri, quos promiserat, ostendit pauperes dicens: Hi sunt thesauri ecclesiae. Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus fides est. Denique apostolus ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus [2]). Quos meliores thesauros habet Christus quam eos, in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: Esurivi et dedistis mihi manducare; sitivi et dedistis mihi bibere; hospes eram et collegistis me [3]). Et infra: Quod enim uni horum fecistis, mihi fecistis [4]). Quos meliores Iesus habet thesauros quam eos, in quibus amat videri?

Hos thesauros demonstravit Laurentius et vicit, quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaque Ioachim [5]), qui aurum in obsidione servabat nec dispensabat alimoniae comparandae, et aurum vidit eripi et se in captivitatem deduci. Laurentius, qui aurum ecclesiae maluit erogare pauperibus, quam persecutori reservare, pro singulari suae interpretationis vivacitate sacram martyrii accepit coronam. Numquid dictum est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros ecclesiae, vasa sacramentorum vendere?

Opus est, ut quis fide sincera et perspicaci providentia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis derivat emolumenta, crimen est; sin vero pauperibus erogat, captivum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere: Cur pauper vivit? Nemo potest queri, quia captivi redempti sunt; nemo potest accusare, quia templum Dei est aedificatum; nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt; nemo potest dolere, quia in sepulturis christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiae etiam initiata confringere, conflare, vendere licet.

Opus est, ut de ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra ecclesiam primum quaesita sunt vasa, quae initiata non essent; deinde comminuta, postremo conflata, per minutias erogationis dispensata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quod si desunt nova et quae nequaquam initiata videantur, in huiusmodi usus, quos supra diximus arbitror omnia pie posse converti.

Cap. 29. Illud sane diligenter intuendum est, ut deposita viduarum intemerata maneant, sine ulla serventur offensione, non solum viduarum sed etiam omnium; fides enim exhibenda omnibus est, sed maior est viduarum causa et pupillorum.

---

[1]) см. пр. къ Пруденцію, гим. II, нач.

[2]) 2 Кор. 4. 7.

[3]) Матѳ. 25. 35.

[4]) Матѳ. 25. 40. quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

[5]) 4 Цар. 24. 6.

Denique hoc solo viduarum nomine, sicut in libris Machabaeorum [1]) legimus, commendatum templo omne servatum est. Nam cum indicium factum esset pecuniarum, quas in templo Hierosolumis maximas reperiri posse Simon nefarius Antiocho regi prodidit, missus in rem [2]) Heliodorus, ad templum venit et summo sacerdoti aperuit indicii invidiam et adventus sui causam.

Tunc sacerdos deposita esse dixit viduarum victualia [3]) et pupillorum. Quae cum Heliodorus ereptum ire vellet et regis vindicare commodis, sacerdotes ante altare iactaverunt se, induti sacerdotales stolas et Deum vivum, qui de depositis legem dederat, flentes invocabant, ut custodem se praeceptorum praestaret suorum. Vultus vero et color summi sacerdotis immutatus declarabat dolorem animi et mentis intentae sollicitudinem. Flebant omnes, quod in contemptum locus venturus foret, si nec in Dei templo tuta fidei servaretur custodia accinctaeque [4]) mulieres pectus et clausae virgines pulsabant ianuam, ad muros alii currebant, per fenestras alii prospectabant, omnes ad caelum tendebant manus orantes, ut suis Dominus adesset legibus.

Heliodorus autem nec his territus, quod intenderat, urgebat et satellitibus suis aerarium sepserat, cum subito apparuit illi terribilis eques armis praefulgens aureis; equus autem eius erat insigni ornatus opertorio [5]). Alii quoque duo iuvenes appâruerunt in virtute inclita, decore grato, cum splendore gloriae, speciosi amictu, qui circumsteterunt eum et utraque ex parte flagellabant sacrilegum, sine ulla intermissione continuato verbere. Quid multa? Circumfusus caligine in terram concidit et evidenti divinae operationis indicio exanimatus iacebat nec ulla spes in eo residebat salutis. Oborta est laetitia metuentibus, metus superbis deiectique ex amicis Heliodori quidam rogabant Oniam, vitam poscentes ei, quoniam supremum gerebat spiritum.

Rogante itaque sacerdote summo iidem iuvenes iterum Heliodoro apparuerunt, iisdem amicti vestibus, et dixerunt ad eum: Oniae summo sacerdoti gratias age, propter quem tibi vita est reddita. Tu autem expertus Dei flagella, vade et nuntia tuis omnibus, quantam cognoveris templi religionem et Dei potestatem. His dictis non comparuerunt. Heliodorus itaque recepto spiritu hostiam Domino obtulit, Oniae sacerdoti gratias egit et cum exercitu ad regem revertitur, dicens: Si quem habes hostem aut aliquem insidiatorem rerum tuarum, illuc illum dirige et flagellatum recipies eum.

Servanda est igitur, filii, depositis fides, adhibenda diligentia. Egregie hinc vestrum enitescit ministerium, si suscepta impressio

[1]) 2 Макк. 3.
[2]) sc. praesentem, т. е. in ipsum locum.
[3]) = деньги на пропитаніе, содержаніе.
[4]) 2 Макк. 3. 19.
[5]) = чепракъ, попона.

potentis, quam vel vidua vel orphani tolerare non queant, ecclesiae subsidio cohibeatur; si ostendatis plus apud vos mandatum Domini quam divitis valere gratiam.

Meministis ipsi, quotiens adversus regales impetus pro viduarum, imo omnium depositis certamen subierimus. Commune hoc vobiscum mihi. Recens exemplum ecclesiae Ticinensis [1]) proferam, quae viduae depositum, quod susceperat, amittere periclitabatur. Interpellante enim eo, qui sibi illud imperiali rescripto [2]) vindicare cupiebat, clerici non tenebant [3]) auctoritatem; honorati [4]) quoque et intercessores [5]) dati non posse praeceptis imperatoris obviari ferebant. Legebatur rescripti forma directior [6]), magistri officiorum statuta [7]), agens in rebus [8]) imminebat. Quid plura? Traditum erat.

Tamen communicato mecum consilio, obsedit sanctus episcopus ea conclavia, ad quae translatum illud depositum viduae cognoverat. Quod ubi non potuit auferri, receptum sub chirographo [9]) est. Postea iterum flagitabatur ex chirographo; praeceptum imperator iteraverat, ut ipse per semetipsum nos conveniret. Negatum est; et exposita divinae legis auctoritate et serie lectionis et Heliodori periculo, vix tandem rationem imperator accepit [10]). Post etiam tentata fuerat obreptio [11]), sed praevenit sanctus episcopus, ut redderet viduae, quod acceperat. Fides interim salva est; impressio non est formidini, quia iam res, non fides periclitatur.

Cap. 39. Filii, fugite improbos, cavete invidos. Inter improbum et invidum hoc interest: improbus suo delectatur bono, invidus torquetur alieno; ille diligit mala, hic bona odit, ut prope tolerabilior sit, qui sibi vult bene, quam qui male omnibus.

Filii, ante factum cogitate et cum diutius cogitaveritis, tunc facite quod probatis. Laudabilis mortis cum occasio datur, rapienda est illico. Dilata gloria fugit nec facile comprehenditur.

Fidem diligite, quoniam per fidem et devotionem Iosias [12]) magnum sibi ab adversariis amorem acquisivit, quoniam celebravit pascha Domini, cum esset annorum decem et octo, quemadmodum nemo ante eum. Zelo itaque ut vicit superiores, ita et vos, filii, zelum Dei sumite. Exquirat vos Dei zelus et devoret, ut unusquisque ve-

[1]) Ticīnum, городъ въ С. Италіи, на рѣкѣ того же имени (Ticinus). Т. Павія.
[2]) о rescriptum см. пр. къ Лакт. V. 11.
[3]) = не исполняли.
[4]) Qui in honoribus ac dignitatibus sunt constituti, vel qui dignitates gessere, seu in urbe, seu in provinciis. Ducange.
[5]) intercessores назначались (dabantur) правителями провинцій для приведенія въ исполненіе какого нибудь распоряженія.
[6]) ясная, опредѣленная.
[7]) magister officiorum, высшее лицо придворнаго штата.
[8]) agentes in rebus доставляли въ провинціи императорскія распоряженія.
[9]) = росписка.
[10]) accipere rationem—быть убѣждену.
[11]) съ намѣреніемъ похитить.
[12]) 4 Цар. 23. 21 сл.

strum dicat: Exquisivit me zelus domus tuae [1]). Apostolus Christi zelotes dictus est [2]). Quid de apostolo dico? Ipse Dominus ait: Zelus domus tuae comedit me [3]). Sit ergo Dei zelus, non iste humanus, quem invidia generat.

Sit inter vos pax, quae superat omnem sensum [4]). Amate vos invicem. Nihil caritate dulcius, nihil pace gratius. Et vos ipsi scitis, quod prae ceteris vos semper dilexi et diligo; quasi unius patris filii coaluistis in affectum germanitatis.

Quae bona sunt, tenete et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum in Domino Iesu, cui est honor, gloria, magnificentia, potestas, cum Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

3.

De obitu Valentiniani [5]) consolatio.

Cap. 1. Etsi incrementum doloris sit, id quod doleas, scribere, quoniam tamen plerumque in eius, quem amissum dolemus, commemoratione requiescimus; eo quod in scribendo dum in eum mentem dirigimus intentionemque defigimus, videtur nobis in sermone revivscere: signare aliquid de Valentiniani iunioris ultimis [6]) cordi fuit, ne aut oblitterasse silentio bene meriti de nobis pignoris [7]) memoriam videremur atque inhonoratam reliquisse, aut refugisse incentivum dolendi, cum doluisse plerumque solatium sit dolentis; simul

---

[1]) Псал. 68. 10. Quoniam zelus domus tuae cemedit me.
[2]) Лук. 6. 15.
[3]) Іоан. 2. 17.
[4]) Филип. 4. 7.
[5]) Валентиніанъ II (Iunior), сынъ Валентиніана I и Юстины, родился въ 371 г. и уже въ 375, по смерти отца, былъ провозглашенъ императоромъ арміей, стоявшей въ Иллирикѣ. Граціанъ, старшій его братъ, утвердилъ это избраніе и сдѣлалъ Валентиніана правителемъ Иллирика, Италіи и Африки. Онъ поселился въ Миланѣ, подъ непосредственною опекою матери, которая обнаруживала сильное сочувствіе къ Аріанству. Въ 384 году Граціанъ былъ умерщвленъ возставшимъ противъ него узурпаторомъ Максимомъ, двинувшимся и на Италію съ намѣреніемъ завладѣть ею. Юстина съ сыномъ бѣжала въ Константинополь къ Ѳеодосію I, бывшему женатымъ на ея дочери Галлѣ. Ѳеодосій вступилъ съ войскомъ въ Италію и возстановилъ въ ней Валентиніана. Въ 389 г. онъ предпринялъ походъ противъ Франковъ, а въ 390 г. галлъ Арбогастъ, занимавшій важную должность praefectus praetorio и отставленный отъ нея за различныя злоупотребленія Валентиніаномъ, измѣнически убилъ его въ Віеннѣ. По характеру своему Валентиніанъ заслужилъ общую симпатію всѣхъ честныхъ людей, возлагавшихъ на него большія надежды.
[6]) ultima = ultima tempora, ultimi dies.
[7]) pignus = filius, здѣсь не въ буквальномъ значеніи. См. § 28.

cum de ipso aut ad ipsum loquor, tamquam de praesente vel ad praesentem mihi sermo sit.

Cap. 2. Quid igitur primum defleam? Quid primum amara conquestione deplorem? Conversi sunt dies nobis votorum nostrorum in lacrimas, siquidem Valentinianus nobis, sed non talis qualis sperabatur, advenit. Et iste tamen vel morte sua voluit implere promissum; sed nobis acerbissima est facta eius, quae exoptabatur, praesentia. Utinam adhuc nobis abesset, ut sibi viveret! Sed ille non passus, cum audiret Alpes Italiae hoste infestari barbaro, maluit periclitari se, si Gallias derelinqueret, quam nostro deesse periculo. Magnum crimen agnoscimus imperatoris, quod Romano voluit subvenire imperio! Haec causa mortis, quae plena laudis. Solvamus bono principi stipendiarias lacrimas [1]), quia ille nobis solvit etiam mortis suae stipendium.

Cap. 3. Nec tamen flendi admonitio necessaria. Flent omnes, flent et ignoti, flent et timentes, flent et inviti. flent et barbari, flent et qui videbantur inimici. Quantos [2]) iste de Galliis usque huc totius tractu itineris populorum egit gemitus? Omnes enim non tamquam imperatorem sibi, sed tamquam parentem publicum obisse domestico fletu doloris illacrimant, suaque omnes funera dolent. Amisimus enim imperatorem, in quo duo pariter acerbant dolorem: annorum immaturitas et consiliorum senectus. In his ego fleo, sicut dixit Propheta [3]): Oculi mei caligaverunt a fletu, quia elongavit a me, qui consolabatur me. Oculi mei non solum corporis, sed etiam mentis hebetati sunt et quadam caecitate omnis sensus obductus est, quoniam ereptus est mihi, qui convertit animam meam et ad spem maximam de summa rerum desperatione revocavit.

Cap. 4. Audite, omnes populi, et videte dolorem meum. Virgines meae et iuvenes mei abierunt in captivitatem [4]), sed cognito quod de Valentiniani essent partibus, liberi reverterunt. Militavit hostis barbarus imperatori adolescenti, et suae oblitus victoriae, memor fuit imperialis reverentiae. Laxavit sponte quos ceperat excusans quod ignorasset Italos. Nos adhuc murum Alpibus addere parabamus, Valentiniani gratia non exspectavit Alpium vallum, fluenta amnium, aggeres nivium, sed Alpes et fluvios supergressa, muro nos sui imperii protexit. Unde prophetici Threni mihi utendum videtur exordio: Quomodo moeret Italia, quae abundabat gaudiis? Plorans ploravit in nocte, et lacrimae illius in maxillis eius. Non est qui

---

[1]) lacrimae суть дань (stipendium), которую мы должны принести Валентиніану, который принесъ намъ въ дань свою смерть.
[2]) Сл. Verg. Aen. VI. 873. Quantos ille virum magnam Mavortis ad urbem Campus aget gemitus?
[3]) Плачъ Іерем. 1. 16. Idcirco ego plorans et oculus meus deducens aquas, quia longe factus est a me consolator.
[4]) Плачъ Іерем. 1. 18. Audite, obsecro, universi populi et videte dolorem meum; virgines meae et iuvenes mei abierunt in captivitatem.

eam consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amant illam, despexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscentes [1]).

Cap. 5. Et quia de Hierusalem dictum est: Plorans ploravit in nocte, et nostra Hierusalem, id est, ecclesia, ploravit in nocte, quoniam qui eam splendidiorem fide sua et devotione faciebat, occubuit. Merito ergo plorans ploravit, et adhuc lacrimae eius in maxillis eius. Ubertatem quidem fletuum solet vultus humescentis declarare infusio [2]), cum lacrimis genae rorant, sed quia scriptum est: Genae eius sicut phialae aromatis gignentes unguentaria, labia eius lilia distillantia myrrham plenam [3]), mystica ecclesiae gratia deflentis accipitur, quae in obitu Valentiniani bonum doloris sui effudit unguentum et vitam eius praedicando concelebrat. Cui mors obesse non potuit, eo quod odor praedicationis universorum ore celebrabilis [4]), fetorem omnem mortis abolevit.

Cap. 6. Flet igitur ecclesia pignus suum, et lacrimae eius in maxillis eius. Quae sit maxilla audi: Qui te percusserit in maxillam, praebe ei et alteram [5]); eo quod in dolore sit patiens, ut poeniteat verberantem. Percussa eras, ecclesia, in maxilla tua, cum amitteres Gratianum: praebuisti et alteram, quando tibi Valentinianus ereptus est. Merito tibi non in una maxilla, sed in utraque sunt lacrimae, quia pie germanum utrumque deploras. Ploras igitur, ecclesia, et fletu genae tuae velut fluentibus quibusdam stillicidiis pietatis exundant. Quae sunt istae genae ecclesiae? De quibus alibi ait scriptura: Ut corium malorum granatorum genae tuae [6]). Istae sunt genae in quibus solet nitere verecundia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuventae, aut perfectae aetatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorum quidam fidei pudor, quaedam ecclesiae verecundia est, et in tam immatura morte piorum principum omnis ecclesiae moestior pulchritudo est.

Cap. 7. Plorat ecclesia in sapientibus suis, qui velut caput ecclesiae sunt: oculi enim sapientis in capite eius [7]). Plorat in oculis, hoc est, in suis fidelibus, quia scriptum est: Oculi tui sicut columbae, extra taciturnitatem tuam [8]); eo quod videant spiritaliter et noverint ea, quae viderint, tacere mysteria. Plorat in sacerdotibus suis, qui sunt sicut genae ecclesiae, in quibus est barba Aaron [9]).

[1]) Плачъ Іерем. 1. 2. Plorans ploravit in nocte et lacrimae eius in maxillis eius; non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius; omnes amici eius ignoraverunt eam et facti sunt ei inimici.

[2]) infusio = влажность, мокрота.

[3]) Пѣснь II. 5. 13. Genae illius sicut arcolae aromatum consitae a pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham plenam.

[4]) celebrabilis = crebro repetitus.

[5]) Лук. 6. 29. Et qui te percutit in maxillam, praebe et alteram.

[6]) Пѣснь II. 6. 6. Sicut cortex mali punici, sic genae tuae.

[7]) Еккл. 2. 14.

[8]) Пѣснь II. 4. 1. Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.

[9]) Псал. 132. 2.

hoc est, barba sacerdotalis, in quam de capite descendit unguentum. Isti sunt in quibus est pulchritudo ecclesiae, in quibus flos eius gratior, in quibus aetas perfectior, qui velut cortices malorum punicorum decorem foris praeferant abstinentia corporali, intus autem commissam sibi plebem diversae aetatis et sexus foveant sapientia spiritali, obiecti quidem seculo ad iniurias, sed interna mysteria dividentes. Plorat in virginibus suis, quae sunt sicut lilia, et lilia myrrha plena, candorem integritatis et mortificatae [1]) corporalis illecebrae gloriam praeferentes.

Cap. 8. In his ergo flet, sicut scriptum est: Viae Sion lugent, sacerdotes eius ingemiscunt, virgines eius abductae, et ipsa indignatur intra se [2]). Et intra se quidem indignatur, ad Valentinianum autem dicit: Assumam te et inducam in domum matris meae et in secretum eius quae concepit me. Potum tibi dabo a vino operosi unguenti [3]), hoc est, multi operis, multi odoris unguento a fluxu [4]) malorum granatorum meorum; ut bibat vinum quod laetificat cor hominis [5]), et defluat in eum malorum granatorum fluxus, in quibus multus et diversus est fructus. Sermo enim multorum sensuum et de diversis scripturis [6]) abundans, sermo angelorum, sermo apostolorum ac prophetarum, quos uno velut corio [7]) ecclesia sancta complectitur, malorum fluxus est granatorum.

Cap. 9. Videns haec Valentinianus integrae plena gratiae, respondet: Misericordiae Domini quod non defecimus, quia non sunt consummatae miserationes eius. Renovabit illas sicut lux matutina [8]). Multi sunt gemitus mei, et cor meum defecit. Sors mea Dominus, dixi, ideo sustinebo eum. Bonus est Dominus sustinentibus eum. Bonum est sperare in salutare Domini. Bonum est viro cum portaverit iugum grave in iuventute sua: sedebit singulariter et silebit, quia tulit iugum grave [9]). Et ille quidem se suarum virtutum remuneratione solatur: eo quod in iuventute sua labores absorbuit [10]),

[1]) mortificare = θανατοῦν, слово, встрѣчающееся исключительно у Христ. писателей и образованное подъ вліяніемъ Греческимъ.

[2]) Плачъ Іерем. 1. 4. Viae Sion lugent... sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.

[3]) Пѣснь II. 8. 2. Apprehendam te et ducam in domum matris meae: ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum.

[4]) fluxus = сокъ.

[5]) Псал. 103. 15.

[6]) de scripturis = scripturis.

[7]) corium, по сравненію съ плодомъ гранаты.

[8]) Плачъ Іерем. 3. 22. Misericordiae Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. 23. Novi diluculo, multa est fides tua.

[9]) Плачъ Іерем. 3. 24 и сл. Pars mea Dominus, dixit anima mea; propterea exspectabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei. Bonum est viro cum portaverit iugum in adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit super se.

[10]) = sustinuit, exantlavit.

pericula multa toleravit, iugum maluit grave emendatioris propositi [1]), quam molle illud ac plenum deliciarum vivida [2]) mentis cervice portare.

Cap. 10. Beatus plane qui vel in senectute correxit errorem. beatus qui vel sub ictu mortis animum avertit a vitiis. Beati enim quorum tecta sunt peccata [3]), quia scriptum est: Desine a malo, et fac bonum, et inhabita in seculum seculi [4]). Quicumque ergo desierit a peccatis et fuerit ad meliora in quacumque conversus aetate, habebit superiorum indulgentiam peccatorum, quae fuerit vel poenitendi confessus affectu, vel corrigendi aversatus ingenio [5]). Sed huic [6]) cum plurimis veniae societas emerendae; plurimi enim sunt qui se a peccatis et lubrico [7]) iuventutis in senectute revocare potuerunt, rarus autem qui in iuventute grave iugum seria sobrietate portaverit. Hoc est illud iugum, de quo Dominus in Evangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam; tollite iugum meum super vos [8]). Si quis ergo ante quam gravi oneretur peccatorum sarcina, tulerit iugum in iuventute, singulariter sedebit, non cum plurimis conferendus, sed cum illo qui potest dicere: Quoniam tu singulariter in spe constituisti me [9]).

Cap. 11. Sed forte dicas: Quomodo iugum grave dicit Hieremias, cum in Evangelio Dominus dixerit: Iugum meum suave et onus meum leve est [10])? Ac primo disce, quia Graecus [11]) iugum tantum modo posuit, non addidit grave. Tamen et illud adverte [12]), quia etsi ita esset in Threnis [13]), in Evangelio tamen iugum suave dixit et onus leve, non iugum leve. Potest enim grave iugum Verbi esse, sed suave: grave adolescenti, grave iuveni, cuius aetas est florulentior, ut nolit iugo Verbi subiiciendam animi praebere cervicem. Potest et grave Verbi iugum videri propter onera disciplinae [14]), austeritatem correctionis, pondus abstinentiae, restrictionemque lasciviae; suave tamen esse fructu gratiae, spe remunerationis aeternae, purioris conscientiae suavitate. Tamen iugum Verbi suave dixit, onus oboedientiae leve; quoniam ei qui iugum Verbi patienti cervice susceperit, disciplinae onus grave esse non poterit.

[1]) propositum emendatius—образъ жизни, дѣйствій, болѣе суровый. Emendare нерѣдко въ позднѣйшей Латыни получаетъ значеніе: increpare, castigare, punire.

[2]) vivida mentis cervix—полная жизни, энергіи умственная выя—фигура, вызванная предыдущимъ iugum.

[3]) Псал. 31. 1.

[4]) Псал. 33. 15. Diverte a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam.

[5]) т. е. или отъ которыхъ онъ отвратился, возымѣвъ расположеніе исправить себя.

[6]) такому человѣку.

[7]) lubricum = impudicitia; сл. франц. lubricité.

[8]) Матѳ. 11. 28. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos.

[9]) Псал. 4. 10.

[10]) Матѳ. 11. 30.

[11]) Переводъ Семидесяти.

[12]) = animadverte.

[13]) Плачъ 3. 27.

[14]) disciplina = oboedientia.

Cap. 12. Qui ergo tulerit a iuventute iugum, singulariter sedebit et silebit, revelata sibi gaudens divinae remunerationis aeterna mysteria. Aut certe silebit, non opus habens excusatione peccati, quod matura confessione praevenit, et propera correctione deposuit. Non enim dicitur huic: Quae in iuventute non congregasti, quomodo invenies in senectute [1])? Potest autem et sic intellegi, quoniam qui cito portaverit iugum Verbi, hoc est, a iuventute, non se miscebit cum iuvenibus, sed sedebit seorsum et silebit, donec plena se perfectione virtutis erudiat et magnam induat animo patientiam, dabitque percutienti maxillam suam, etiam caedis contemnens iniuriam, ut mandatis obsequatur caelestibus.

Cap. 13. Magnum est enim vel abstinere a vitiis iuventutis vel eam in ipso iuventutis vestibulo derelinquere atque ad seriora converti; lubricae enim et perplexae sunt viae iuventutis. Denique Salomon ait: Tria mihi impossibilia sunt intellegere, et quartum quod non cognosco: Vestigia aquilae volantis, et vias serpentis in petra, et semitas navis navigantis, et vias viri in iuventute [2]). David autem ait: Delicta iuventutis meae et ignorantiae meae ne memineris [3]). Iuvenis enim non solum fragilitate lubricae aetatis prolabitur, verum etiam ignorantia caelestium mandatorum plerumque delinquit: cito autem meretur veniam, qui praetendit ignorantiam. Propheta itaque dicit: Delicta iuventutis meae et ignorantiae meae ne memineris. Non dicit: delicta senectutis meae et scientiae meae ne memineris; sed quasi propheta, qui cito correxerit et emendaverit vitia iuventutis, aetatem ignorantiamque praetendit.

Cap. 14. Valentinianus quoque etiam in delicto prophetae similis ait: Delicta adolescentiae et ignorantiae meae ne memineris. Nec solum dixit, sed etiam ante correxit errorem, quam disceret esse lapsum alicuius erroris. Itaque dicit: Correctionem iuventutis meae ne memineris. Error in pluribus est, in paucis correctio.

Cap. 15. Et quid iam de aliis dicam, qui etiam ludo iuventutis putaverit abstinendum, resecandam aetatis licentiam, severitatis publicae duritiem molliendam, lenitatem senectutis in alienis annis deferendam ei, qui in periculum convicti criminis vocaretur [4])? Fere-

[1]) Сир. 25. 5. Quae in iuventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?

[2]) Притчи 30. 18 и сл. Tria sunt difficilia mihi et quartum penitus ignoro: viam aquilae in caelo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari et viam viri in adolescentia.

[3]) Псал. 24. 7. Delicta iuventutis meae et ignorantias meas ne memineris.

[4]) т. е. lenem, placidam senectutem in posterum donandam reo criminis capitalis, parcendo ei, eumque a morte liberando.

batur primo ludis circensibus delectari: sic istud abstersit [1]), ut ne solemnibus quidem principum natalibus vel imperialis honoris gratia circenses putaret esse celebrandos. Aiebant aliqui ferarum eum venationibus occupari atque ab actibus publicis intentionem eius abduci: omnes feras uno momento iussit interfici.

Cap. 16. Audire in consistorio [2]) negotia et Danielis spiritu, in quibus dubitarent senes vel personae alicuius contuitu [3]) ducerentur [4]), congruam vero adolescentem videres senilemque ferre sententiam. Iactabant invidi, quod praemature prandium peteret: coepit ita frequentare ieiunium, ut plerumque ipse impransus convivium solemne suis Comitibus [5]) exhiberet, quo et religioni sacrae satisfaceret et principis humanitati.

Cap. 17. Scaenicae cuiusdam forma ac decore deperire Romae adolescentes nobiles nuntiabatur: iussit eam ad comitatum [6]) venire. Missus pretio depravatus [7]) sine mandati effectu rediit: alterum misit, ne voluisse emendare vitia adolescentum et non potuisse videretur. Datus est obtrectandi aliquibus locus; deductam tamen numquam aut spectavit [8]), aut vidit [9]). Postea redire praecepit, ut et omnes agnoscerent irritum eius non esse mandatum, et adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse qui potuit habere in potestate despexerat. Et haec fecit, cum adhuc non haberet uxorem, et tamen exhiberet sui tamquam vinctus coniugio castitatem. Quis tam dominus servi, quam ille sui corporis fuit? Quis tam aliorum arbiter, quam ille suae censor aetatis?

Cap. 18. Quid de pietate eius loquar? qui cum homines nobili ortos genere et locupleti prosapia, quae cito movere invidiam solet, regiae cupiditatis accusator urgeret, praefectus [10]) insisteret, respondit ut nihil cruentum sanctis praesertim diebus statueretur. Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniam [11]) pronuntiavit, accusatum libere [12]), donec praefectus cognosceret, observare iussit. Neque ante aut postea quisquam tanti criminis sub adolescente imperatore formidavit invidiam. Risit adolescens, quod robusti metuunt imperatores.

Cap. 19. Miserat propter recuperanda templorum iura, sacer

[1]) = facere destitit.
[2]) consistorium, здѣсь: мѣсто, въ которомъ собирался императорскій совѣтъ или дума.
[3]) то, что французы называютъ les égards.
[4]) = руководиться.
[5]) = ducibus.
[6]) дворъ, мѣсто, гдѣ находился императоръ со своею свитой.
[7]) = подкупленный, corruptus.
[8]) sc. in scaena.
[9]) privatim.
[10]) = iudex.
[11]) sc. esse.
[12]) не лишая его свободы.

dotiorum profana privilegia, cultus sacrorum suorum, Roma legatos [1]), et, quod est gravius, senatus nomine nitebantur. Et cum universi, qui in consistorio aderant, christiani pariter atque gentiles dicerent esse reddenda, solus velut Daniel [2]), excitato in se Dei spiritu, arguebat perfidiae christianos, gentilibus obviabat [3]) dicens: Quod pius frater eripuit, quomodo a me putatis esse reddendum? cum in eo et religio laedatur et frater, a quo se nollet pietate superari.

Cap. 20. Et cum paterno conveniretur [4]) exemplo, quod sub patre suo ea nullus abstulerat, respondit: Patrem meum laudatis, quia non abstulit, nec ego abstuli. Numquid pater meus reddidit, ut me debere reddere postuletis? Postremo etiamsi pater reddidisset, frater abstulerat, imitatorem in ea parte fratris esse me mallem. Aut numquid meus pater augustus fuit, et frater non fuit? Par utrique debetur reverentia, et par utriusque est circa rempublicam gratia. Utrumque imitabor: ut et non reddam quod pater reddere non potuit, quia nullus abstulerat, et servem quod a fratre est constitutum. Postulet parens Roma alia quaecumque desiderat: debeo affectum parenti, sed magis obsequium debeo salutis auctori.

Cap. 21. Quid de amore provincialium loquar, vel quo eos ipse complectebatur, vel qui ab iis consultori suo rependebatur, quibus nihil [5]) umquam indici passus est? Praeterita, inquit, non queunt solvere, nova poterunt sustinere? Ex hoc laudant provinciae Iulianum [6]), et ille quidem in robusta aetate, iste in processu adolescentiae; ille plurima reperit et exhausit omnia, iste nihil invenit et omnibus abundavit.

Cap. 22. Audivit in Transalpinis partibus positus [7]) ad Italiae fines barbaros propinquasse; sollicitus ne alieno hoste suum regnum attentaretur, venire properabat, cupiens dimittere Gallicana otia et pericula nostra suscipere.

Cap. 23. Haec mihi cum aliis communia. Illa privata, quod saepe me appellabat absentem et a me initiandum se sacris mysteriis praeferebat. Quin etiam cum rumor quidam ad Viennensem pertulisset urbem [8]), quod invitandi eius ad Italiam gratia eo pergerem, quam gaudebat, quam gratulabatur me sibi optato adfore [9])! Mora ei adventus mei prolixior videbatur. Atque utinam adventum ipsius nullus praevenisset nuntius!

[1]) Посольство къ Валентиніану Младшему о возстановленіи языческой религіи было посылаемо дважды.
[2]) Дан. 13. 45.
[3]) = obstabat.
[4]) = cum convenirent eum, exemplum patris ei obiicientes.
[5]) никакихъ новыхъ податей и налоговъ.
[6]) разумѣется Юліанъ отступникъ, отличавшійся снисходительностью къ жителямъ провинцій.
[7]) находясь.
[8]) Urbs Viennensis, Vienna, т. Vienne, городъ въ Галліи, на Ронѣ.
[9]) сл. optato venire и т. п.

Cap. 24. Iam promiseram me profecturum, respondens vel honoratis [1]) petentibus, vel praefecto [2]), ut tranquillitati Italiae consuleretur, me sicut superfluo [3]) ingerere non possem propter verecundiam, ita necessitatibus non defuturum. Confirmatum hoc erat: ecce postridie litterae de instruendis mansionibus [4]), invectio ornamentorum regalium, aliaque eiusmodi quae ingressurum iter imperatorem significarent. Quibus rebus ab ipsis a quibus fuerat postulata, intermissa legatio est.

Cap. 25. Reus mihi videbar speratae meae praesentiae nec impletae: sed utinam viventi tibi hunc deberem reatum! Excusarem quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem litteras, quod non potuissem propriis animalibus [5]) occurrere, etiamsi iter ingressus essem. Itaque securus veniae, dum dies subduco, adventus tui iter lego [6]); ecce rescriptum [7]) accipio, ut sine mora pergendum putarem, eo quod vadem fidei tuae habere me apud Comitem [8]) tuum velles. Num restiti? num moratus sum? Additur eo, ut properarem ocius, nec arbitrarer causam itineris mei synodum Gallorum esse episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaveram, sed ut ipse baptizaretur.

Cap. 26. In ipso egressu gestarum iam rerum indicia potui cognoscere, sed properandi studio nihil advertere poteram. Iam superabam Alpium iuga, et ecce nuntius amarus mihi et omnibus de tanti morte imperatoris. Reflexi iter et fletibus meis lavi. Quibus ego votis omnium proficiscebar? quo gemitu omnium revertebar? non enim imperatorem sibi, sed salutem ereptam putabant. Quanto ipse angebar dolore? primum quod tantus princeps, quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego aestus eius illo biduo fuisse comperi, quo litteris quas ad me miserat, supervixit? Vesperi profectus est silentiarius [9]), tertio die mane quaerebat iamne remeasset, iamne venirem: ita sibi salutem quamdam venturam arbitrabatur.

Cap. 27. O iuvenis optime, utinam te viventem invenire potuissem, utinam te dilatio aliqua meo reservasset adventui! Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atque prudentia; sed

[1]) honorati, лица, отправлявшія какія либо высшія должности и пользовавшіяся вслѣдствіе сего почетомъ.
[2]) sc. Italiae.
[3]) = superfluc.
[4]) разумѣются особыя станціи, устраивавшіяся на пути для отдохновенія императора.
[5]) на собственныхъ лошадяхъ.
[6]) т. е. dum profectionem meam procrastino, lego te iter ingressum esse, ut ad nos venires.
[7]) = epistolam.
[8]) вдѣсь разумѣется Арбогастъ.
[9]) silentiarii назывались особые придворные чиновники, пользовавшіеся большимъ кредитомъ и употреблявшіеся для исполненія различныхъ порученій. Они имѣли титулъ spectabiles.

quanta ego cura inter te et Comitem tuum, quanta sedulitate concordiam et gratiam refudissem? Quam me ipsum pro tua obtulissem fide, quam in me ipsum eos recepissem, quibus ille se timere dicebat? Certe si Comes non esset inflexus, tecum remansissem. Praesumebam de te, quod ipse me audires, si pro te non esse auditum videres.

Cap. 28. Multa habueram, quae tenerem, nunc nihil habeo praeter lacrimas et fletus. Quotidie mihi maior ad dolorem es, crescis ad gemitum. Omnes quanti me feceris protestantur [1]); omnes absentiam meam causam tuae mortis appellant. Sed non sum Elias, non sum propheta, ut potuerim futura cognoscere; sed sum vox clamantis in gemitu, quo possim deflere praeterita. Quid enim habeo quod melius faciam, quam ut tibi lacrimas pro tanto tuo in me affectu rependam? Ego te suscepi parvulum, cum legatus ad hostem tuum [2]) pergerem; ego Iustinae maternis traditum manibus amplexus sum; ego tuus iterum legatus repetivi Gallias, et mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, et iam pro fraternae sepulturae honore sollicitus.

Cap. 29. Sed revertamur ad Threnos, et ipsa doloris ingrediamur viscera [3]): Quid testabor, inquit, tibi, aut quid assimilabo tibi, filia Hierusalem? Quis salvum te faciet et quis consolabitur te, virgo filia Sion? Quia magna facta est super te contritio tua. Quis sanabit te [4])? Quis autem me consolabitur a quo alii petunt consolationis officium? Implevit me amaritudine, inebriavit me felle [5]). Ventrem meum doleo [6]), ut prophetico utar eloquio, quoniam quem in Evangelio eram generaturus [7]), amisi.

Cap. 30. Sed ille non amisit gratiam, quam poposcit [8]), qui mihi in sermone, quo utebar ad plebem, hodie resurrexit [9]). Nam cum in tractatum incidissem propositae lectionis [10]), quod populus pauper benediceret Deum [11]), quaerere coepi, quis esset hic populus, et distinguere quod esset populus, alter dives, alter pauper: dives Iudaeorum, pauper ecclesiae: dives ille eloquiis [12]) sibi creditis, iste

[1]) protestari, διαμαρτύρεσθαι.
[2]) къ Максиму.
[3]) viscera doloris = intimum dolorem.
[4]) Плачъ Іерем. 2. 13. Cui comparabo te vel cui assimilabo te, filia Hierusalem? cui exaequabo te et consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua; quis medebitur tui?
[5]) Плачъ 3. 15. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio.
[6]) Іерем. 4. 19.
[7]) черезъ крещеніе.
[8]) = petivit.
[9]) Слѣдовательно, въ тотъ день, какъ была произнесена эта рѣчь, св. Амвросій поучалъ народъ объясненіемъ Евангелія.
[10]) евангельскаго чтенія.
[11]) Acc. при benedico свойственъ лишь позднѣйшей Латыни.
[12]) sc. divinis.

pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper, quia congregatus a paupere est, illo videlicet, qui pauper factus est, cum dives esset, ut nos eius inopia ditaremur: exinanivit enim se, ut omnes repleret [1]).

Cap. 31. Sed quomodo pauper qui habebat aeternitatis divitias et plenitudinem divinitatis? Denique in carne erat et dicebat: Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis [2]). Et alibi ad Petrum dicit: Tibi dabo claves regni caelorum [3]). Hic ergo pauper, qui regnum caeleste donabat? Sed audi quomodo pauper: Tollite, inquit, iugum meum super vos, quia mitis sum et humilis corde [4]). Ideo et populus eius pauper est, non indigentia, quem divite illo populo video ditiorem; non solum enim oracula prophetarum, sed etiam apostolorum meruit divino fusa spiritu habere praecepta.

Cap. 32. Non ergo inopia pauper, sed pauper spiritu, cui dictum est: Beati pauperes spiritu, ipsorum est enim regnum caelorum [5]). Vere beati pauperes, qui acceperunt quod divites non habebant. Ex hoc numero est ille propheticus pauper, de quo scriptum est: Iste pauper clamavit et Dominus exaudivit eum [6]). Ex hoc populo ille, qui ait: Argentum et aurum non habeo, sed quod habeo, hoc do tibi: In nomine Iesu Nazareni surge et ambula [7]). Ille ergo pauper auctor populi pauperis dicit: Deus, laudem meam ne tacueris; quoniam os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt super me lingua dolosa et sermonibus odii circumdederunt me et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam [8]). Bonum scutum oratio, quo omnia adversarii ignita spicula repelluntur [9]). Orabat ergo Dominus Iesus, et eius imitator Valentinianus orabat.

Cap. 33. Sed forte dicatur: Quid ei profuit sua oratio? Ecce in primo vitae occidit cursu. De celeritate mortis, non de genere loquor; non enim accusationis voce utor sed doloris. Sed etiam Dominus orabat, et crucifixus est; hoc enim orabat, ut peccatum mundi tolleret. Audiamus ergo quid oret Christi discipulus: utique quod magister docuit. Docuit autem ut vigilemus et oremus, ne ingrediamur in tentationem, hoc est, ne incidamus in peccatum. Haec est

[1]) 2 Коринѳ. 8. 9.
[2]) Матѳ. 26. 64. Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei.—Amodo = ἀπ' ἄρτι.
[3]) Матѳ. 21. 19.
[4]) Матѳ. 11. 29. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde.
[5]) Матѳ. 5. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
[6]) Псал. 31. 7.
[7]) Дѣян. 3. 6. Argentum et aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula.
[8]) Псал. 108. 2 и сл. Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.
[9]) Ефес. 6. 16.

enim tentatio christiani, si in suae animae periculum prolabatur; mortem autem timere non est perfectionis.

Cap. 34. Rogare autem quis [1]) debet et pro inimicis suis, orare etiam pro persequentibus, sicut Dominus orabat, dicens: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt [2]). Vide clementiam magnam. Illi suum persequebantur auctorem, ipse adversariis etiam gravia peccata donabat [3]); quin etiam ignorantiae velamine excusabat admissum dicens: Quia nesciunt quid faciunt; nam si scirent, Dominum non persequerentur suum, in cuius potestate ac iure salutem esse suam arbitrarentur. Et quia non sola Christi persecutores eius erant morte contenti, addebant maledicta atque convitia, ut ait ipse: Maledicent ipsi, et tu benedices [4]). Docuit non quod timere maledicta persequentium minime debeamus, cum habeamus benedictionis auctorem, nec movere nos convitia debeant, ubi praesul est qui possit auferre maledicta.

Cap. 35. Quid illud quod mori non timuit? Imo pro omnibus se obtulit dicens, quod frustra innoxii in invidiam vocarentur, quod frustra propter se alii periclitarentur, sibique potius mortem optabat, ne ipse aliis causa mortis esset. Hoc est illud evangelicum Domini in ipsa sui captione dicentis: Si me quaeritis, sinite hos abire [5]). Occidit itaque pro omnibus quos diligebat, pro quo amici sui parum putabant, si omnes perirent.

Cap. 36. Advertimus [6]) quem circa [7]) amicos suos habuerit animum, quem erga germanas suas [8]) habuerit affectum consideremus. In ipsis requiescebat, in ipsis se consolabatur, in ipsis relaxabat animum et fessa curis corda [9]) mulcebat. Rogabat eas, ut si quo pueritiae suae lapsu, si sermone aliquo offensae a fratre viderentur, ignoscerent, veniam sibi a Domino Deo deprecarentur. Manus, capita sororibus osculabatur, immemor imperii, memor germanitatis, et quanto magis aliis potestatis iure praestaret, hoc se magis humilem sororibus exhibebat. Rogabat ut non meminissent iniuriae, meminissent gratiae.

Cap. 37. Acciderat ut quoddam de earum possessione audiret [10]) negotium; tantus enim erat, ut etiam in causa sororum aequus fore arbiter a provincialibus aestimaretur: quod etsi circa [11]) sanctas ne-

[1]) = quisque.
[2]) Лук. 23. 34.
[3]) = remittebat, condonabat.
[4]) Псал. 108. 28. Maledicent illi, et tu benedices.
[5]) Іоан. 18. 8.
[6]) = animadvertimus.
[7]) = erga.
[8]) У Валентиніана было три сестры: Iusta, Grata и Galla; изъ нихъ послѣдняя, вышедшая замужъ за Ѳеодосія, умерла еще при жизни брата.
[9]) риторическое plural.
[10]) въ качествѣ рѣшающаго судьи.
[11]) = in.

cessitudines suas caritate propenderet, tamen pietatem suam iustitia temperaret. Audivit negotium non de iure sed de possessione praedii. Hinc pietas pro orphani [1]) causa certabat, ut pro eo apud ipsas interveniret sorores. Remisit ad iudicem publicum negotium, ne aut ius aut pietatem laederet. Privatim tamen, quantum ex proposito [2]) nobilium puellarum advertimus, pium sanctis sororibus impressit affectum, ut concedendi praedii voluntatem haberent, indicium darent [3]). Vere dignae tanto fratre germanae, quae id quod mater sibi reliquerat, mallent de suo potius iure laxare [4]), quam fratrem in sua causa verecundiam sustinere [5]).

Cap. 38. Haec est vobis, sanctae animae, hereditas pretiosior fraternae laudis et gloriae, his vos pius frater nobiliores et ditiores reddidit, qui caput vestrum non gemmis onerabat, sed osculis, manus vestras non tam regalibus ambiebat insignibus [6]), quam imperatorio ore lambebat [7]). In vestrae fructu [8]) praesentiae omne ponebat solatium, ut nec ipsam nimie desideraret uxorem. Ideo nuptias differebat, quia plus eum vestrae gratiae pascebat [9]) affectus. Haec vobis desiderio amplius, quam dolori sint, ut fraterna gloria plus reficiat mentem, quam dolor torqueat. Pascunt frequenter et lacrimae et mentem allevant, fletus refrigerant pectus et moestum solantur affectum.

Cap. 39. Durum quidem funus videtis; sed stabat et sancta Maria iuxta crucem filii, et spectabat virgo sui unigeniti passionem. Stantem illam lego, flentem non lego. Unde dixit ei filius: Mulier, ecce filius tuus. Et discipulo dixit: Ecce mater tua [10]), hereditatem illis caritatis suae et gratiae derelinquens. In quo vobis, pia pignora, quoniam fratrem vestrum servare propter mea peccata non merui, affectum paternum exhibere desidero. Illum intueor in vobis, illum teneo, illum puto esse mihi praesentem; imo utrumque germanum [11]), quos velut oculos mihi effossos arbitror. Felicius episcopos persequuntur imperatores, quam diligunt. Quanto mihi beatius Maximus minabatur [12]). In illius odio laus erat, in horum amore supplicii feralis hereditas [13]).

---

[1]) = ὀρφανός, сирота.
[2]) propositum здѣсь вообще образъ дѣйствій въ данномъ случаѣ.
[3]) indicium dare, въ юридической терминологіи—дать награду за объявленіе на судѣ. Здѣсь же просто: наградить, подарить.
[4]) laxare de suo iure = отказаться отъ своего права.
[5]) вслѣдствіе пристрастнаго рѣшенія.
[6]) разумѣются браслеты и перстни, составлявшіе особое украшеніе лицъ, принадлежавшихъ къ царствующему дому. Ambire = circumdare.
[7]) = osculabatur.
[8]) fructus здѣсь = пріятность.
[9]) = recreabat.
[10]) Іоан. 19. 26. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.
[11]) Граціана и Валентиніана.
[12]) Вѣроятно, когда онъ прибылъ въ Миланъ, откуда бѣжали Юстина и Валентиніанъ.
[13]) т. е. ненависть Максима къ Амвросію служила хвалою послѣднему; а любовь Граціана и Валентиніана, вслѣдствіе ихъ преждевременной кончины (supplicium ferale), возбуждала въ немъ непрерывавшуюся скорбь (hereditas supplicii).

Utinam, filii, pro vobis licuisset hunc spiritum fundere! Compendium doloris inveneram [1]) et gloriosius mihi fuerat pro tantis obire pignoribus.

Cap. 40. Sed ad vestram, sanctae filiae, consolationem revertar, quamvis rerum gestarum [2]) acerbitas vim omnem consolationis absorbeat. Quae si brevis sit, nihil affert quo moestum affectum demulceat, sin prolixior, longiorem affert admonitionem doloris. Quo enim prolixior fueris, hoc magis in consolando afficies eum quem consolari velis et diutius moerorem eius tenebis.

Cap. 41. Non igitur velut penicillo [3]) quodam sermonis mei vestras abstergam lacrimas; neque enim id facere vellem, etiamsi possem: est enim piis affectibus quaedam etiam flendi voluptas et plerumque gravis lacrimis evaporat [4]) dolor. Sed id postulo, ne vel infixum pectori vestro fratrem duris gemitibus revellatis [5]), vel avertatis planctibus, vel requiescentem excitetis. Ille vobis maneat in corde, ille vivat in pectore, ille amplexibus piis haereat, ut solebat; ille fraterna oscula premat [6]), ille semper in oculis sit, semper in osculis, semper in alloquiis, semper in mentibus: ille iam talis, ut ei nihil timeatis sicut ante. Obliviscamini eius aerumnam, teneatis gratiam. Ille vobis auxiliaturus speretur, ille noctibus praesul [7]) assistat, illum a vobis iam nec somnus excludat. Propter ipsum delectet quies, ut vobis gratior revertatur. In vobis est, filiae, ut fratrem vobis iam nemo possit auferre.

Cap. 42. Sed corpus eius tenere desideratis, tumulum circumfusae tenetis. Ille tumulus fratris vobis habitatio sit, ille sit aula palatii, in quo cara vobis membra requiescent.

Cap. 43. Quod si me ad illum revocatis dolorem, quod cito excessit e vita, nec ego abnuo immatura obisse aetate, quem nostrae vitae temporibus fulcire cuperemus, ut de nostris annis viveret, qui fungi non potuit suis [8]).

Cap. 44. Sed quaero utrum aliquis sit post mortem sensus, an nullus? Si est, vivit; imo quia est, vita iam fruitur aeterna. Quomodo enim non habet sensum, cuius anima vivit, et viget, et remeabit ad corpus; et faciet illud, cum refusa fuerit, reviviscere? Clamat apostolus: Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut et ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus illos qui

---

[1]) = invenissem—fuisset.
[2]) = событія.
[3]) = spongia.
[4]) испаряться.
[5]) ибо степанія и другіе признаки отчаянной скорби могли оскорбить покойнаго.
[6]) = imprimat.
[7]) покровитель, защитникъ.
[8]) ср. Tertull. Apolog. 35: de nostris annis tibi Iuppiter augeat annos—восклицаніе народа Цезарю, при раздачѣ хлѣба (congiarium).

dormierunt per Iesum, adducet cum eo [1]). Manet ergo eos vita, quos manet resurrectio.

Cap. 45. Quod si gentes, quae spem resurrectionis non habent, hoc uno se consolantur, quod dicant quod nullus post mortem sensus sit defunctorum ac per hoc nullus remaneat sensus doloris: quanto magis nos consolationem recipere debemus, quia mors metuenda non sit, eo quod finis sit peccatorum, vita autem desperanda non sit, quae resurrectione reparatur? Iob quoque docet nec mortem timendam et potius optandam piis, dicens: Utinam in inferno me custodires et absconderes me, donec mitigetur ira tua, et constituas mihi tempus, in quo memor sis mei. Si enim mortuus fuerit homo, vivet. Consummans dies vitae meae sustinebo, donec iterum fiam. Tunc vocabis et ego tibi oboediam: opera autem manuum tuarum ne despicias [2]).

Cap. 46. Esto tamen, dolendum sit quod primaeva obierit aetate; gratulandum tamen quod virtutum stipendiis veteranus decesserit. Tanta enim fuit emendatio vitae eius in illo omnibus lubrico adolescentiae tempore, tanta laus morum eius, ut omnem memoriam doloris abducat. Quod enim obiit, fragilitatis est, quod talis fuit, admirationis. Quam beata fuisset respublica, si eum diutius servare potuisset! Sed quia vita sanctorum non hic in terris est, sed in caelo (iustis enim vivere Christus et mori lucrum, quia dissolvi et cum Christo esse multo melius) [3]), dolendum est quod nobis cito raptus sit, consolandum quod ad meliora transierit.

Cap. 47. Denique David moriturum filium flebat, mortuum non dolebat [4]). Flebat ne sibi eriperetur, sed flere desivit ereptum, quem sciebat esse cum Christo. Et ut scias verum esse quod assero, incestum Ammon filium flevit occisum [5]), parricidam Abessalon doluit interemptum dicens: Filius meus Abessalon, filius meus Abessalon [6]), innocentem filium non putavit esse lugendum, quia illos sibi periisse pro scelere [7]), hunc pro innocentia credidit esse victurum.

Cap. 48. Nihil ergo habetis quod gravissime doleatis in fratre: homo natus est, humanae fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redemit

[1]) 1 Солун. 4. 12 и сл. Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

[2]) Іовъ 14. 13 сл. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? cunctis diebus quibus nunc milito, exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

[3]) Филиппис. 1. 21. 23. Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum... desiderium habens dissolvi et esse cum Christo, multo magis melius.

[4]) 2 Цар. 12. 20.

[5]) 2 Цар. 13. 36.

[6]) 2 Цар. 18. 33.

[7]) = ob scelus, такъ же, какъ и ниже: pro innocentia = ob innocentiam.

a morte, non dives, non ipsi reges; imo ipsi gravioribus subiacent. Iob dixit: Numerati anni dati sunt potenti, timor autem eius in auribus eius; quando videtur habere pacem, tunc veniet eius eversio [1]). Vobis quoque ipsis tam acerba incidisse patienter ferre debetis, quae videtis vobis communia esse cum sanctis. Etiam David amissis filiis destitutus est: optasset illos tales obire, qualis vobis frater ereptus est; ille crimina doluit, non exitum filiorum.

Cap. 49. Sed esto: fuerit ingemiscendum. Quousque luctus tempora protrahuntur? Duorum mensium curricula in fraterni funeris [2]) quotidiano clausistis [3]) amplexu. Sola in scripturis Iephte filia fletus sui tempora postulavit, cognito quod pater eius profecturus ad praelium voverat, quia id rerum potitus offerret Domino, quod sibi primum occurreret. Post victoriam revertenti occurrit filia, gnara pietatis, ignara promissi. Vidit eam et ingemuit pater, dicens: Heu me, filia, impedisti me, in stimulum doloris facta es mihi. Ego enim aperui os meum de te ad Dominum, et non potero avertere. Illa dixit ad eum: Pater, si in me aperuisti os tuum, fac mihi ut exiit de ore tuo [4]). Et iterum dixit: Sine me mensibus duobus, et vadens flebo in montibus super virginitatem meam ego et compares amicae meae [5]). Itaque duobus exactis regressa mensibus, sacrificii munus implevit, quae decreto populi Israël quaternis in anno diebus ab eiusdem plebis feminis deplorabatur.

Cap. 50. Ad deflendum igitur suae virginitatis florem duos sat esse menses Iephte filia iudicavit, et adhuc [6]) non venerat resurrectio; et hoc spatio temporis satis putavit a paucis se esse defletam; vobiscum omnes populi defleverunt, omnes ingemuerunt provinciae; et adhuc parva putatis vestra haec esse supplicia [7])? Si fratrem vestro redimere possetis exitio, nollet tamen ille vestra afflictione resuscitari; quia se melius vivere credidit in vobis, qui optavit potius se ipsum mori, quam vestram videre iniuriam, qui pro vobis se libenter fuit paratus offerre, qui ipso nostri doloris [8]) die dicitur hanc solam emisisse vocem: Vae miseris sororibus meis! Itaque magis vestram destitutionem, quam suam mortem dolebat.

Cap. 51. Sed audio vos dolere, quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi

[1]) Іовъ 15, 20. Cunctis diebus suis impius superbit et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.

[2]) funus = cadaver.

[3]) claudere curricula = implere spatium.

[4]) Суд. 11. 35. Heu me, filia mea, decepisti me et ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad Dominum et aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es.

[5]) Суд. 11. 37. Dimitte me, ut duobus mensibus circumeam montes et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

[6]) = etiam tum.

[7]) = fletus.

[8]) день, въ который возбуждена наша скорбь, есть день его кончины.

petitio? Atquin etiam dudum hoc voti habuit, ut et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit; et ideo prae ceteris causis me arcessendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit, non habet quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit. Et unde illud est: Iustus quacumque morte praeventus fuerit, anima eius in requie erit [1]).

Cap. 52. Solve igitur, Pater sancte, munus servo tuo, quod Moyses quia in spiritu vidit, accepit, quod David, quia ex revelatione cognovit, emeruit. Solve, inquam, servo tuo Valentiniano munus, quod concupivit, munus quod poposcit [2]) sanus, robustus, incolumis. Si affectus aegritudine distulisset, tamen non penitus a tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis esset non voluntate fraudatus. Solve ergo servo tuo munus gratiae tuae quam ille numquam negavit, qui ante diem mortis templorum [3]) privilegia denegavit, his urgentibus quos revereri posset. Adstabat virorum caterva gentilium, supplicabat senatus: non metuebat hominibus displicere, ut tibi soli placeret in Christo. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam?

Cap. 53. Aut si quia solemniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet? ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur; non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur [4]) sanguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas.

Cap. 54. Ne, quaeso, eum, Domine, a fratre seiungas, nec iugum [5]) hoc piae germanitatis patiaris abrumpi. Hic tuus iam, et tuo iudicio vindicatus [6]), periclitatur amplius [7]) Gratianus, si separetur a fratre, si non mereatur esse cum eo, per quem meruit vindicari. Quas ille nunc manus ad te, Pater, erigit? quas pro fratre preces fundit? quo ei inhaeret amplexu? quemadmodum sibi eum non patitur avelli?

Cap. 55. Adest etiam pater, qui militiam sub Iuliano et tribunatus honores fidei amore [8]) contempsit. Dona patri filium, fratri germanum suum, quorum utrumque imitatus est: alterum fide, alterum devotione pariter atque pietate in templorum privilegiis denegandis. Quod patri defuerat adiunxit, quod frater constituit custodivit. Et huic adhuc intercessionem adscisco, cui remunerationem praesumo.

---

[1]) Премудр. 4. 7. Iustus autem si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit.
[2]) = petivit.
[3]) разумѣются языческіе храмы.
[4]) = baptizantur.
[5]) иго здѣсь въ см. соединенія (сл. con-iugium).
[6]) за котораго Ты отомстилъ Твоимъ судомъ.
[7]) amplius periclitatur = maius quam in vita periculum subit.
[8]) Валентиніанъ I служилъ при Юліанѣ Отступникѣ въ военной службѣ и занималъ должность военнаго трибуна (tribunus militum). Онъ отказался отъ нея, не желая поклоняться идоламъ.

Cap. 56. Date manibus sancta mysteria [1]), pio requiem eius poscamus affectu. Date sacramenta caelestia, animam nepotis nostris oblationibus prosequamur. Extollite populi mecum manus in sancta, ut eo saltem munere vicem eius meritis rependamus [2]). Non ego floribus tumulum eius aspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam. Spargant alii plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus. Hoc reliquias eius sacrabo, hoc eius commendabo gratiam. Numquam ego piorum fratrum separabo nomina, merita discernam. Scio quod Dominum commemoratio ista conciliet et copula ista delectet.

Cap. 57. Nec putet aliquis quicquam meritis eorum obitus celeritate detractum. Raptus est Enoch [3]), ne malitia mutaret cor eius [4]), et Iosias decimo octavo anno regni sui ita Domini pascha celebravit, ut omnes retro principes devotione superaret, nec diutius suae fidei meritis supervixit; imo quia plebi Iudaeae grave imminebat exitium, rex iustus ante sublatus est [5]). Metuo ergo, ne et tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus, ut octavo decimo regni tui anno imminentis mali acerbitatem, quasi iustus, evaderes.

Cap. 58. Sed iam cara mihi complectar viscera [6]) et debito condam sepulcro; prius tamen singula membra perspiciam. Valentinianus meus, iuvenis meus, et candidatus et rubeus [7]), habens in se imaginem Christi; talibus enim prosequitur ecclesia in Canticis Christum. Nec iniuriam putes: charactere [8]) Domini inscribuntur et servuli et nomine imperatoris signantur milites. Denique et ipse Dominus dixit: Nolite tangere Christos meos [9]), et vos estis lux mundi [10]). Et Iacob dixit: Iuda, te laudabunt fratres tui [11]). Ad filium loquebatur, et Dominum revelabat. Et de Ioseph dictum: Filius meus ampliatus Ioseph [12]), et Christum significabat.

Cap. 59. Licet ergo et mihi charactere Domini signare servulum: Iuvenis meus candidus et rubeus, electus e decem millibus [13]). Electus est filius meus, cum post mortem patris, parvulus adsciscc-

---

[1]) Намекъ на извѣстное мѣсто изъ Енеиды (VI, 883): manibus date lilia plenis Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis et fungar inani Munere.
[2]) Псал. 133. 2.
[3]) Быт. 5. 24.
[4]) Прем. 4. 11.
[5]) 4 Цар. 23. 21.
[6]) = membra.
[7]) Пѣснь П. 5. 10. dilectus meus candidus et rubicundus.
[8]) = nota. Иногда на рабахъ находилось клеймо съ именемъ или шифромъ ихъ господина, для того, чтобы ихъ не могъ присвоить себѣ кто либо другой. Подобное же клеймо съ шифромъ полководца бывало иногда и на солдатахъ для предупрежденія ихъ дезертирства.
[9]) Псал. 104. 15.
[10]) Матѳ. 5. 14.
[11]) Быт. 49. 8.
[12]) Быт. 49. 22. Filius accrescens Ioseph.
[13]) Пѣснь П. 5. 10.

retur imperio. Caput eius aurum cephas [1]), oculi eius sicut columbae super abundantiam aquarum [2]). Ibi enim sedimus et flevimus [3]), dixerunt qui inde venerunt.

Cap. 60. Venter eius pyxis eburnea [4]), qui reciperet oracula scripturarum, ut posset dicere: Ventrem meum doleo [5]), sicut dixit propheta; dicit enim haec, qui imitator est Christi.

Cap. 61. Genae eius sicut phialae aromatis [6]), quibus Christi influebat unguentum.

Cap. 62. Labia eius sicut lilia distillantia myrrha plena. Manus eius tornatae, aureae, plenae Tharsis [7]); eo quod in verbis eius iustitia refulgeret, in factis et operibus reniteret gratia, in quo et plenum virtutis et auctoritatis regalis esset alloquium, nec inflexa aliquo mortis terrore constantia, et factorum pretiosa et emendata correctio; omnis enim bonus operarius manus Christi est.

Cap. 63. Fauces eius dulcedines et totus desiderium [8]). Quam dulcia enim omnia iudicia eius universorum faucibus [9]) adhaeserunt! Quanta gratia sermones ipsius singuli recensentur! Quemadmodum, fili, desideraris a populis! Mihi certe impressisti, quae pectore teneo verba illa postrema quibus me vadem tuum fieri postulabas. Reliquisti ipse de me testimonium iudicii gloriosi. Ego tibi fidem meam exhibere non potui, quam parabam; dixi tamen absens, et dicentem me fidem pro te Christus audivit. Tenetur in caelo sponsio mea, etsi non potui hominibus obligari.

Cap. 64. Locutus sum de corpore tuo, nunc alloquar animam tuam dignam propheticis ornamentis. Iisdem igitur utar exordiis: Quaenam est haec prospiciens sicut diluculum, speciosa ut luna, electa ut sol [10])? Videor mihi te videre fulgentem, videor audire dicentem: Diluculum mihi est, pater. Nox terrena praecessit, dies caelestis appropinquavit [11]). Prospicis nos igitur, sancta anima, de loco superiore, tamquam inferiora respiciens. Existi de tenebris istius seculi, et ut luna resplendes, ut sol refulges. Et bene ut luna, quia et ante in umbra licet istius corporis refulgebas et terrarum tenebras illuminabas, et nunc lumen a sole iustitiae mutuata clarum diem ducis.

[1]) LXX: Κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον κεφάζ, чистое золото.
[2]) Пѣснь II. 5. 11. Caput eius aurum optimum... 12. oculi eius sicut columbae super rivulos aquarum.
[3]) Псал. 136. 1.
[4]) Пѣснь II. 5. 14. Venter eius eburneus.
[5]) Іерем. 4. 19.
[6]) Пѣснь II. 5. 13. Genae illius sicut areolae aromatum.
[7]) Пѣснь II. 5. 13. 14. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureae, plenae hyacinthis. (LXX: πεπληρωμέναι Θαρσείς, усаженныя топазами).
[8]) Пѣснь II. 5. 16. Guttur illius suavissimum et totus desiderabilis.
[9]) = pectoribus, ибо fauces представляетъ проходъ въ грудь изъ горла.
[10]) Пѣснь II. 6. 9. Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?
[11]) Римл. 13. 12. Nox praecessit, dies autem appropinquavit.

Videre igitur videor te tamquam de corpore recedentem et repulsa noctis caligine surgentem diluculo sicut solem appropinquantem Deo, et rapido volatu sicut aquilam, quae terrena sunt, relinquentem.

Cap. 65. Convertere, Solamitis, convertere, et videbimus te [1]). Convertere ad nos pacifica, ut gloriam tuam sororibus tuis monstres, et incipiant se tuae quietis et gratiae securitate solari. Semel tantum ad nos convertere, ut te videamus, et rursus convertere atque ad Hierusalem illam civitatem sanctorum tota intentione festina. Aut certe quia ad animam piam Christus hoc dicit, iubet illam paulisper converti, ut nobis gloria eius appareat et requies futura cum sanctis: et postea praecipit eam ad illud supernum sanctorum festinare consortium.

Cap. 66. Quid videbitis, inquit, in Solamitide, quae venit sicut chori castrorum [2])? hoc est, in ea quae multum et adversus plurimos in corpore praeliata est. Etenim pugnavit adversus extraneos hostes, pugnavit adversus corporis fragilitates, adversus multiplices passiones. Audivit a Domino: Convertere, Solamitis. Conversa est ad pacem semel in seculo [3]), conversa est iterata communione ad gratiam Christi: et ideo pulchra conversio eius in seculo, pulcherrimus incessus eius et volatus in caelum.

Cap. 67. Unde meretur audire: Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Aminadab [4]), hoc est, filia principis; speciosos enim processus habuisti in corpore, tamquam calceamento eo usa, non ut involucro, ut quasi superior et eminentior, quo velles, tuum circumferres sine ulla offensione vestigium, vel certe sicut calceamentum illud exsolveres, sicut Moyses fecit, cui dictum est: Solve calceamentum pedum tuorum [5]).

Cap. 68. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab, ille populi princeps: Audi, filia, et vide quoniam concupivit rex speciem tuam [6]). Speciosi ergo facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Aminadab. Moduli femorum tuorum similes torquibus [7]), hoc est, consonans sibi in omnibus factis tuis gratia atque moderatio magnorum aequavit insignia triumphorum. Denique moderatione tua et tranquillitate pacifica nec Gallia hostem sensit, et Italia hostem repulit, qui eius finibus imminebat. Torques autem insignia esse victoriae dubitari

[1]) Пѣснь II. 6. 12. Revertere, revertere Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te.
[2]) Пѣснь II. 7. 1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?
[3]) Указать съ опредѣленностью, на какое обстоятельство изъ жизни Валентиніана намекаетъ здѣсь Св. Амвросій, невозможно. Можетъ быть, здѣсь имѣется въ виду желаніе Вал. принять крещеніе.
[4]) Пѣснь II. 7. 1. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Iuncturae femorum tuorum sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis.
[5]) Исх. 3. 5. Solve calceamentum de pedibus tuis.
[6]) Псал. 44. 11. Audi filia et inclina aurem tuam... et concupiscet rex decorem tuum.
[7]) Пѣснь II. 7. 1.

non potest, cum ii qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorentur [1]).

Cap. 69. Umbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens mixto. Venter tuus acervus tritici muniti inter lilia. Cervix tua sicut turris eburnea. Oculi tui sicut stagna in Esebon [2]). Bonus umbilicus animae, virtutum omnium capax, sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus. Sapientia enim in cratere miscuit vinum suum, dicens: Venite, edite panes meos, et bibite vinum, quod miscui vobis [3]). Umbilicus ergo iste tornatus omni decore virtutum non deficit mixto. Venter quoque eius non solum iustitiae velut frumentario cibo replebatur, sed etiam gratia suavitateque florebat sicut lilium. Cervix quoque eius candida et pura, iugo Christi sponte subiecta, cogitationes rationabiles, fidei odor, circumcisionis [4]) attentio [5]), ornatus capitis gloriosus, quod non regalia diademata, sed Dominici sanguinis insignia coronarent.

Cap. 70. Merito tamquam rex peccati victor et caelesti corona redimitus ascendit, cuius animae dicit Deus Verbum: Quam pulchra et suavis facta es, caritas, in deliciis tuis [6])! Pulchra per virtutis decorem, suavis per gratiam. Procera sicut palma, quae vincentis est praemium.

Cap. 71. Huic ascendenti animae Gratianus frater occurrit et complexus eam dicit: Ego fratri meo et super me conversio eius [7]); vel quod sibi eum cupiat inhaerere, vel quod pietate fraterna quasi advocatus assistat, dicens conversionem eius etiam suae gratiae praeferendam [8]).

Cap. 72. Veni, inquit, frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vineas [9]), hoc est, venisti eo ubi abundant meritorum praemia. Exeamus ergo in agrum, in quo non vacuus labor, sed fecundus proventus est gratiarum. Quod in terris seminasti, hic mete; quod ibi sparsisti, hic collige. Aut certe veni in illum agrum qui est odor Iacob, hoc est, veni in gremium

[1]) Въ числѣ т. н. dona militaria, военныхъ наградъ, дававшихся за храбрость, видное мѣсто занимали золотыя цѣпи, носящіяся на шеѣ.

[2]) Пѣснь II. 7. 2 сл. Umbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis... Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinae in Hesebon.

[3]) Притч. 9. 5. Venite, comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis.

[4]) въ переносномъ значеніи.

[5]) = внимательное ожиданіе.

[6]) Пѣснь II. 7. 6. Quam pulchra es et quam decora, carissima, in deliciis!

[7]) Пѣснь II. 7. 10. Ego dilecto meo et ad me conversio eius.

[8]) Здѣсь Св. Амвросій предполагаетъ двоякое объясненіе словъ: super me conversio eius. Первое (vel quod sibi eum cupiat inhaerere) состоитъ въ томъ, что super me = ad me и conversio принимается въ собственномъ значеніи (сл. convertere se ad quem, обращаться къ кому). Второе (dicens conversionem eius suae gratiae praeferendam) принимаетъ super me въ знач. «выше меня» и conversio, въ переносномъ зн., противополагаетъ gratia.

[9]) Пѣснь II. 7. 11. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas.

Iacob, ut sicut Lazarus pauper in Abrahae sinu, ita etiam tu in Iacob patriarchae tranquillitate quiescas; sinus enim patriarcharum recessus quidam est quietis aeternae [1]). Merito ergo Iacob ager est fructuosus, sicut Isaac patriarcha testatus est, dicens: Ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus [2]).

Cap. 73. Requiescamus, inquit, in castellis [3]), ostendens illic esse requiem tutiorem, quae septo caelestis refugii munita atque vallata non exagitetur secularium incursibus bestiarum.

Cap. 74. In foribus, inquit, nostris omnes fetus arborum: nova et vetera, frater meus, servavi tibi [4]). Quis dabit te, frater, fratrem mihi, lactentem ubera matris meae? Inveniens te foris, osculabor te; et quidem non spernent me: assumam te et inducam te in domum matris meae et in secretum eius quae concepit me. Potum dabo tibi a vino operosi unguenti, a fluxu malorum granatorum meorum. Laeva eius sub caput meum et dextera eius complectetur me [5]). Promittit fratri augustae memoriae Gratianus [6]) praesto sibi fructus diversarum esse virtutum; fuit enim et ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde. Fuit enim castus corpore, qui praeter coniugium nescierit feminae alterius consuetudinem.

Cap. 75. Ideo in foribus sedis suae habet fructus paratos nec longe petendos. Offert quae servaverit fratri nova et vetera, hoc est, et Testamenti veteris, et Evangelii sacramenta, et dicit: Quis dabit te, frater, fratrem mihi, lactentem ubera matris meae, hoc est, non quicumque te, sed Christus, illuminavit gratia spiritali: ille te baptizavit, quia humana tibi officia [7]) defuerunt. Plus adeptus es, qui minora te amisisse credebas. Quae sunt ubera ecclesiae, nisi sacramenta baptismatis? Et bene ait lactentem, quasi eum qui baptizatus lactis nivei succum requirat. Inveniens, inquit, te foris, osculabor te, hoc est, extra corpus te reperiens, osculo mysticae pacis amplectar. Nemo te spernet, nullus excludet, in penetralia te et arcana ecclesiae matris inducam et in omnia secreta mysterii, ut bibas poculum gratiae spiritalis.

Cap. 76. Amplexatus igitur fratrem, deducere eum coepit ad propriam mansionem: et quia pio officio [8]) ad ulteriora processerat,

[1]) Лук. 16. 22.

[2]) Быт. 27. 27. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

[3]) Пѣснь II. 7. 11.

[4]) Пѣснь II. 7. 14. In portis nostris omnia poma: nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

[5]) Пѣснь II. 8. 1 сл. Quis mihi det te, fratrem meum, sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris et deosculer te et iam me nemo despiciat? Apprehendam te et ducam in domum matris meae: ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum. Laeva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me.

[6]) vir (femina и т. н.) bonae, beatae memoriae, нерѣдко встрѣчается на христіанскихъ надгробіяхъ.

[7]) совершеніе таинства крещенія руками человѣческими.

[8]) т. е. erga fratrem.

cum fratre coepit ascendere, petens ut sibi et fratri maior illic caritas augeatur, eo quod vitia humana defecerant, invidia atque iactantia, quae in plerisque solent fraternae pietatis iura vacuare [1]).

Cap. 77. Videntes eos vel angeli, vel aliae animae, quaerunt ab iis, quae veluti comitatu suo fratres hos et officio deducebant [2]), dicentes: Quae est haec, quae ascendit candida, innitens super fratrem suum [3])? Ne nos quidem dubitemus de meritis Valentiniani, sed iam credamus vel testimoniis angelorum, quod detersa labe peccati, ablutus ascendit, quem sua fides lavit et petitio consecravit. Credamus et sicut alii habent, quia ascendit a deserto, hoc est, ex hoc arido et inculto loco ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre coniunctus aeternae vitae fruitur voluptate.

Cap. 78. Beati ambo [4]), si quid meae orationes valebunt! nulla dies vos silentio praeteribit, nulla inhonoratos vos mea transibit oratio, nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione [5]) transcurret: omnibus vos oblationibus frequentabo [6]). Quis prohibebit innoxios nominare? Quis vetabit commendationis prosecutione [7]) complecti? Si oblitus fuero te, sancta Hierusalem, hoc est, sancta anima, pia et pacifica germanitas, obliviscatur me dextera mea: adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non meminero Hierusalem in principio meae laetitiae [8]). Ipse me citius, quam vos obliviscar, et si vox deficiet, non deficiet gratia, quae meis est infixa praecordiis.

Cap. 79. Quomodo ceciderunt potentes? Quomodo uterque super illa Babylonis ceciderunt flumina? Quomodo rapidiora utriusque vitae fuere curricula, quam ipsius Rhodani sunt fluenta? O mihi Gratiane et Valentiniane speciosi et carissimi, quam angusto vitam fine clausistis! quam proxima vobis mortis fuere confinia! quam sepulcra vicina! Gratiane, inquam, et Valentiniane, in vestris nominibus adhaerere iuvat atque delectat in vestri commemoratione requiescere. O omnibus Gratiane et Valentiniane speciosi et carissimi! Inseparabiles in vita, et in morte non estis separati [9]). Non vos discrevit tumulus, quos non discernebat affectus. Non causa mortis separavit, quos pietas una iungebat. Non virtutum distantia dispares fecit, quos

[1]) = locum habere non sinere, сл. 79. iustitia non fuit vacua.
[2]) deducere говорится про свиту кліентовъ, провожающихъ своего патрона.
[3]) Пѣснь II. 8. 5. Quae est ista quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?
[4]) Сл. Verg. Aen. IX, 446. Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies umquam memori vos eximet aevo.
[5]) молитва будетъ не одна, но нѣсколько, соединенныхъ вмѣстѣ (contexere).
[6]) = frequenter pro vobis preces et sacrificium divinum offeram.
[7]) сл. prosequi aliquem commendatione (apud Deum).
[8]) Псал. 136. 5 сл. Si oblitus fuero tui, Hierusalem, oblivioni detur dextera mea. Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Hierusalem in principio laetitiae meae.
[9]) 2 Цар. 1. 23.

religio una fovebat. Super columbas simpliciores, super aquilas leviores, super agnos clementiores, super vitulos innocentiores [1]). Gratiani sagitta non est reversa retro [2]), et Valentiniani iustitia non fuit vacua nec inanis auctoritas. Quomodo sine pugna ceciderunt potentes [3])?

Cap. 80. Doleo in te [4]), fili Gratiane, suavis mihi valde. Plurima dedisti tuae pietatis insignia. Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meum de te plus dolebas dolorem. Doleo etiam in te, fili Valentiniane, speciosus mihi valde. Deciderat amor tuus in me, sicut amor pignoris. Tu per me putabas eripi te periculis, tu me non solum ut parentem diligebas, sed ut redemptorem tui et liberatorem sperabas. Tu dicebas: Putasne, videbo patrem meum [5])? Speciosa de me voluntas tua, sed non efficax praesumptio. Hei mihi vana spes in homine! Sed tu in sacerdote Dominum requirebas [6]). Hei mihi quod voluntatem tuam non ante cognovi! Hei mihi quod non clanculo ante misisti! Hei mihi qualia amisi pignora! Quomodo ceciderunt potentes et perierunt arma concupiscenda [7])?

Cap. 81. Domine, quia nemo habet, quod alii plus deferat, quam quod sibi optat, non me ab illis post mortem separes, quos in hac vita carissimos sensi. Domine, peto ut ubi ego fuero, sint et illi mecum [8]), ut vel illic eorum perpetua copula fruar, quia hic uti eorum diuturniore coniunctione non potui. Te quaeso, summe Deus, ut carissimos iuvenes matura resurrectione suscites et resuscites, ut immaturum hunc vitae istius cursum maturiore suscitatione compenses. Amen.

[1]) 2 Цар. 1. 23.
[2]) 2 Цар. 1. 22.
[3]) 2 Цар. 1. 27.
[4]) 2 Цар. 1. 25.
[5]) т. е. Св. Амвросія.
[6]) для принятія крещенія.
[7]) 2 Цар. 1. 27. Quomodo ceciderunt robusti et perierunt arma bellica?
[8]) Іоан. 17. 24.

4.

Нѣсколько гимновъ Св. Амвросія.

1.

Hymnus vespertinus [1]).

Deus creator omnium
Polique [2]) rector, vestiens
Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia [3]);
Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui
Mentesque fessas allevet
Luctusque solvat anxios.
Grates peracto iam die,
Et noctes exortu preces,
Voti reos [4]) ut adiuves,
Hymnum canentes solvimus.
Te cordis ima concinant,
Te vox canora concrepet,
Te diligat castus [5]) amor,
Te mens adoret sobria:
Ut, cum profunda clauserit
Diem caligo noctium,
Fides tenebras nesciat
Et nox fide reluceat.

[1]) Метръ, которымъ написанъ этотъ гимнъ, встрѣчается весьма часто въ лирической христіанской поэзіи. Это: versus dimeter iambicus acatalectus. Онъ допускаетъ во всѣхъ стопахъ, кромѣ послѣдней, три краткихъ (tribrachys), и въ нечетныхъ (pedibus imparibus)—спондей, дактиль и анапестъ. Особенно часто употребляется спондей въ 1-й и 3-й стопѣ. Такимъ образомъ схема этого стиха можетъ быть представлена слѣдующимъ образомъ:



Принадлежность этого гимна Св. Амвросію свидѣтельствуется блаж. Августиномъ Confess. 9. 12. и Бедой Достопочтеннымъ (Venerabilis 672—735) de arte metrica. ed. Colon. v. 1 p. 40.

[2]) какъ пункта, около котораго вращается небо.

[3]) = прелесть.

[4]) voti reus есть тотъ, кто обязанъ исполнить данный имъ передъ божествомъ обѣтъ; слѣд. тотъ, кто получилъ желаемое.

[5]) castus, syllaba vi arsеos producta.

Dormire mentem ne sinas,
Dormire culpa noverit,
Castos fides refrigerans
Somni vaporem temperet.
Exuta sensu lubrico
Te cordis alta somnient,
Ne hostis invidi dolo
Pavor quietos suscitet.
Christum rogemus et patrem,
Christi patrisque spiritum:
Unum potens per omnia
Fove precantes Trinitas.

2.

Hymnus matutinus [1]).

Aeterne rerum conditor,
Noctem diemque qui regis
Et temporum das tempora [2]),
Ut alleves fastidium!
Praeco diei iam sonat,
Noctis profundae pervigil,
Nocturna lux viantibus
Ac nocte noctem segregans [3]).
Hoc excitatus lucifer [4])
Solvit polum caligine;
Hoc omnis errorum [5]) chorus
Viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit
Pontique mitescunt freta;
Hoc ipsa petra ecclesiae
Canente culpam diluit [6]).
Surgamus ergo strenue,
Gallus iacentes excitat

[1]) Метръ, какъ и въ предыдущемъ. Принадлежность гимна Св. Амвросію основывается на свидѣтельствѣ блаж. Августина (Retractationes l. 21) и Беды (l. c.).

[2]) = ты даешь извѣстное распредѣленіе, чередованіе самому времени, для того, чтобы несмѣнное его теченіе намъ не прискучило.

[3]) ибо нѣтухъ поетъ еще глубокою ночью.

[4]) = φωσφόρος, утренняя звѣзда.

[5]) = преступленіе.

[6]) Матѳ. 26. 75.

Et somnolentos increpat;
Gallus negantes [1]) arguit.
Gallo canente spes redit,
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur.
Lapsis [2]) fides revertitur.
Iesu labantes respice,
Et nos videndo corrige;
Si respicis, lapsi stabunt
Fletuque culpa solvitur.
Tu lex refulge sensibus
Mentisque somnum discute:
Te nostra vox primum sonet
Et ore psallamus tibi.

3.

Ad tertiam [3]).

Iam surgit hora tertia,
Qua Christus ascendit crucem;
Nil insolens meus cogitet,
Intendat affectum precis.
Qui corde Christum suscipit,
Innoxium sensum gerit,
Votisque praestat sedulis
Sanctum mereri spiritum.
Haec hora, qua finem dedit [4])
Diri veterno criminis
Motisque regnum diruit
Culpamque ab aevo [5]) sustulit.
Hinc iam beata tempora
Coepere Christi gratia,
Fide replevit veritas
Totum per orbem ecclesias.
Celsus triumphi vertice [6])

[1]) отрицающихъ Христа, съ намекомъ на отреченіе Петрово.
[2]) о lapsi см. предисл. къ Киприану.
[3]) Метръ тотъ же. Принадлежность гимна Св. Амвросію основывается на свидѣтельствѣ Августина (de natura et gratia c. 63) и Беды (l. c.).
[4]) sc. Christus.
[5]) ab aevo замѣняетъ прилагательное: начавшійся вмѣстѣ съ вѣкомъ, т. е. первородный.
[6]) ибо на крестѣ Христосъ восторжествовалъ надъ смертію.

Matri loquebatur suae:
«En filius, mater, tuus,
Apostole, en mater tua» [1]);
Praetenta nuptae foedera
Alto docens mysterio [2]),
Ne virginis partus sacer
Matris pudorem laederet.
Cui [3]) fidem caelestibus
Iesus dedit miraculis,
Nec credidit gens impia:
Qui credidit, salvus erit.
Nos credimus natum Dei
Partumque virginis sacrae,
Peccata qui mundi tulit
Ad dexteram sedens patris.

4.

De adventu Domini [4]).

Veni redemptor gentium,
Ostende partum virginis,
Miretur omne seculum:
Talis decet partus Deum.
Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine
Verbum Dei factum est caro
Fructusque ventris floruit.
Alvus tumescit virginis
Claustrum pudoris permanet;
Vexilla virtutum micant [5]),
Versatur in templo Deus.
Procedit e thalamo suo

[1]) Ioan. 19. 26. 27.
[2]) = глубокою тайною (своего рожденія) обнаруживая, объявляя таинственный (praetenta) бракъ своей матери (nuptae).
[3]) т. е. et gens impia, cui Iesus dedit fidem... non credidit.
[4]) Метръ тотъ же. Принадлежность гимна Св. Амвросію основывается на свидѣтельствахъ: Августина (Serm. 372), папы Целестина (V в. Baluzii Nov. collect. Concil. p. 379) и Кассіодора (in psalmos 8 и 71). Adventus въ латинской церкви и доселѣ называется время—около 4 недѣль—предшествующее празднику Рождества Христова.
[5]) См. de institutione virginis 5. 35. Egregia igitur Maria, quae signum sacrae virginitatis extulit et intemeratae integritatis pium Christo vexillum erexit.

Pudoris aula regia [1]),
Geminae gigas substantiae [2]),
Alacris ut currat viam [3]).
Egressus eius a patre,
Regressus eius ad patrem,
Excursus usque ad inferos,
Recursus ad sedem Dei.
Aequalis aeterno patri
Carnis tropaeo cingere [4]),
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti [5]).
Praesepe iam fulget tuum
Lumenque nox spirat novum,
Quod nulla nox interpolet [6])
Fideque iugi luceat.

5.

Hymnus matutinus tempore paschali [7]).

O rex aeterne domine,
Rerum creator omnium,
Qui eras ante secula
Semper cum patre filius.
Qui mundi in primordio
Adam plasmasti [8]) hominem,
Cui tuae imagini
Vultum dedisti similem.
Quem diabolus deceperat,
Hostis humani generis,
Cuius tu formam corporis
Assumere dignatus es:
Ut hominem redimeres,

[1]) ibid. 12. 79. Aula regalis est Virgo.
[2]) = ὑπόστασις.
[3]) См. de incarnationis dominicae sacramento 5. 35. Quem (Christum) quasi gigantem sanctus David propheta describit, eo quod biformis geminaeque naturae unus sit consors divinitatis et corporis; qui tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exsultavit tamquam gigas ad currendam viam (Псал. 18. 6).
[4]) imperativ. Tropaeum carnis=побѣдоносная, торжествующая надъ смертью черезъ воскресенье, плоть.
[5]) = perpetua.
[6]) = прерывать. Срвн. fide iugi.
[7]) Метръ тотъ же. Принадлежность гимна Св. Амвросію свидѣтельствуется Бедой (l. c).
[8]) = formasti; сл. πλασμάζειν.

Quem ante iam plasmaveras,
Et nos Deo coniungeres
Per carnis contubernium.
Quem editum ex virgine
Pavescit omnis anima,
Per quem et nos resurgere
Devota mente credimus.
Qui nobis per baptismata [1])
Donasti indulgentiam,
Qui tenebamur vinculis
Ligati conscientiae.
Qui crucem propter hominem
Suscipere dignatus es,
Dedisti tuum sanguinem
Nostrae salutis pretium.
Nam velum templi scissum est
Et omnis terra tremuit,
Tunc multos dormientium
Resuscitasti Domine [2]).
Tu hostis antiqui vires
Per crucem mortis conteris,
Qua nos signati frontibus
Vexillum fidei ferimus.
Tu illum a nobis semper
Repellere dignaberis,
Ne umquam possit laedere
Redemptos tuo sanguine;
Qui propter nos ad inferos
Descendere dignatus es,
Ut mortis debitoribus
Vitae donares munera.
Tibi nocturno tempore
Hymnum deflentes canimus,
Ignosce nobis Domine,
Ignosce confidentibus.
Quia tu ipse iudex es,
Quem nemo potest fallere,
Secreta conscientiae
Nostrae videns vestigia;
Tu nostrorumque pectorum
Solus investigator es,
Tu vulnerum latentium

[1]) Множественное потому, что таинство крещенія совершается надъ каждымъ человѣкомъ въ отдѣльности.
[2]) Матѳ. 27. 51. 52.

Bonus assistens medicus.
Tu es qui certo tempore
Daturus finem seculi,
Tunc et cunctorum meritis
Iustus remunerator es.
Te ergo Sancte quaesumus,
Ut nostra cures vulnera,
Qui es cum patre filius
Semper cum sancto spiritu.

6.

De martyribus [1]).

Aeterna Christi munera
Et martyrum victorias
Laudes ferentes debitas
Laetis canamus mentibus.
Ecclesiarum principes,
Belli triumphales duces,
Caelestis aulae milites
Et vera mundi lumina.
Terrore victo seculi
Poenisque spretis corporis
Mortis sacrae compendio [2])
Vitam beatam possident.
Traduntur igni martyres
Et bestiarum dentibus;
Armata saevis ungulis
Tortoris insanit manus.
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur;
Sed permanent immobiles
Vitae perennis gratia.
Devota sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem [3]).
In his paterna gloria,

[1]) Метръ тотъ же. Приводится, какъ Амвросіевъ, Бедой l. c.
[2]) = пѣна.
[3]) = diabolum. См. Іоан. 14. 30; 16. 11. Triumphare aliquem = de aliquo.

In his voluntas spiritus,
Exsultat in his filius,
Caelum repletur gaudiis.
Te nunc redemptor quaesumus,
Ut ipsorum consortio
Iungas precantes servulos
In sempiterna secula.

7.

Hymnus SS. Ambrosii et Augustini pro gratiarum actione [1]).

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur;
Te aeternum patrem omnis terra veneratur;
Tibi omnes angeli, tibi caeli et universae potestates;
Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth,
Pleni sunt caeli et terra maiestatis gloriae tuae.
Te gloriosus apostolorum chorus,
Te prophetarum laudabilis numerus,
Te martyrum candidatus laudat exercitus,
Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia:
Patrem immensae maiestatis,
Venerandum tuum verum et unicum filium
Sanctum quoque paraclitum [2]) spiritum.
Tu rex gloriae Christe,
Tu patris sempiternus es filius,
Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum,
Tu devicto mortis aculeo [3]) aperuisti credentibus regna caelorum,
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria patris,
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti;
Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari,
Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae,
Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

---

[1]) О принадлежности этого гимна Св. Амвросію см. Филарета Уч. объ отцахъ. Т. 2, стр. 231.
[2]) paraclitus, paracletus, παράκλητος, advocatus, rogatus ut faveat, deprecator, consolator, defensor.
[3]) Сл. 1 Кор. 15. 55.

Per singulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tuum in seculum et in seculum seculi.
Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine, miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te,
In te, Domine, speravi—non confundar in aeternum. Amen [1]).

---

[1]) Для сравненія приводимъ гимнъ Св. Григорія Назіанзина, послужившій источникомъ для Св. Амвросія.

Σὲ τὸν ἄφθιτον μονάρχην
Δὸς ἀνυμνεῖν, δὸς ἀείδειν,
Τὸν ἄνακτα, τὸν δεσπότην,
Δι' ὃν ὕμνος, δι' ὃν αἶνος,
Δι' ὃν ἀγγέλων χορεία,
Δι' ὃν αἰῶνες ἄπουστοι,
Δι' ὃν ἥλιος προλάμπει,
Δι' ὃν ὁ δρόμος σελήνης,
Δι' ὃν ἄστρων μέγα κάλος,
Δι' ὃν ἄνθρωπος ὁ σεμνὸς
Ἔλαχε' νοεῖν τὸ θεῖον,
Λογικὸν ζῶον ὑπάρχων.
Σὺ γὰρ ἔκτισας τὰ πάντα
Παρέχων τάξιν ἑκάστῳ,
Συνέχων τε τῇ προνοίᾳ.
Λόγον εἶπας, πέλεν ἔργον.
Ὁ λόγος σου, θεὸς υἱός,
Ὁμοούσιος γάρ ἐστιν,
Ὁμότιμος τῷ τεκόντι,
Ὃς ἐφήρμοσε τὰ πάντα,
Ἵνα πάντων βασιλεύσῃ.
Περιλαμβάνων δὲ πάντα
Ἅγιον πνεῦμα τὸ θεῖον,
Προνοούμενον φυλάσσει.
Τριάδα ζῶσαν ἐρῶ σε,
Ἕνα καὶ μόνον μονάρχην,
Φύσιν ἄτρεπτον, ἄναρχον,
Φύσιν οὐσίας ἀφράστου,
Σοφίας νοῦν ἀνέφικτον,
Κράτος οὐρανῶν ἅπταιστον
Ἄτερ ἀρχῆς, ἀπέραντον
Ἀκατασκόπητον αὐγήν,
Ἐφορῶσαν δὲ τὰ πάντα,
Βάθος οὐδὲν ἀγνοοῦσαν,
Ἀπὸ γῆς μέχρις ἀβύσσου.
Πάτερ, ἵλεως γενοῦ μοι.
Διὰ παντὸς θεραπεύειν
Τὸ σέβασμα τυῦτο, δός μοι.
Τὰ δ' ἁμαρτήματα ῥίψων,
Τὸ συνειδὸς ἐκκαθαίρων
Ἀπὸ πάσης κακονοίας,
Ἵνα δοξάσω τὸ θεῖον
Ὁσίας χεῖρας ἐπαίρων,
Ἵνα χριστὸν εὐλογήσω
Γόνυ κάμπτων ἱκετεύσω,
Ὥστε προσλαβεῖν με δοῦλον.
Ὅτ' ἂν ἔλθῃς βασιλεύων
Πάτερ, ἵλεως γενοῦ μοι,
Ἔλεον καὶ χάριν εὗρω,
Ὅτι δόξα καὶ χάρις σοι
Ἄχρις αἰῶνος ἀμέτρου.

VIII.

Блаж. Іеронимъ.

Евсевій Іеронимъ (Eusebius Hieronymus) родился въ городѣ Стридонѣ, пограничномъ между Далмаціею и Панноніею, въ половинѣ IV-го в. Родители его, обладавшіе достаточнымъ состояніемъ, дали сыну блестящее, по тому времени, образованіе: въ юности онъ поѣхалъ въ Римъ, гдѣ изучалъ грамматику подъ руководствомъ знаменитаго Доната, діалектику и риторику, не пренебрегая также и философіей. Изъ Рима, гдѣ онъ принялъ крещеніе, блаж. Іеронимъ отправился для довершенія своего образованія въ Галльскій городъ Триръ, гдѣ онъ обратился, между прочимъ, и къ богословскимъ занятіямъ. Изъ Трира онъ переѣхалъ въ Аквилею, гдѣ жилъ въ сообществѣ нѣкоторыхъ духовныхъ лицъ, и тамъ возъимѣлъ страсть къ уединенной, затворнической жизни. По неизвѣстному поводу онъ оставилъ Аквилею и въ 372 г. предпринялъ первое путешествіе на Востокъ. Тяжко заболѣвъ въ Антіохіи, и скорбя душою вслѣдствіе потери близкаго друга, Іеронимъ имѣлъ видѣніе, побудившее его окончательно разстаться съ свѣтской наукой и всецѣло посвятить себя наукѣ богословской. Въ 374 г. онъ удалился въ сирійскую пустыню Халкиду, въ которой около пяти лѣтъ пробылъ въ строгомъ подвижничествѣ, занимаясь между прочимъ изученіемъ еврейскаго языка и нѣкоторыми литературными трудами. Въ 379 г., по возвращеніи въ Антіохію, онъ былъ рукоположенъ епископомъ Павлиномъ въ пресвитера, не смотря на то, что, проникнутый чувствомъ своего недостоинства, онъ отказывался отъ этого сана и не дерзалъ совершать таинства. Въ 380 г. Іеронимъ изъ Антіохіи отправился въ Константинополь, гдѣ ближайшимъ образомъ изучалъ екзегезу Св. Писанія подъ руководствомъ великаго учителя Восточной Церкви Григорія Богослова. Здѣсь же онъ перевелъ на латинскій языкъ хронику Евсевія и написалъ нѣсколько екзегетическихъ трактатовъ. Расколъ, происшедшій въ Западной церкви, побудилъ его отправиться въ Римъ, гдѣ онъ участвовалъ

на соборѣ 382 г. Дамасъ, бывшій тогда епископомъ Рима, полюбилъ Іеронима и удержалъ его въ Римѣ, какъ высоко образованнаго человѣка и лучшаго совѣтника въ дѣлахъ церковныхъ. По его побужденію Іеронимъ предпринялъ пересмотръ латинскаго перевода Св. Писанія, начавъ его съ евангелій и псалтыри, переводъ которыхъ онъ посвятилъ своему покровителю; кромѣ того, онъ написалъ и другія произведенія, въ которыхъ съ рѣзкостью возставалъ противъ распущенности римскаго духовенства, и этимъ возбудилъ противъ себя сильную партію. Но съ другой стороны у него не было недостатка и въ искреннихъ друзьяхъ и почитателяхъ. Къ послѣднимъ въ особенности принадлежали три знатныя матроны, ревностныя подвижницы, съ ужасомъ смотрѣвшія на господствующую развращенность нравовъ; эти три матроны были: Марцелла, Меланія и Павла съ ихъ ближайшими родственницами. Онѣ сблизились съ преп. Іеронимомъ и изъ бесѣдъ съ нимъ черпали наставленія для подвижнической жизни. Побуждаемый ихъ просьбами, онъ написалъ нѣсколько сочиненій по поводу аскетической жизни и нѣсколько изъясненій какъ отдѣльныхъ мѣстъ, такъ и цѣлыхъ книгъ Св. Писанія. Въ 385 г. скончался Дамасъ и спокойное пребываніе въ Римѣ стало невозможнымъ для Іеронима: онъ рѣшился переселиться въ Святую землю и предпринялъ вмѣстѣ съ своимъ братомъ и Павлою второе путешествіе на Востокъ. Посѣтивъ Палестину и Египетъ, странники избрали мѣстомъ своего жительства Виѳлеемъ, гдѣ блаж. Іеронимъ основалъ мужской, а блаж. Павла—женскій монастырь. Въ подвигахъ благочестивой жизни и неустанномъ занятіи литературными трудами, преимущественно переводомъ и объясненіемъ Св. Писанія, прожилъ блаженный въ своемъ уединеніи до 30 сентября 420 г., когда смерть прекратила его многоплодную и многополезную дѣятельность.

Число дошедшихъ до насъ трудовъ блаж. Іеронима весьма велико; по содержанію своему они разнообразны, по отдѣлкѣ замѣчательны, по объему значительны. Изъ нихъ для общей исторіи литературы важны слѣдующіе:

1) собраніе писемъ, болѣе 100, могущихъ быть раздѣленными по содержанію на слѣдующіе отдѣлы:

а) письма, въ которыхъ авторъ извѣщаетъ своихъ знакомыхъ о какихъ либо событіяхъ своей жизни, объ общихъ друзьяхъ, высказываетъ благодарность, просьбу, и т. п.;

б) письма т. н. consolatoriae, въ которыхъ авторъ предлагаетъ утѣшеніе въ потерѣ близкихъ лицъ тому, къ кому адресовано письмо;

в) епитафіи лицамъ, стоявшимъ въ дружественныхъ отношеніяхъ къ автору;

г) epistolae exhortatoriae, въ которыхъ авторъ даетъ совѣты и наставленія касательно аскетической жизни;

д) письма полемико-апологетическаго характера;

е) письма дидактическаго характера, представляющія развитіе извѣстныхъ отвлеченныхъ темъ, и

ж) письма екзегетическія.

Необыкновенно разнообразны по содержанію письма блаж. Іеронима. Это и не удивительно: письмо для него было такою же любимою формою изложенія мыслей, какою для Св. Амвросія была проповѣдь. Разнообразны они и по изложенію, мѣняющемуся въ строгой гармоніи съ содержаніемъ, и всегда остающемуся своеобразно изящнымъ.

2) Три жизнеописанія святыхъ подвижниковъ: Павла Ѳивскаго, Малха и Иларіона. Эти жизнеописанія особенно важны по тому вліянію, которое они имѣли на послѣдующее развитіе подобныхъ же произведеній въ средніе вѣка.

3) «О знаменитыхъ мужахъ» (de viris illustribus), посвящено знатному лицу Декстру и заключаетъ въ 135 отдѣлахъ свѣдѣнія о такомъ же числѣ церковныхъ писателей (de scriptoribus ecclesiasticis), начиная съ Апостола Петра до самого Іеронима. Это сочиненіе во многихъ отношеніяхъ служитъ для насъ драгоцѣннымъ источникомъ.

4) Переводъ хроники Евсевія, который Іеронимъ снабдилъ продолженіемъ и разнообразными дополненіями.

Кромѣ исчисленныхъ сочиненій, имѣющихъ особенную важность и значеніе для историка литературы, отъ блаж. Іеронима осталось множество трудовъ, болѣе важныхъ въ богословскомъ отношеніи (см. Преосв. Филарета т. 2, § 183—189): полемическіе трактаты, рядъ толкованій на книги Св. Писанія и переводъ его, употребляющійся и доселѣ въ Западной церкви и извѣстный подъ названіемъ Vulgata.

О жизни блаж. Іеронима см. Tillemont Mémoires t. XII. Zöckler. Hieronymus. Sein Leben und Werken aus seinen Schriften dargestellt. Gotha 1865. A. Thierry. St. Jérome. La société chrétienne à Rome et l'émigration romaine en terre sainte. 2 vol. Paris 1867. Христ. Чтеніе 1847.

Изданія сочиненій Іеронима: Бенедиктинцевъ Io. Martianay et Ant. Pouget. Paris 1693—1705 5 voll. fol. Dan. Vallarsi Veronae 1734—1742. 11 vol. fol. У Migne Patrol. v. XXII—XXX.

О письмахъ Іерон. см. Schaubach. Ueber die Briefe des heiligen Hieronymus. Coblenz 1855.

О переводѣ хроники Евсевія: Ios. Scaliger. Thesaurus temporum Lugd. Batav. 1606. A. Schöne. Eusebii chronicorum canonum quae supersunt. Berlin 1866. 4-o. Его же: Quaestionum Hieronymianarum capita selecta. Leipzig 1864. Th. Mommsen. Ueber die Quellen der Chronik des Hieronymus. Leipzig 1850.

О переводѣ библіи: G. Riegler. Kritische Geschichte der Vulgata Sulzbach 1820. L. van Ess. Pragmatisch kritische Geschichte der Vulgata. Tübingen 1824.

На русскій языкъ нѣкоторыя сочиненія блаж. Іеронима переведены въ Христіанскомъ Чтеніи и въ приложеніяхъ къ Трудамъ Кіевской духовной академіи.

1.

Epistola XXII.

Ad Eustochium, Paulae filiam [1]).

De custodia virginitatis.

Cap. 1. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum [2]). In quadragesimo quarto psalmo Deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum Abrahae, exiens de terra sua et de cognatione sua, relinquat Chaldaeos qui quasi daemonia interpretantur, et habitet in regione viventium, quam alibi propheta suspirat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viventium [3]). Verum non sufficit tibi exire de terra tua, nisi obliviscaris populi tui et domus patris tui, ut carne contempta, sponsi iungaris amplexibus. Ne respexeris, inquit, retro, nec steteris in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne forte comprehendaris [4]). Non expedit apprehenso aratro respicere post tergum, nec de agro reverti domum, nec post Christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecto descendere [5]). Grande miraculum: Pater filiam cohortatur, ne meminerit patris sui. Vos de patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere [6]), dicitur ad Iudaeos. Et alibi: Qui facit peccatum, de diabolo est [7]). Tali primum parente generati, nigri sumus et post poenitentiam, necdum culmine virtutis ascenso, dicimus: Nigra sum, sed speciosa, filiae Ierusalem [8]). Exivi de domo infantiae meae, oblita sum patris mei, renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis

[1]) Eustochium, женское имя; срвн. Glycerium, Adelphasium.
[2]) Псал. 44. 11.
[3]) Псал. 26. 13.
[4]) Быт. 19. 17.
[5]) Матѳ. 24. 17. 18.
[6]) Іоан. 8. 44.
[7]) Іоан. 3. 8.
[8]) Пѣснь II. 1. 4.

accipio? Sequitur: Et concupiscet rex decorem tuum. Hoc ergo illud magnum est sacramentum. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt ambo, iam non, ut ibi, in una carne [1]), sed in uno spiritu. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, Aethiopissam duxit uxorem: statim ut volueris sapientiam audire veri Salomonis et ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta quae novit, et inducet te rex in cubiculum suum, et mirum in modum colore mutato, sermo tibi ille conveniet: Quae est ista, quae ascendit dealbata [2])?

Cap. 2. Haec idcirco, mi domina Eustochium, scribo (dominam quippe vocare debeo sponsam Domini mei), ut ex ipso principio lectionis agnosceres, non me nunc laudem virginitatis esse dicturum, quam probasti optimam et consecuta es, nec enumeraturum molestias nuptiarum ..... Habent enim et maritatae ordinem suum, honorabiles nuptias, et cubile immaculatum [3]), sed ut intellegeres tibi exeunti de Sodoma, timendum esse Lot uxoris exemplum [4]). Nulla est enim in hoc libello adulatio. Adulator quippe blandus inimicus est. Nulla erit rhetorici pompa sermonis, quae te etiam inter Angelos statuat, et beatitudine virginitatis exposita, mundum subiiciat pedibus tuis.

Cap. 3. Nolo tibi venire superbiam de proposito, sed timorem. Onusta incedis auro, latro tibi vitandus est. Stadium est haec vita mortalibus, hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et scorpiones securus ingreditur. Et inebriatus est, inquit Dominus, gladius meus in caelo [5]), et tu pacem arbitraris in terra, quae tribulos generat et spinas, quam serpens comedit? Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates huius mundi, et rectores harum tenebrarum, adversus spiritalia nequitiae in caelestibus [6]). Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia. Caro fragilis et cinis futura post modicum pugnat sola cum pluribus. Cum autem fuerit dissoluta, et venerit princeps mundi huius, et invenerit in ea peccati nihil, tunc secura audies per prophetam: Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt [7]). Quod si eorum te multitudo turbaverit, et ad singula incitamenta vitiorum coeperis aestuare, et dixerit tibi cogitatio tua: quid faciemus? respondebit tibi Elisaeus: Noli timere, quia plures nobis-

[1]) Быт. 2. 24.
[2]) Пѣснь II. 8. 5.
[3]) Евр. 13. 4.
[4]) Быт. 19.
[5]) Ис. 34. 5.
[6]) Ефес. 6. 12.
[7]) Псал. 90. 5. 6.

cum sunt, quam cum illis, et orabit, et dicet: Domine, aperi oculos puellae tuae, ut videat [1]): et apertis oculis videbis igneum currum, qui te ad exemplum Eliae in astra sustollat; et tunc laeta cantabis: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus [2]).

Cap. 4. Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus [3]), et concupiscit spiritus adversus carnem, et caro adversus spiritum [4]), nulla est certa victoria. Adversarius noster diabolus, tamquam leo rugiens aliquem devorare quaerens, circumit [5]). Posuisti tenebras, ait David, et facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae, catuli leonum rugientes, ut rapiant et quaerant a Deo escam sibi [6]). Non quaerit diabolus homines infideles, non eos qui foris sunt et quorum carnes rex Assyrius in olla succendit: de Ecclesia Christi rapere festinat. Escae eius secundum Abacuc electae sunt [7]). Iob subvertere cupit, et devorato Iuda, ad cribrandos apostolos [8]) expetit potestatem. Non venit Salvator pacem mittere super terram, sed gladium. Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur; et ille qui in paradiso deliciarum nutritus est, meruit audire: Si exaltatus fueris, ut aquila, inde detraham te, dicit Dominus [9]). Dixerat enim in corde suo: Super sidera caeli ponam sedem meam, et ero similis Altissimo [10]). Unde quotidie ad eos qui per scalam Iacob somniantis descendunt, loquitur Deus. Ego dixi: dii estis, et filii Altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini et tamquam unus de principibus cadetis [11]). Cecidit enim primus diabolus, et cum stet Deus in synagoga deorum, in medio autem deos discernat, apostolus iis qui dii esse desinunt, scribit: Ubi enim in vobis sunt dissensiones et aemulationes, nonne homines estis et secundum hominem ambulatis? [12])

Cap. 5. Si apostolus, vas electionis et separatus in evangelium Christi [13]), ob carnis aculeos et incentiva vitiorum reprimit corpus suum et servituti subiicit, ne aliis praedicans ipse reprobus inveniatur, et tamen videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae et captivum se in legem duci peccati [14]), si post nudita-

[1]) 4 Цар. 6. 16.
[2]) Псал. 123. 7.
[3]) 2 Кор. 4. 7.
[4]) Галат. 5. 17.
[5]) 1. Петр. 5. 8.
[6]) Псал. 103. 20.
[7]) Аввак. 1. 16.
[8]) Лук. 22. 31.
[9]) Авд. 4.
[10]) Ис. 14. 13.
[11]) Псал. 81. 6. 7.
[12]) 1 Кор. 3. 3.
[13]) Римл. 1. 1.
[14]) Римл. 7. 23.

tem, ieiunia, famem, carcerem, flagella, supplicia, in semetipsum reversus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius [1]), tu te putas securam esse debere? Cave, quaeso, ne quando de te dicat Deus: Virgo Israël cecidit et non est qui suscitet eam [2]). Audenter loquar: Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de poena, sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: Virgines bonae deficient [3]). Observa quid dicat: et virgines bonae deficient, quia sunt et virgines malae. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam maechatus est eam in corde suo [4]). Perit ergo et mente virginitas. Istae sunt virgines malae, virgines carne, non spiritu, virgines stultae, quae oleum non habentes, excluduntur a sponso.

Cap. 6. Si autem et illae quae virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non solvantur, quid fiet illis, quae prostituerunt membra Christi et mutaverunt templum Sancti Spiritus in lupanar? Illico audient: Descende, sede in terra virgo filia Babylonis: sede in terra, non est solium filiae Chaldaeorum, non vocaberis ultra mollis et delicata. Accipe molam, mole farinam, discooperi velamen tuum, denuda crura, transi flumina, revelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua [5]). Et hoc post Dei Filii thalamos, post oscula fratruelis [6]) et sponsi, illa de qua quondam sermo propheticus concinebat: Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate [7]), nudabitur, et... sedebit ad aquas solitudinis, posito vase... et usque ad verticem polluetur. Rectius fuerat hominis subiisse coniugium, ambulasse per plana, quam ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. Ne fiat, obsecro, civitas meretrix, fidelis Sion, ne post Trinitatis hospitium, ibi daemones saltent, et sirenae nidificent, et hericii [8]). Non solvatur fascia pectoralis, sed statim ut libido titillaverit sensum, aut blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro [9]). Cum paululum interior homo inter vitia atque virtutes coeperit fluctuare, dicito: Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Domino, quia confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus [10]). Nolo sinas cogitationes crescere. Nihil in te Babylonium,

[1]) Римл. 7. 24.
[2]) Амос. 5. 2.
[3]) Амос. 8. 13.
[4]) Матф. 5. 28.
[5]) Исаія 47. 1—4.
[6]) = ἀδελφιδός, dilectus.
[7]) Псал. 44. 10.
[8]) = ericii. Срв. Ис. 34. 15.
[9]) Псал. 55. 5.
[10]) Псал. 41. 12.

nihil confusionis [1]) adolescat. Dum parvus est hostis, interfice: nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine. Audi psalmistam dicentem: Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quem retribuisti nobis. Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram [2]). Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus et allidit ad petram: petra autem Christus est [3]).

Cap. 7. O quotiens ego ipse in eremo constitutus et in illa vasta solitudine, quae exusta solis ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco [4]) membra deformia et squalida cutis situm Aethiopicae carnis obduxerat. Quotidie lacrimae, quotidie gemitus, et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo ossa vix haerentia collidebam. De cibis vero et potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennae metum, tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum, saepe choris interueram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, et mens desideriis aestuabat in frigido corpore, et ante hominem sua iam in carne praemortuum, sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam lacrimis, crine tergebam, et repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non erubesco infelicitatis meae miseriam confiteri, quin potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam. Et mihimet iratus et rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium praerupta cernebam, ibi meae orationis locus, ibi illud miserrimae carnis ergastulum; et, ut ipse mihi testis est Dominus, post caelo inhaerentes oculos, nonnumquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, et laetus gaudensque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus [5]).

Cap. 8. Si autem hoc sustinent illi, qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quae deliciis fruitur? Nempe illud apostoli: Vivens mortua est [6]). Si quid itaque in me

[1]) слово: Вавилонъ знач. смѣшеніе.
[2]) Псал. 136. 8.
[3]) 1 Кор. 10. 4.
[4]) см. Tertull. Apol. 40. кон. Ducange: Saccus vulgo inter monachicas vestes recensetur diciturque fuisse sordidum quoddam amiculum, quod ceteris vestimentis superaddebatur.
[5]) Пѣснь П. 1. 3.
[6]) 1 Тим. 5. 6.

potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Haec adversus adolescentiam prima arma sunt daemonum. Non sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile aliis caremus vitiis; hic hostis nobis inclusus est. Quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum et adolescentia, duplex incendium voluptatis est. Quid oleum flammae adiicimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? Paulus ad Timotheum: Iam noli, inquit, aquam bibere, sed vinum modico utere, propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates [1]). Vide quibus causis vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor et frequens mederetur infirmitas. Et ne nobis forsitan de aegrotationibus blandiremur, modicum praecepit esse sumendum, medici potius consilio, quam apostoli, licet et apostolus sit medicus spiritalis; et ne Timotheus imbecillitate superatus, Evangelii praedicandi non posset implere discursus, alioquin se dixisse meminerat: Vinum in quo est luxuria [2]). Et: bonum est homini vinum non bibere et carnem non manducare [3]). Noë vinum bibit, et inebriatus est [4]). Post diluvium, rudi adhuc seculo, et tunc primum plantata vinea inebriare vinum forsitan nesciebat. Et ut intellegas Scripturae in omnibus sacramentum (margarita quippe est sermo Dei et ex omni parte forari potest) post ebrietatem nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxuriae...

Cap. 9. Elias cum Iezabel fugeret et sub quercu iaceret lassus in solitudine, veniente ad se Angelo suscitatur et dicitur ei: Surge et manduca. Respexit, et ecce ad caput eius panis collyrida [5]) et vas aquae [6]). Revera numquid non poterat Deus conditum [7]) ei merum mittere, et electos cibos, et carnes contusione [8]) mutatas? Elisaeus filios prophetarum invitat ad prandium et herbis agrestibus eos alens, consonum prandentium audit clamorem: Mors in olla [9]). Homo Dei non iratus est cocis, lautioris enim mensae consuetudinem non habebat, sed farina desuper iacta, amaritudinem dulcoravit [10]), eadem spiritus virtute, qua Moyses mutaverat Maram in dulcedinem. Necnon et illos qui ad eum comprehendendum venerant, oculis pariter ac mente caecatos, cum in Samariam nescios induxisset, qualibus eos epulis refici imperaverit, ausculta: Pone eis, inquit, panem et aquam; manducent, et bibant, et remittantur ad dominum suum [11]). Potuit et

[1]) 1 Тим. 5. 23.
[2]) Ефес. 5. 18.
[3]) Римл. 14. 21.
[4]) Быт. 9. 21.
[5]) collyris, печеніе.
[6]) 3 Цар. 19. 5. 6.
[7]) приправленное различными пряностями.
[8]) Confundunt enim contusas carnes ac miscent, ut sorberi quoque possint et non videantur esse carnes. Erasm.
[9]) 4 Цар. 4. 10.
[10]) = подсластилъ.
[11]) 4 Цар. 6. 22.

Danieli de regiis ferculis opulentior mensa transferri, sed Abacuc ei messorum prandium portat, arbitror rusticanum [1]). Ideoque et desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderii non manducavit et vinum concupiscentiae non bibit.

Cap. 10. Innumerabilia sunt de scripturis divina responsa [2]), quae gulam damnent et simplices cibos probent. Verum quia nunc non est propositum de ieiuniis disputare et universa exsequi (sui et tituli sit et voluminis), haec sufficiant pauca de plurimis. Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipsa colligere, quomodo primus de paradiso homo, ventri magis oboediens, quam Deo, in hanc lacrimarum deiectus est vallem; et ipsum Dominum Satanas fame tentaverit in deserto, et apostolus clamitet: Escae ventri, et venter escis: Deus autem hunc et illas destruet [3]). Et de luxuriosis: quorum Deus venter est [4]). Id enim colit unusquisque, quod diligit. Ex quo sollicite providendum est, ut quos saturitas de paradiso expulit, reducat esuries.

Cap. 11. Quod si volueris respondere, te nobili stirpe generatam, semper in deliciis, semper in plumis, non posse a vino et esculentioribus cibis abstinere, nec his legibus vivere districtius, respondebo: Vive ergo lege tua, quae Dei non potest. Non quod Deus universitatis creator et dominus, intestinorum nostrorum rugitu et inanitate ventris pulmonisque delectetur ardore, sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit...

Cap. 12. Vis scire ita esse, ut dicimus? Accipe exempla: Samson leone fortior et saxo durior, qui et unus et nudus mille persecutus est armatos, in Dalilae mollescit amplexibus. David secundum cor Domini electus, et qui venturum Christum sanctum saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae, Bethsabee captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Ubi et illud breviter attende, quod nullus sit, etiam in domo, tutus aspectus. Quapropter ad Dominum poenitens loquitur: Tibi soli peccavi, et malum coram te feci [5]). Rex enim erat, alium non timebat. Salomon, per quem se cecinit ipsa sapientia, qui disputavit a cedro Libani usque ad hyssopum, quae exit per parietem [6]), recessit a Domino, quia amator mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate confideret, illicito Thamar sororis Amnon frater exarsit incendio...

Cap. 16. Nolo habeas consortia matronarum, nolo ad nobilium domos accedas, nolo te frequenter videre, quod contemnens, virgo esse voluisti. Sic sibi solent applaudere mulierculae de iudicibus viris et in aliqua positis dignitate. Si ad Imperatoris uxorem concurrit

[1]) Дан. 14. 32.
[2]) = изреченіе.
[3]) 1 Кор. 6. 13.
[4]) Филип. 3. 19.
[5]) Псал. 50. 5.
[6]) 3 Цар. 4. 33.

ambitio salutantium, cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem Dei sponsa quid properas? Disce in hac parte superbiam sanctam, scito te illis esse meliorem. Neque vero earum tantum te cupio declinare congressus, quae maritorum inflantur honoribus, quas eunuchorum greges sepiunt et in quarum vestibus attenuata in filum auri metalla texuntur; sed etiam eas fuge, quas viduas necessitas fecit, non voluntas: non quod mortem optare debuerint maritorum, sed quod datam occasionem pudicitiae non libenter acceperint. Nunc vero tantum veste mutata pristina non mutatur ambitio...

Cap. 17. Sint tibi sociae, quas ieiunia tenuant, quibus pallor in facie est, quas et aetas probavit et vita, quae quotidie in cordibus suis canunt: Ubi pascis, ubi cubas in meridie [1])? Quae ex affectu dicunt: Cupio dissolvi et esse cum Christo [2]). Esto subiecta parentibus, imitare sponsum tuum. Rarus sit egressus in publicum. Martyres tibi quaerantur in cubiculo tuo. Numquam causa deerit procedendi, si semper quando necesse est processura sis. Sit tibi moderatus cibus et numquam venter expletus. Plures quippe sunt, quae cum vino sint sobriae, ciborum largitate sunt ebriae. Ad orationem tibi nocte surgenti, non indigestio ructum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quam plurima. Tenenti codicem somnus obrepat, et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia et refectio satietatem fugiens. Nihil prodest biduo triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate ieiunium. Illico mens repleta torpescit et irrigata humus spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentiae suspirare, et accepto cibo, cum te in lectulo compositam dulcis libidinum pompa concusserit, arripe scutum fidei, in quo ignitae diaboli exstinguuntur sagittae. Omnes adulterantes, quasi clibanus [3]) corda eorum. At tu Christi comitata vestigiis et sermonibus eius intenta, dic: Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis Iesus scripturas [4])? Et illud: Ignitum eloquium tuum vehementer et servus tuus dilexit illud [5]). Difficile est humanam animam aliquid non amare et necesse est, ut in quoscumque mens nostra trahatur affectus. Carnis amor spiritus amore superatur. Desiderium desiderio restinguitur. Quicquid inde minuitur, hinc crescit. Quin potius semper ingemina et dicito super luctulum tuum: In noctibus quaesivi quem dilexit anima mea [6]). Mortificate ergo, inquit apostolus, membra vestra quae sunt super terram [7]). Unde et ipse postea confidenter aiebat: Vivo autem iam non ego, vivit vero

[1]) Пѣснь II. 1. 6.
[2]) Филип. 1. 23.
[3]) Ос. 7. 4.
[4]) Лук. 24. 32.
[5]) Псал. 118. 140.
[6]) Пѣснь II. 3. 1
[7]) Колос. 3. 5.

in me Christus [1]). Qui mortificat membra sua et in imagine perambulat [2]), non timet dicere: Factus sum sicut uter in pruina [3]). Quicquid in me fuit humoris libidinis excoctum est; et: Infirmata sunt in ieiunio genua mea; et: Oblitus sum manducare panem meum. A voce gemitus mei adhaesit os meum carni meae [4]).

Cap. 18. Esto cicada [5]) noctium. Lava per singulas noctes lectum tuum, lacrimis tuis stratum riga. Vigila et sis sicut passer [6]) in solitudine. Psalle spiritu, psalle et sensu: Benedic, anima mea, Dominum, et ne obliviscaris omnes retributiones eius: qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, et redimit ex corruptione vitam tuam [7]). Et quis nostrum ex corde dicere potest: Quia cinerem tamquam panem manducabam, et potionem meam cum fletu miscebam [8])? An non flendum est, non gemendum, cum me rursus serpens invitat ad illicitos cibos? Cum de paradiso virginitatis eiectos tunicis vult vestire pelliceis, quas Elias ad paradisum rediens, proiecit in terram? Quid mihi et voluptati, quae brevi perit? Quid cum hoc dulci et mortifero carmine sirenarum? Nolo te illi subiacere sententiae, qua in hominem est illata damnatio: In doloribus et in anxietatibus paries [9]). Mulieris lex ista est, non mea. Et ad virum conversio tua. Sit conversio illius ad maritum, quae virum non habet Christum. Et ad extremum: morte morieris. Finis iste coniugii; meum propositum sine sexu est. Habeant nuptae suum tempus et titulum. Mihi virginitas in Maria dedicatur et Christo.

Cap. 19. Dicat aliquis: Et audes nuptiis detrahere, quae a Deo benedictae sunt? Non est detrahere nuptiis, cum illis virginitas antefertur. Nemo malum bono comparat. Glorientur et nuptae, cum a virginibus sint secundae. Crescite, ait, et multiplicamini, et replete terram [10]). Crescat et multiplicetur ille, qui impleturus est terram. Tuum agmen in caelis est. Crescite et multiplicamini, hoc expletur edictum post paradisum et nuditatem, et ficus folia. Nubat et nubatur [11]) ille, qui in sudore faciei comedit panem suum, cuius terra tribulos et spinas generat et cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen centenaria fruge fecundum est. Non omnes capiunt verbum Dei, sed hi quibus datum est [12]). Alium eunuchum necessitas faciat,

[1]) Галат. 2. 20.
[2]) Псал. 38. 7.
[3]) Псал. 118. 83.
[4]) Псал. 101. 6.
[5]) Cicada, какъ насѣкомое особенно любящее издавать звуки, похожіе на пѣніе.
[6]) Псал. 101. 8.
[7]) Псал. 101. 1. 2.
[8]) Псал. 101. 10.
[9]) Быт. 3. 16.
[10]) Быт. 1. 28.
[11]) Nubere = uxorem ducere — про мужчину, рѣдко. Nubi = посягать.
[12]) Матѳ. 19. 11.

me voluntas. Tempus amplexandi, et tempus abstinendi a complexibus; tempus mittendi lapides, et tempus colligendi [1]). Postquam de duritia nationum generati sunt filii Abrahae, coeperunt sancti lapides volvi super terram [2]). Pertranseunt quippe mundi istius turbines et in curru Dei rotarum celeritate volvuntur. Consuant tunicas, qui inconsutam tunicam [3]) perdiderunt, quos vagitus delectat infantium, in ipso lucis exordio fletu lugentium quod nati sunt. Eva in paradiso virgo fuit; post pelliceas tunicas initium sumpsit nuptiarum. Tua regio paradisus est. Serva quod nata es et dic: Revertere anima mea in requiem tuam [4]). Et ut scias virginitatem esse naturae, nuptias post delictum: virgo nascitur caro de nuptiis et in fructu reddens, quod in radice perdiderat. Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet [5]). Virga Mater est Domini, simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine cohaerente, et ad similitudinem Dei unione [6]) fecunda. Virgae flos Christus est, dicens: Ego flos campi et lilium convallium [7]). Qui et in alio loco lapis praedicatur abscissus de monte sine manibus [8]), significante propheta, virginem nasciturum esse de virgine... In huius sensus congruit voluntatem [9]) etiam illud, quod animalia, quae in arcam Noë bina inducuntur, immunda sunt: impar enim numerus est mundus. Et Moyses et Iesus Nave nudis in sanctam terram pedibus iubentur incedere. Et discipuli sine calceamentorum onere et vinculis pellium ad praedicationem novi Evangelii destinantur. Et milites, vestimentis Iesu sorte divisis, caligas non habebant quas tollerent. Nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat servis.

Cap. 20. Laudo nuptias, laudo coniugium, sed quia mihi virgines generant: lego de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritam. Numquid qui arat, tota die arabit? Nonne et laboris sui fruge laetabitur? Plus honorantur nuptiae, quando quod de illis nascitur plus amatur. Quid invides mater filiae? Tuo lacte nutrita est, tuis educata visceribus, in tuo adolevit sinu. Tu illam virginem sedula pietate servasti. Indignaris, quod noluit militis esse uxor, sed regis? Grande tibi beneficium praestitit. Socrus Dei esse coepisti. De virginibus, inquit apostolus, praeceptum Domini non habeo [10]). Cur? Quia et ipse ut esset virgo, non fuit imperii, sed propriae voluntatis. Neque enim audiendi sunt qui eum uxorem habuisse confingunt, cum de continentia disserens et suadens perpetuam castita-

[1]) Еккл. 3. 5.
[2]) Зах. 9. 16.
[3]) = virginitatem.
[4]) Псал. 124. 7.
[5]) Ис. 11. 1.
[6]) unio=μονάς, singularitas.
[7]) Пѣснь П. 2. 1.
[8]) Дан. 2. 34.
[9]) = направленіе, цѣль.
[10]) 1 Кор. 7. 25.

tem, intulerit: Volo autem omnes esse sicut me ipsum [1]). Et infra: Dico autem innuptis et viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego. Et in alio loco: Numquid non habemus potestatem circumducendi mulieres, sicut et ceteri apostoli [2])? Quare ergo non habet Domini de virginitate praeceptum? Quia maioris est mercedis quod non cogitur, et [3]) offertur. Quia, si fuisset virginitas imperata, nuptiae videbantur ablatae, et durissimum erat contra naturam cogere angelorumque vitam ab hominibus extorquere, et id quodam modo damnare, quod conditum est.

Cap. 21. Alia fuit in vetere lege felicitas. Ibi dicitur: Beatus qui habet semen in Sion et domesticos in Ierusalem [4]). Et: maledicta sterilis, quae non pariebat [5]). Et: filii tui sicut novellae olivarum, in circuitu mensae tuae [6]). Et repromissio [7]) divitiarum. Et: non erit infirmus in tribubus tuis. Nunc dicitur: ne te lignum arbitreris aridum habes locum pro filiis et filiabus in caelestibus sempiternum. Nunc benedicuntur pauperes, et Lazarus diviti praefertur in purpura. Nunc qui infirmus est, fortior est. Vacuus erat orbis, et, ut de typicis [8]) taceam, sola erat benedictio liberorum. Propterea Abraham iam senex Cethurae copulatur [9])... Paulatim vero increscente segete, messor immissus est. Virgo Elias, Elisaeus virgo, virgines multi filii prophetarum. Ieremiae dicitur: Et tu ne accipias uxorem [10]). Sanctificatus in utero, captivitate propinqua, uxorem prohibetur accipere. Aliis verbis id ipsum apostolus loquitur: Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse [11]). Quae est ista necessitas, quae aufert gaudia nuptiarum? Tempus breviatum est: Reliquum est, ut et qui habent uxores, sic sint quasi non habeant [12]). In proximo est Nabuchodonosor. Promovit se leo de cubili suo [13]). Quo mihi superbissimo regi servitura coniugia? Quo parvulos, quos propheta complorat, dicens: Adhaesit lingua lactentis ad faucem ipsius in siti. Parvuli postulavedunt panem et qui frangeret eis non erat [14]). Inveniebatur ergo, ut diximus, in viris tantum hoc continentiae bonum, et in doloribus iugiter Eva parturiebat. Postquam vero Virgo concepit in utero et peperit nobis puerum, cuius principatus in umeros eius [15]), Deum,

[1]) 1 Кор. 7. 8.
[2]) 1 Кор. 9. 5.
[3]) = a.
[4]) Ис. 31. 9. Vulg. Cuius ignis est in Sion et caminus eius in Ierusalem.
[5]) Ис. 49. 21.
[6]) Псал. 127. 3.
[7]) = обѣщаніе.
[8]) = figurativus. per imaginem expressus.
[9]) Быт. 25. 1.
[10]) Іер. 16. 2.
[11]) 1 Кор. 7. 26.
[12]) 1 Кор. 7. 29.
[13]) Іер. 4. 7.
[14]) Плачъ Іер. 4. 4.
[15]) Ис. 9. 6.

fortem, patrem futuri seculi, soluta maledictio est. Mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque et ditius virginitatis donum fluxit in feminas, quia coepit a femina. Statim ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in caelo, haberet Angelos et in terris. Tunc Holofernis caput Iudith continens amputavit [1]). Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igni [2]). Tunc Iacobus et Iohannes relicto patre, rete, navicula, secuti sunt Salvatorem, affectum sanguinis, et vincula seculi, et curam domus pariter relinquentes. Tunc primum auditum est: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [3]). Nemo enim miles cum uxore pergit ad praelium. Discipulo ad sepulturam patris ire cupienti, non permittitur [4]). Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos, ubi requiescant, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet [5]). Ne forsitan contristeris, si anguste manseris. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Divisa est mulier et virgo. Quae non est nupta, cogitat quae sunt Domini, ut sit sancta corpore et spiritu [6]). Nam quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro.

Cap. 22. Quantas molestias habeant nuptiae et quot sollicitudinibus vinciantur, in eo libro quem adversus Helvidium de beatae Mariae perpetua virginitate edidimus, puto breviter expressum [7]). Nunc eadem replicare [8]) perlongum esset; et si cui placet, de illo potest haurire fonticulo... Et in principio libelli praefatus sum, me de angustiis nuptiarum aut nihil omnino, aut pauca dicturum, et nunc eadem admoneo, ut si tibi placet scire, quot molestiis virgo libera, quot uxor astricta sit, legas Tertullianum ad amicum philosophum [9]), et de virginitate alios libellos, et beati Cypriani volumen egregium [10]), et Papae Damasi super hac re versu prosaque composita, et Ambrosii nostri quae nuper scripsit ad sororem opuscula [11]).

[1]) Іуд. 13.
[2]) Есе. 15.
[3]) Мато. 16. 24.
[4]) Мато. 8. 21.
[5]) Мато. 8. 20.
[6]) 1 Кор. 7. 32 сл. Vulg.: Qui sine uxore est sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu.
[7]) Въ этомъ сочиненіи, писанномъ въ 383 г., Іеронимъ полемизируетъ противъ приравненія дѣвства супружеству и опровергаетъ мнѣніе, будто Богородица, кромѣ Іисуса, имѣла и другихъ дѣтей.
[8]) = repetere.
[9]) Это сочиненіе Тертулліана до насъ не дошло.
[10]) напр. de habitu virginum.
[11]) Разумѣется сочиненіе Св. Амвросія: de virginibus ad Marcellinam sororem libri III.

In quibus tanto se effudit eloquio, ut quicquid ad laudes virginum pertinet, exquisierit, expresserit, ordinarit.

Cap. 23. Nobis diverso tramite incedendum. Virginitatem non tantum efferimus, sed servamus. Nec sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum est, quia illud iudicii est, hoc laboris, et illud commune cum pluribus, hoc cum paucis. Qui perseveraverit, inquit, usque in finem, hic salvus erit [1]). Et: multi vocati, pauci vero electi [2]). Itaque obtestor te coram Deo, et Christo Iesu, et electis Angelis eius, ut custodias quae coepisti, ne vasa templi Domini, quae solis sacerdotibus videre concessum est, facile in publicum proferas, ne sacrarium Dei quisquam profanus aspiciat. Oza arcam, quam non licebat tangere, attingens, subita morte prostratus est. Neque enim vas aureum et argenteum tam carum Deo fuit, quam templum corporis virginalis. Praecessit umbra, nunc veritas est. Tu quidem simpliciter loqueris et ignotos quosque blanda non despicis, sed aliter vident impudici oculi. Non norunt animae pulchritudinem considerare, sed corporum. Ezechias thesaurum Dei monstrat Assyriis, sed Assyrii non debuerunt videre quod cuperent. Denique frequentibus bellis Iudaeâ convulsâ, vasa primum Domini capta atque translata sunt. Inter epulas et concubinarum greges (quia palma vitiorum est honesta polluere) Balthasar potat in phialis.

Cap. 24. Ne declines aurem tuam in verba malitiae. Saepe enim indecens aliquid loquentes, tentant mentis arbitrium, si libenter audias virgo quod dicitur, si ad ridicula quaeque solvaris [3]), quicquid dixeris, laudant, quicquid negaveris, negant, facetam vocant et sanctam, et in qua nullus sit dolus: Ecce vere ancilla Christi, dicentes, ecce tota simplicitas. Non ut illa horrida, turpis, rusticana, terribilis, et quae ideo forsitan maritum non habuit, quia invenire non potuit. Naturali ducimur malo. Adulatoribus nostris libenter favemus, et quamquam nos respondeamus indignos, et calidus rubor ora perfundat, attamen ad laudem suam intrinsecus anima laetatur. Sponsa Christi arca est Testamenti, intrinsecus et extrinsecus deaurata, custos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, nisi tabulae Testamenti, ita et in te nullus sit extrinsecus cogitatus. Super hoc propitiatorium [4]), quasi super Cherubim, sedere vult Dominus. Mittit discipulos suos, ut in te sicut in pullo asinae sedeat, curis te saecularibus salvat, ut paleas et lateres Aegypti derelinquens, Moysen sequaris in eremo et terram repromissionis introëas. Nemo sit qui prohibeat, non mater, non soror, non cognata, non germanus: Dominus te necessariam habet. Quod si voluerint impedire, timeant flagella Pharaonis, qui populum Dei ad colendum eum nolens dimit-

[1]) Матѳ. 24. 13.
[2]) Матѳ. 20. 16; 22. 14.
[3]) срвн. solvi in lacrimas, in risum.
[4]) = ἱλαστήριον.

tere, passus est ea quae scripta sunt. Iesus ingressus in templum, ea quae templi non erant, proiecit. Deus enim zelotes est et non vult Patris domum fieri speluncam latronum. Alioquin ubi aera numerantur, ubi sunt caveae columbarum, et simplicitas enecatur, ubi in pectore virginali secularium negotiorum cura aestuat, statim velum templi scinditur, sponsus consurgit iratus et dicit: Relinquetur vobis domus vestra deserta [1]). Lege Evangelium, et vide quomodo Maria ad pedes Domini sedens, Marthae studio praeferatur. Et certe Martha sedulo hospitalitatis officio Domino atque discipulis eius convivium praeparabat, cui Iesus: Martha, inquit, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima, pauca autem necessaria sunt, ut unum; Maria bonam partem elegit, quae non auferetur ab ea [2]). Esto et tu Maria, cibis praeferto doctrinam. Sorores tuae cursitent et quaerant quomodo Christum hospitem suscipiant. Tu semel seculi onere proiecto, sede ad pedes Domini et dic: Inveni eum, quem quaerebat anima mea, tenebo eum, et non dimittam [3]), et ille respondeat: Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genitrici suae [4]), caelesti videlicet Ierusalem.

Cap. 25.... Cave ne domum exeas et velis videre filias regionis alienae, quamvis fratres habeas patriarchas, et Israël parente laeteris. Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum quaerere per plateas. Nolo te circumire angulos civitatis, dicas licet: Surgam, et circumibo civitatem. et in foro, et in plateis quaeram quem dilexit anima mea [5]); et interroges: Num quem dilexit anima mea, vidistis [6])? nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in plateis non potest inveniri. Arcta et angusta via est, quae ducit ad vitam [7]). Denique sequitur: Quaesivi eum et non inveni, vocavi eum et non inveni, vocavi eum et non respondit mihi [8]). Atque utinam non invenisse sufficiat! Vulneraberis, nudaberis, et gemebunda narrabis: Invenerunt me custodes, qui circumeunt civitatem, percusserunt me, et vulneraverunt me, tulerunt theristrum [9]) meum mihi [10]). Si autem hoc exiens patitur illa, quae dixerat: Ego dormio, et cor meum vigilat [11]). Et: fasciculus stactes [12]) fratruelis meus mihi, in medio uberum meorum commorabitur [13]), quid de nobis fiet, quae adhuc

[1]) Матѳ. 23. 38.
[2]) Лук. 10. 41 сл.
[3]) Пѣснь II. 3. 4.
[4]) Пѣснь II. 6. 8.
[5]) Пѣснь II. 3. 3.
[6]) Пѣснь II. 3. 3.
[7]) Матѳ. 7. 14.
[8]) Пѣснь II. 5. 6.
[9]) Въ Vulg. theristrum (τὸ θέριστρον) замѣнено сл. pallium.
[10]) Пѣснь II. 5. 7.
[11]) Пѣснь II. 5. 2.
[12]) Въ Vulg. stactes (τῆς σταχτῆς) замѣнено сл. myrrhae, a fratruelis (ἀδελφιδός) сл. dilectus.
[13]) Пѣснь II. 1. 12.

adolescentulae sumus, quae, sponsa intrante cum sponso, remanemus extrinsecus? Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videre faciem tuam. Excuses licet atque causeris, obducto velamine ora contexi et quaesivi te ibi, et dixi: Annuntia mihi, quem dilexit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie, ne quando efficiar sicut operta super greges sodalium tuorum [1]), indignabitur, tumebit, et dicet: Si non cognoveris te ipsam, o pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum et pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum [2]). Sis licet pulchra, et inter omnes mulieres species tua diligatur a sponso, nisi te cognoveris et omni custodia servaveris cor tuum, nisi oculos iuvenum fugeris, egredieris de thalamo meo et pasces haedos, qui statuendi sunt a sinistris.

Cap. 26. Itaque, mi Eustochium, filia, domina, conserva, germana (aliud enim aetatis, aliud meriti, aliud religionis, hoc caritatis est nomen) audi Isaiam loquentem: Populus meus intra cubiculum tuum, claude ostium tuum, abscondere pusillum aliquantulum, donec transeat ira Domini [3]). Foris vagentur virgines stultae, tu intrinsecus esto cum sponso; quia si ostium clauseris et secundum Evangelii praeceptum in occulto oraveris Patrem tuum, veniet, et pulsabit, et dicet: Ecce ego sto ante ianuam, et pulso. Si quis mihi aperuerit, introibo et cenabo cum eo, et ipse mecum [4]), et tu statim sollicita respondebis: Vox fratruelis mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea [5]). Nec est ut dicas: Despoliavi me tunica mea, quomodo induam illam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos [6])? Illico consurge et aperi, ne te remorante pertranseat, et postea conqueraris et dicas: Aperui ego fratrueli meo, fratruelis meus pertransivit [7]). Quid enim necesse est, ut cordis tui ostia clausa sint sponso? Pateant Christo, claudantur diabolo, secundum illud: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum [8]). Daniel in cenaculo suo manebat in superioribus (neque enim manere poterat in humili), fenestras apertas ad Ierusalem habuit. Et tu habeto apertas fenestras, sed unde lumen introëat, unde videas civitatem Domini. Ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur: Intravit mors per fenestras vestras [9]).

Cap. 27 Illud quoque tibi vitandum est cautius, ne inanis gloriae ardore capiaris. Quomodo, inquit Iesus, potestis credere, glo-

[1]) Пѣснь II. 1. 6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. LXX: μήποτε γένωμαι περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου.
[2]) Пѣснь II. 1. 7.
[3]) Ис. 26. 20.
[4]) Апок. 3. 20.
[5]) Пѣснь II. 5. 2.
[6]) Пѣснь II. 5. 3.
[7]) Пѣснь II. 5. 6.
[8]) Еккл. 10. 4.
[9]) Іер. 9. 21.

riam ab hominibus accipientes [1])? Vide quale malum sit, quod qui habuerit, non potest credere. Nos vero dicamus: Quoniam gloriatio mea tu es [2]). Et: Qui gloriatur, in Domino glorietur [3]). Et: Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem [4]). Et: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [5]). Et illud: In te laudabimur tota die, in Domino laudabitur anima mea [6]). Cum facis eleemosynam, Deus solus videat. Cum ieiunas, laeta sit facies tua. Vestis nec satis munda, nec sordida, et nulla diversitate natabilis; ne ad te obviam praetereuntium turba consistat, et digito monstreris. Frater [7]) est mortuus, sororis est corpusculum deducendum: cave ne dum haec saepius facis, ipsa moriaris. Nec satis religiosa velis videri, nec plus humilis quam necesse est, ne gloriam fugiendo quaeras. Plures enim paupertatis, misericordiae atque ieiunii arbitros declinantes, hoc ipso cupiunt placere, quod placere contemnunt, et mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. Ceteris perturbationibus quibus hominis mens gaudet, aegrescit, sperat et metuit, plures invenio extraneos [8]). Hoc vitio pauci admodum sunt qui caruerint, et ille est optimus, qui quasi in pulchro corpore, rara naevorum sorde respergitur [9]). Neque vero moneo, ne de divitiis glorieris, ne de generis nobilitate te iactes, ne te ceteris praeferas. Scio humilitatem tuam, scio te ex affectu dicere: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei [10]). Novi apud te et apud matrem tuam superbiam, per quam diabolus cecidit, penitus locum non habere. Unde ad te super ea scribere superfluum sit. Stultissimum quippe est docere, quod noverit ille quem doceas. Sed ne hoc ipsum tibi iactantiam generet, quod seculi iactantiam contempsisti; ne cogitatio tacita subrepat, ut quia in auratis vestibus placere desisti, placere coneris in sordidis, et si quando in conventum fratrum veneris vel sororum, humilius sedeas, scabello te causeris indignam. Vocem ex industria, quasi confecta ieiuniis, non tenues, et deficientis imitata gressum, umeris innitaris alterius. Sunt quippe nonnullae exterminantes facies suas [11]), ut appareant hominibus ieiunantes: quae statim ut aliquem viderint, ingemiscunt, demittunt supercilium, et

[1]) Ioan. 5. 44.
[2]) Псал. 3. 4.
[3]) 2 Кор. 10. 17.
[4]) Галат. 1. 10.
[5]) Галат. 6. 14.
[6]) Псал. 33. 1. 2.
[7]) Подъ frater и soror разумѣются здѣсь посторонніе люди, при погребеніи которыхъ участвовали благочестивые мужи и женщины, облекавшіеся по сему въ трауръ.
[8]) = vacuos, liberos.
[9]) Сл. Horat. Sat. 1. 6. 67. velut si Egregio inspersos reprendas corpore naevos.
[10]) Псал. 130. 1.
[11]) Matt. 6. 16. exterminare = ἀφανίζειν.

operta facie, vix unum oculum liberant ad videndum. Vestis pulla, cingulum sacceum [1]), et sordidis manibus pedibusque, venter solus, quia videri non potest, aestuat cibo. His quotidie psalmus ille canitur: Dominus dissipabit ossa hominum sibi placentium [2]). Aliae virili habitu, veste mutata, erubescunt esse feminae quod natae sunt, crinem amputant et impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt quae ciliciis [3]) vestiuntur et cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas et bubones.

Cap. 28. Sed ne tantum videar disputare de feminis, viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus feminei contra apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, et nudi in patientia frigoris pedes. Haec omnia argumenta sunt diaboli. Talem olim Antimum, talem nuper Sophronium Roma congemuit. Qui postquam nobilium introierunt domus et deceperunt mulierculas oneratas peccatis, semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes, tristitiam simulant, et quasi longa ieiunia furtivis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reliqua, ne videar potius invehi, quam monere. Sunt alii (de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo presbyteratum et diaconatum ambiunt, ut mulieres licentius videant. Omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes, laxa pelle, non folleat. Crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant et ne plantas humidior via aspergat, vix imprimunt summa vestigia. Tales cum videris, sponsos magis aestimato quam clericos. Quidam in hoc omne studium vitamque posuerunt, ut matronarum nomina, domos moresque cognoscant. Ex quibus unum, qui huius artis est princeps, breviter strictimque describam, quo facilius, magistro cognito, discipulos recognoscas. Cum sole festinus exsurgit, salutandi ei ordo disponitur, viarum compendia requiruntur, et paene usque ad cubicula dormientium senex importunus ingreditur. Si pulvillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domesticae supellectilis, laudat, miratur, attrectat, et se his indigere conquerens, non tam impetrat, quam extorquet, quia singulae metuunt veredarium [4]) urbis offendere. Huic inimica castitas, inimica ieiunia: prandium nidoribus probat et altili geranopepa, quae vulgo pipizo nominatur [5]). Os barbarum et procax, et in convitia semper armatum. Quocumque te verteris, primus in facie est. Quicquid novum insonuerit, aut auctor, aut exaggerator est famae. Equi per horarum momenta mutantur, tam nitidi tamque feroces, ut Thracii regis [6]) illum putes esse germanum.

[1]) = изъ вервія.
[2]) Псал. 52. 6.
[3]) Duc. Cilicium, vestis interior seu subucula ex pilis animalium contexta, quam monachi et vitae sanctioris viri ad domandam carnem sub ceteris vestibus deferunt. Cucullus s. cuculla, покрывалъ лишь голову и плечи.
[4]) Veredarii dicti qui veredis (= equis) publicis utebantur et responsa vel mandata Principum deferebant. Duc.
[5]) geranopepa = γερανοπίπη, родъ журавля.
[6]) Легендарнаго Реза, кони котораго были знамениты. Другіе разумѣютъ здѣсь коней Діомида, питавшихся человѣческимъ мясомъ.

Cap. 29. Variis callidus hostis pugnat insidiis. Sapientior erat coluber omnibus bestiis, quas creaverat Dominus super terram. Unde et apostolus: Non, inquit, ignoramus eius astutias. Nec affectatae sordes, nec exquisitae munditiae conveniunt christiano. Si quid ignoras, si quid de scripturis dubitas, interroga eum, quem vita commendat, excusat aetas, fama non reprobat, qui possit dicere: Desponsavi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo [1]). Aut si non est qui possit exponere, melius est aliquid nescire secure, quam cum periculo discere. Memento quia in medio laqueorum ambulas, et multae veteranae virgines castitatis indubitatae in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quae ancillulae sunt comites propositi tui, ne erigaris adversus eas, ne infleris ut domina. Unum sponsum habere coepistis, simul psallitis, Christi simul corpus accipitis, cur mensa diversa sit? Provocentur et aliae. Honor virginum sit invitatio ceterarum. Quod si aliquam senseris infirmiorem in fide, suscipe, consolare, blandire, et pudicitiam illius fac lucrum tuum. Si qua simulat, fugiens servitutem, huic aperte apostolum lege: Melius est nubere, quam uri [2]). Eas autem virgines et viduas, quae otiosae et curiosae domos circumeunt matronarum, quae rubore frontis attrito, parasitos vincunt mimorum [3]), quasi quasdam pestes abiice. Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae [4])... Istiusmodi hortari solent et dicere: Mi catella [5]), rebus tuis utere, et vive dum vivis, et: numquid filiis tuis servas? Vinosae atque lascivae, quidvis mali insinuant ac ferreas quoque mentes ad delicias emolliunt. Et cum luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quod primam fidem irritam fecerunt [6]). Nec tibi diserta multum velis videri, aut lyricis festiva carminibus, metro ludere. Non delumbem matronarum salivam [7]) delicata secteris, quae nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, rusticum putantes omne quod nascitur [8]). Adeo illis adulterium etiam linguae placet. Quae enim communicatio luci ad tenebras? Qui consensus Christo cum Belial [9])? Quid facit cum Psalterio Horatius? cum Evangeliis Maro? cum Apostolo Cicero? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem? Et licet omnia munda mundis, et nihil reiiciendum,

[1]) 2 Кор. 11. 2.
[2]) 1 Кор. 7. 9.
[3]) Роли паразитовъ—прихлебателей, выводившихся въ театральныхъ пьесахъ, мимахъ, отличались крайнимъ безстыдствомъ.
[4]) 1 Кор. 15. 33.
[5]) catella, ὑποκοριστικόν отъ canis, слово, которымъ обращались къ женщинамъ, въ фамильярной рѣчи.
[6]) 1 Тим. 5. 11. 12.
[7]) saliva, какъ выходящая изо рта; она delumbis, слабая, лишенная опредѣленности. Срвн. Persius Sat. 1. 104. Summa delumbe saliva hoc natat in labris.
[8]) = quod nativum, naturale est.
[9]) 2 Кор. 6. 14.

quod cum gratiarum actione percipitur, tamen simul bibere non debemus calicem Christi, et calicem daemoniorum. Referam tibi meae infelicitatis historiam [1]).

Cap. 30. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, et quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi, propter caelorum me regna castrassem, et Ierosolymam militaturus [2]) perfeceram, carere omnino non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus. Si quando in memetipsum reversus, prophetas legere coepissem, sermo horrebat incultus, et quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum et sine ulla requie (quod dictu quoque incredibile sit) sic infelicia membra depasta est, ut ossibus vix haererem. Interim parantur exsequiae, et vitalis animae calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpitabat, cum subito raptus in spiritu, ad tribunal iudicis detrahor; ubi tantum luminis et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terram, sursum aspicere non auderem. Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille qui praesidebat: Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus, ubi enim thesaurus tuus, ibi et cor tuum [3]). Illico obmutui, et inter verbera (nam caedi me iusserat) conscientiae magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi [4])? Clamare tamen coepi et eiulans dicere: Miserere mei, Domine, miserere mei. Haec vox inter flagella resonabat. Tandem ad praesidentis genua provoluti qui astabant precabantur, ut veniam tribueret adolescentiae, et errori locum poenitentiae commodaret, exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum libros aliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam maiora promittere, deierare coepi, et nomen eius obtestans, dicere: Domine, si umquam habuero codices seculares, si legero, te negavi. In haec sacramenti [5]) verba dimissus, revertor ad superos, et mirantibus cunctis, oculos aperio tanto lacrimarum imbre perfusos, ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus saepe deludimur. Testis est tri-

[1]) Въ послѣдующемъ разсказѣ весьма рѣзко противопоставляются занятія языческою литературою классическаго періода наукъ христіанской, при чемъ точкой исхода ставится исключительность первыхъ, заставляющая совершенно позабывать о послѣдней.
[2]) въ духовномъ смыслѣ.
[3]) Матѳ. 6. 21.
[4]) Псал. 6. 6.
[5]) = клятва.

bunal illud, ante quod iacui, testis iudicium triste, quod timui: ita mihi numquam contingat in talem incidere quaestionem [1]). Liventes fateor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum, et tanto dehinc studio divina legisse, quanto non ante mortalia legeram.

Cap. 31. Avaritiae tibi quoque vitandum est malum, non ut aliena non appetas (hoc enim et publicae leges puniunt), sed quo tua, quae tibi sunt aliena, non serves. Si in alieno, inquit, fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis [2])? Aliena nobis auri argentique sunt pondera, nostra possessio spiritalis est, de qua alibi dicitur: Redemptio animae viri, propriae divitiae [3]). Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, et alterum amabit; aut unum patietur, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae [4]), id est divitiis. Nam gentili Syrorum lingua mammona divitiae nuncupantur. Cogitatio victus, spinae sunt fidei. Radix avaritiae, cura gentilium. At dicis: Puella sum delicata, et quae manibus meis laborare non possim. Si ad senectam venero, si aegrotare coepero, quis mei miserebitur? Audi apostolis loquentem Iesum: Ne cogitetis in corde vestro, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, et Pater vester caelestis pascit illa [5]). Si vestis defuerit, lilia proponatur. Si esurieris, audias beatos pauperes et esurientes. Si aliquis te afflixerit dolor, legito: Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis [6]). Et: datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae, qui me colaphizet [7]), ne extollar. Laetare in omnibus iudiciis Dei. Exsultaverunt enim filiae Iudae in omnibus iudiciis tuis, Domine [8]). Illa tibi semper in ore vox resonet: Nudus exivi de utero matris meae, nudus redeam [9]). Et: Nihil intulimus in hunc mundum neque auferre quid possumus [10]).

Cap. 32. At nunc plerasque videas armaria vestibus stipare, tunicas mutare quotidie, et tamen tineas non posse superare. Quae religiosior fuerit, unum exterit vestimentum et plenis arcis pannos trahit. Inficiuntur membranae colore purpureo. Aurum liquescit in litteras, gemmis codices vestiuntur, et nudus ante fores earum Christus [11]) emoritur. Cum manum egenti porrexerint, buccinant. Cum ad agapen vocaverint, praeco conducitur. Vidi nuper (nomen taceo, ne

[1]) = cruciatus.
[2]) Лук. 16. 12.
[3]) Притч. 13. 8.
[4]) Матѳ. 6. 24.
[5]) Матѳ. 6. 25. 26.
[6]) 2 Кор. 12. 9.
[7]) 2 Кор. 12. 7.
[8]) Псал. 47. 12.
[9]) Іов. 1. 21.
[10]) 1 Тим. 6. 7.
[11]) въ лицѣ нищенствующихъ.

satiram putes) nobilissimam mulierum Romanarum in basilica Beati Petri, semiviris antecedentibus, propria manu, quo religiosior putaretur, singulos nummos dispertire pauperibus. Interea (ut usu nosse perfacile est) annus quaedam annis pannisque obsita praecucurrit, ut alterum nummum acciperet: ad quam cum ordine pervenisset, pugnus porrigitur pro denario, et tanti criminis reus sanguis effunditur. Radix omnium malorum est avaritia, ideoque ab apostolo idolorum servitus appellatur [1]). Quaere primum regnum Dei, et haec omnia apponentur tibi. Non occidet fame animam iustam Dominus. Iunior fui, et senui, et non vidi iustum derelictum, neque semen eius quaerens panem [2]). Elias corvis ministrantibus pascitur. Vidua Sareptana, ipsa cum filiis nocte moritura, prophetam pascit esuriens, et mirum in modum capsace [3]) completo, qui alendus venerat, alit. Petrus Apostolus inquit: Argentum et aurum non habeo, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu surge et ambula [4]). At nunc multi, licet sermone taceant, opere loquuntur: Fidem et misericordiam non habeo, quod autem habeo, argentum et aurum, hoc tibi non do. Habentes autem victum et vestitum, his contenti sumus [5]). Audi Iacob, quid sua oratione postulet: Si fuerit Dominus meus mecum, et servaverit me in via hac, per quam ego iter facio, et dederit mihi panem ad manducandum et vestitum ad vestiendum [6]). Tantum necessaria deprecatus est, et post annos viginti dives dominus et ditior pater, ad terram revertitur Chanaan. Infinita de scripturis exempla suppetunt, quae avaritiam doceant esse fugiendam.

Cap. 33. Verum quia nunc ex parte de ea dicitur (et suo, si Christus annuerit, volumini reservatur), quid ante non plures annos Nitriae [7]) gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quam avarior, et nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lino texendo acquisierat, moriens dereliquit [8]). Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque milia divisis cellulis habitabant), quid facto opus esset. Alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos ecclesiae, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero, et Pambo, et Isidorus, et ceteri, quos patres vocant, Sancto in eis loquente Spiritu, decreverunt infodiendos esse cum domino suo, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem [9]). Nec hoc crudeliter quisquam putet factum:

[1]) Ефес. 5. 5.
[2]) Псал. 36. 25.
[3]) capsax, capsace, καψάκιον, сосудъ, вмѣщавшій въ себѣ 12 секстаріевъ.
[4]) Дѣян. 3. 6.
[5]) 1 Тим. 6. 8.
[6]) Быт. 28. 20.
[7]) городъ въ Египтѣ, см. п. CVIII. гл. 14.
[8]) Такъ какъ умершій былъ въ общежитіи, то имѣть собственныя деньги у себя на рукахъ было непозволительнымъ.
[9]) Дѣян. 8. 20.

tantus cunctos per totam Aegyptum terror invasit, ut unum solidum dimisisse [1]), sit criminis.

Cap. 34. Et quoniam monachorum fecimus mentionem, et te scio libenter audire quae sancta sunt, aurem paulisper accommoda. Tria sunt in Aegypto genera monachorum. Unum, Coenobitae, quod illi Sauses gentili lingua vocant, nos in commune viventes possumus appellare. Secundum, Anachoretae, qui soli habitant per deserta, et ab eo quod procul ab hominibus recesserint [2]), nuncupantur. Tertium genus est, quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum, et quod in nostra provincia [3]) aut solum, aut primum est. Hi bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes, et de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia. Habitant autem quam plurimum in urbibus et castellis, et quasi ars sit sancta, non vita, quicquid vendiderint, maioris est pretii. Inter hos saepe sunt iurgia, quia suo viventes cibo, non patiuntur se alicui esse subiectos. Re vera solent certare ieiuniis, et rem secreti, victoriae faciunt. Apud hos affectata sunt omnia: laxae manicae, caligae follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum, et si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum.

Cap. 35. His igitur quasi quibusdam pestibus exterminatis, veniamus ad eos qui plures sunt, et in commune habitant, id est, quos vocari Coenobitas diximus. Prima apud eos confoederatio est, oboedire maioribus, et quicquid iusserint, facere. Divisi sunt per decurias atque centurias, ita ut novem hominibus decimus praesit et rursus decem praepositos sub se centesimus habeat. Manent separati seiunctis cellulis. Usque ad horam nonam, ut institutum est, nemo pergit ad alium, exceptis his decanis, quos diximus, ut si cogitationibus forte quis fluctuat, illius consoletur alloquiis. Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturae recitantur ex more. Et completis orationibus cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare. Quo loquente, tantum silentium fit, ut nemo alium respicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu est audientium. Tacite volvuntur per ora lacrimae et ne in singultus quidem erumpit dolor. Cum vero de regno Christi, et de futura beatitudine, et de gloria coeperit annuntiare ventura, videas cunctos moderato suspirio et oculis ad caelum levatis, intra se dicere: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam [4])? Post haec concilium solvitur et unaquaeque decuria cum suo parente pergit ad mensas, quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrant. Nullus in cibo strepitus est, nemo comedens loquitur.

[1]) = reliquisse testamento, legavisse.
[2]) ἀναχωρέω.
[3]) Pannonia, или Italia.
[4]) Псал. 54. 7.

Vivitur pane, leguminibus et oleribus, quae sale solo condiuntur. Vinum tantum senes accipiunt, quibus cum parvulis saepe fit prandium, ut aliorum fessa sustentetur aetas, aliorum non frangatur inciens. Dehinc consurgunt pariter, et hymno dicto, ad praesepia [1]) redeunt: ibi usque ad vesperam cum suis unusquisque loquitur et dicit: Vidistis illum et illum? quanta in ipso sit gratia? quantum silentium? quam moderatus incessus? Si infirmum viderint, consolantur; si in Dei amore ferventem, cohortantur ad studium. Et quia nocte extra orationes publicas in suo cubili unusquisque vigilat, circumeunt cellulas singulorum, et aure apposita, quid faciant, diligenter explorant. Quem tardiorem deprehenderint, non increpant, sed dissimulato quod norunt, eum saepius visitant et prius incipientes, provocant magis orare quam cogunt. Opus diei statum est, quod decano redditum, fertur ad oeconomum, qui et ipse per singulos menses patri omnium cum magno tremore reddit rationem. A quo etiam cibi cum facti fuerint, praegustantur, et quia non licet dicere cuiquam: Tunicam et sagum [2]) textaque iuncis strata non habeo, ille ita universa moderatur, ut nemo quid postulet, nemo dehabeat. Si quis vero coeperit aegrotare, transfertur ad exedram latiorem et tanto senum ministerio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quaerat affectum. Dominicis diebus orationi tantum et lectionibus vacant, quod quidem et omni tempore completis opusculis faciunt. Quotidie aliquid de scripturis discitur. Ieiunium totius anni aequale est, excepta quadragesima [3]), in qua sola conceditur districtius vivere. A pentecoste [4]) cenae mutantur in prandia: quo et traditioni ecclesiasticae satisfiat, et ventrem cibo non onerent duplicato. Tales Philo [5]), Platonici sermonis imitator, tales Iosephus, Graecus Livius, in secunda Iudaicae captivitatis historia [6]) Essenos refert.

Cap. 36. Verum quia nunc de virginibus scribens, paene superfluum de monachis disputavi, ad tertium genus veniam, quos Anachoretas vocant; qui et de coenobiis exeuntes, excepto pane et sale, ad deserta nihil perferunt amplius. Huius vitae auctor Paulus [7]), illustrator Antonius [8]) et, ut ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista fuit. Talem vero virum Ieremias quoque Propheta describit, dicens: Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit, quoniam sustulit super se iugum,

[1]) = ad cellulas.
[2]) плащъ вообще.
[3]) = τεσσαρακοστή, четыредесятница.
[4]) = πεντηκοστή, пятидесятница, или въ значеніи праздника, или въ значеніи 50 дней, протекающихъ съ праздника Воскресенія до Сошествія Св. Духа.
[5]) Филонъ Іудеянинъ, въ соч. ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος.
[6]) Іосифъ Флавій, de bello Iudaico, 2, 8.
[7]) Св. Павелъ изъ Ѳивъ, удалившійся въ пустыню во время Діоклетіанова гоненія, и прожившій въ ней около 100 лѣтъ.
[8]) Св. Антоній Великій, изъ Египта, 251—355, признается основателемъ православнаго монашества на Востокѣ.

et dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis, quia non in sempiternum abiiciet Dominus [1]). Horum laborem et conversationem in carne non carnis alio tempore, si volueris, explicabo. Nunc ad propositum redeam, quia de avaritia disserens, ad monachos veneram. Quorum tibi exempla proponens, non dico aurum atque argentum et ceteras opes, sed ipsam terram et caelum despiciens et Christo copulata cantabis: Pars mea Dominus.

Cap. 37. Post haec quamquam apostolus orare nos semper iubeat, et sanctis etiam ipse sit somnus oratio, sic tamen divisas orandi horas debemus habere, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque et vesperam, nemo est qui nesciat. Nec cibi sumantur, nisi oratione praemissa, nec recedatur a mensa, nisi referatur Creatori gratia. Noctibus bis terque surgendum, revolvenda quae de scripturis memoriter retinemus. Egredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea, oratio occurrat antequam sessio, nec prius corpusculum requiescat, quam anima pascatur. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat Domini crucem. Nulli detrahas, nec adversus filium matris tuae ponas scandalum [2]). Tu quae es, ut alienum servum iudices? Suo Domino stat, aut cadit. Stabit autem: potens est enim Dominus statuere illum [3]). Nec si biduo triduoque ieiunaveris, putes te non ieiunantibus esse meliorem. Tu ieiunas, et irasceris, ille comedit, et fronte blanditur. Tu vexationem mentis et ventris esuriem rixando digeris, ille moderatius alitur et Deo gratias agit. Unde quotidie clamat Isaias: Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus [4]). Et iterum: In diebus ieiuniorum vestrorum inveniuntur voluntates vestrae, et omnes qui sub vestra potestate sunt, stimulatis. In iudiciis et litibus ieiunatis, et percutitis pugnis humilem [5]). Ut quid mihi ieiunatis? Quale illud potest esse ieiunium, cuius iram non dicam nox occupat, sed luna integram derelinquit? Te ipsam considerans, noli in alterius ruina, sed in tuo opere gloriari.

Cap. 38. Nec illarum tibi exempla proponas, quae carnis curam facientes, possessionum reditus et quotidianas domus impensas supputant. Neque enim undecim apostoli Iudae proditione sunt fracti, nec Phygelo [6]) et Alexandro [7]) facientibus naufragium, ceteri a cursu fidei substiterunt. Nec dicas: illa et illa suis rebus fruitur, honoratur ab hominibus, fratres ad eam conveniunt et sorores. Numquid ideo virgo esse desiit? Primo dubium est, an virgo sit talis. Non

[1]) Плач. Іер. 3. 27 сл.
[2]) Исал. 49. 20.
[3]) Рим. 14. 4.
[4]) Ис. 58. 5.
[5]) Ис. 58. 3.
[6]) 2 Тим. 1. 15.
[7]) 2 Тим. 4. 14.

enim quomodo videt homo, videt Deus. Homo videt in facie, Deus autem videt in corde [1]). Dehinc etiam si corpore virgo est, spiritu virgo sit, nescio. Apostolus autem ita virginem definivit: Ut sit sancta corpore et spiritu [2]). Ad extremum habeat sibi gloriam suam. Vincat Pauli sententiam, deliciis fruatur et vivat. Nos meliorum exempla sectemur. Propone tibi beatam Mariam, quae tantae exstitit puritatis, ut mater Domini esse mereretur. Ad quam cum Angelus Gabriel in viri specie descendisset, dicens: Ave gratia plena, Dominus tecum [3]), consternata et perterrita, respondere non potuit. Numquam enim a viro fuerat salutata. Denique nuntium discit et loquitur. Et quae hominem formidabat, cum Angelo fabulatur intrepida. Potes et tu esse mater Domini. Accipe tibi tomum magnum, novum, et scribe in eo stilo hominis: velociter spolia detrahe [4]), et postquam accesseris ad prophetissam et conceperis in utero, et pepereris filium [5]), dic: A timore tuo, Domine, concepimus, et doluimus, et peperimus spiritum salvationis tuae, quem fecimus super terram [6]). Tunc et filius tuus tibi respondebit et dicet: Ecce mater mea et fratres mei [7]). Et mirum in modum ille, quem in latitudine pectoris tui paulo ante descripseras, quem in novitate cordis stilo signaveras, postquam spolia ex hostibus receperit, postquam denudaverit principatus et potestates, et affixerit eas cruci, conceptus adolescit, et maior effectus sponsam te incipit habere de matre. Grandis labor, sed grande praemium, esse quod martyres, esse quod apostoli, esse quod Christus est. Quae quidem universa tunc prosunt, cum in ecclesia fiunt, cum in una domo Pascha celebramus; si Arcam ingredimur cum Noë; si pereunte Iericho, Rahab meretrix [8]) iustificata nos continet. Ceterum virgines, quales apud diversas haereses, et quales apud impurissimum Manichaeum [9]) esse dicuntur, scorta sunt existimandae, non virgines. Si enim corporis earum auctor est diabolus, quomodo possunt honorare plasmationem [10]) hostis sui? Sed quia sciunt virginale vocabulum [11]) gloriosum, sub ovium pellibus lupos tegunt. Christum mentitur Antichristus, et turpitudinem vitae falso nominis honore convestiunt. Gaude soror, gaude filia, gaude mi virgo, quia quod aliae simulant, tu vere esse coepisti.

Cap. 39. Haec omnia quae digessimus dura videbuntur ei, quae non amat Christum. Qui autem omnem seculi pompam pro purgamento habuerit et vana duxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat, qui commortuus est Domino suo, et consurrexit, et crucifixit carnem cum vitiis et concupiscentiis, libere proclamabit: Quis nos separabit a caritate Dei? an tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius [1])? Et iterum: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque excelsum, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro [2]). Dei Filius pro nostra salute hominis factus est filius. Novem mensibus in utero ut nascatur exspectat, fastidia sustinet, cruentus egreditur, pannis involvitur, blanditiis delinitur; et ille pugillo mundum includens, praesepis continetur angustiis. Taceo quod usque ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus est; verberatur, et tacet; crucifigitur, et pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo. Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius [3]). Haec est sola digna retributio, cum sanguis sanguine compensatur; et redempti cruore Christi, pro redemptore libenter occumbimus. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? Abel iustus occiditur; Abraham uxorem periclitatur amittere. Et ne in immensum volumen extendam, quaere et invenies singulos adversa perpessos. Solus in deliciis Salomon fuit, et forsitan ideo corruit. Quem enim diligit Dominus, corripit. Castigat autem omnem filium quem recipit [4]). Nonne melius est brevi tempore dimicare, ferre vallum [5]), arma sumere, lassescere sub lorica, et postea gaudere victorem, quam impatientia unius horae servire perpetuo?

Cap. 40. Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Respice, quanta Iacob pro Rachel pacta uxore sustinuit. Et servivit, inquit scriptura, Iacob pro Rachel annis septem. Et erant in conspectu eius quasi dies pauci, quia amabat illam [6]). Unde et ipse postea memorat: In die urebar aestu et gelu nocte [7]). Amemus et nos Christum eiusque semper quaeramus amplexus, et facile videbitur omne difficile; brevia putabimus universa quae longa sunt, et iaculo illius vulnerati, per horarum momenta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est a me [8]). Non sunt enim con-

[1]) 1 Цар. 16. 7.
[2]) 1 Кор. 7. 34.
[3]) Лук. 1. 28.
[4]) Ис. 8. 1.
[5]) Ис. 8. 3.
[6]) Ис. 26. 18. Vulg. Concepimus et quasi parturivimus et peperimus spiritum, salutem non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terrae.
[7]) Марк. 3. 34.
[8]) Іис. Нав. 2.
[9]) Маниxей или Манесъ, знаменитый ереciархъ III в.
[10]) = creaturam, πλάσμα.
[11]) наименованіе.

[1]) Римл. 8. 35.
[2]) Римл. 8. 38.
[3]) Псал. 115. 4 сл. Salutare сущ. = σωτήριον.
[4]) Притч. 3. 12.
[5]) vallum, тынъ, частоколъ, которымъ окружался римскій лагерь. Солдаты въ походахъ нерѣдко носили съ собою матеріалы для его сооруженія.
[6]) Быт. 29. 20.
[7]) Быт. 31. 40.
[8]) Псал. 119. 2.

dignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis [1]). Quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit [2]). Quando tibi grave videtur esse quod sustines, Pauli secundam epistolam ad Corinthios lege: In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi, ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui. In itineribus saepius, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus; in laboribus, in miseriis, in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis plurimis, in frigore et nuditate [3]). Quis nostrum saltem minimam portionem de catalogo harum sibi potest vindicare virtutum? Ob quae ille postea confidenter aiebat: Cursum consummavi, fidem servavi. Superest mihi corona iustitiae, quam retribuet mihi in illa die Dominus iustus iudex [4]). Si cibus insulsior fuerit, contristamur et putamus Deo nos aliquod praestare beneficium, cum aquatius vinum bibimus. Calix frangitur, mensa subvertitur, verbera resonant, et aqua tepidior sanguine vindicatur. Regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud [5]). Nisi vim feceris, caelorum regna non capies. Nisi pulsa fueris importune, panem non accipies sacramenti. An non tibi videtur violentia, cum caro cupit esse quod Deus est, et illuc unde Angeli corruerunt, Angelos iudicatura conscendit?

Cap. 41. Egredere quaeso paulisper de carcere, et praesentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit [6]). Qualis erit illa dies, cum tibi Maria Mater Domini choris occurret comitata virgineis? cum post Rubrum mare, submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanum tenens Maria soror Aaron in sua manu, praecinet responsuris [7]): Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare [8]). Tunc Thecla [9]) in tuos laeta volabit amplexus. Tunc et ipse Sponsus occurret et dicet: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea, quia ecce hiems transivit, pluvia abiit sibi [10]). Tunc et Angeli mirabuntur et dicent: Quae est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa ut luna, electa ut sol [11])? Videbunt te

[1]) Римл. 8. 18.
[2]) Римл. 5. 3. 4.
[3]) 2 Кор. 11. 23 сл.
[4]) 2 Тим. 4. 7. 8.
[5]) Матѳ. 11. 12.
[6]) 1 Кор. 2. 9.
[7]) respondere—отвѣчать на пѣніе пѣніемъ же; сл. responsorium.
[8]) Ис. 15. 1.
[9]) Ѳекла, равноапостольная дѣвственница и первомученица.
[10]) Пѣснь П. 4. 10. 11.
[11]) Пѣснь П. 6. 9.

filiae, et laudabunt reginae, et concubinae [1]) praedicabunt. Hinc et alius castitatis chorus occurret: Sara cum nuptis veniet, filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in diversis gregibus carnis et spiritus matres tuae. Laetabitur illa quod genuit, exsultabitur ista quod docuit. Tunc vere super asinam Dominus ascendet, et caelestem ingreditur Ierusalem. Tunc parvuli, de quibus in Isaia Salvator effatur: Ecce ego et pueri mei, quos mihi dedit Deus [2]), palmas victoriae sublevantes, consono ore, cantabunt: Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis [3]). Tunc centum quadraginta quattuor milia in conspectu throni et seniorum tenebunt citharas et cantabunt canticum novum. Et nemo poterit dicere canticum illud, nisi numerus definitus. Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinaverunt, virgines enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque vadit [4]). Quotienscumque te vana seculi delectaverit ambitio, quotiens in mundo aliquid videris gloriosum, ad paradisum mente transgredere. esse incipe quod futura es et audies a sponso tuo: Pone me sicut umbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo [5]), et corpore pariter ac mente munita clamabis et dices: Aquae multae non potuerunt exstinguere caritatem, et flumina non operient eam [6]).

2.

Epistola XXIII.

Ad Marcellam.

De exitu Leae.

Cap. 1. Cum hora ferme tertia hodiernae diei, septuagesimum secundum psalmum, id est, tertii libri principium legere coepissemus et docere cogeremur, tituli ipsius partem ad finem secundi libri, partem ad principium tertii libri pertinere, quod scilicet, defecerunt hymni David, filii Iesse, finis esset prioris, Psalmus vero Asaph principium sequentis; et usque ad eum locum pervenissemus, in quo iustus loquitur: Si dicebam, narrabo sic, ecce generationem filiorum tuorum praevaricatus sum [7]); quod in Latinis codicibus non ita habemus expressum, repente nobis nuntiatum est sanctissimam Leam exisse de

[1]) = uxores.
[2]) Ис. 8. 18.
[3]) Іоан. 12. 13.
[4]) Апок. 14. 4.
[5]) Пѣснь П. 8. 6.
[6]) Пѣснь П. 8. 7.
[7]) Псал. 72. 15. Vulg. ecce nationem filiorum reprobavi.

corpore. Ibique ita te palluisse conspexi, ut vere aut pauca, aut nulla sit anima, quae fracto vase tastacco, non tristis erumpat. Et tu quidem, non quod futuri incerta esses, dolebas, sed quod triste funeri obsequium non dedisses. Denique in mediis fabulis [1]) rursum didicimus, reliquias eius iam Ostiam fuisse delatas.

Cap. 2. Quaeras, quo pertineat ista replicatio [2])? Respondebo tibi verbis apostoli: multum per omnem modum. Primum, quod universorum gaudiis prosequenda sit, quae calcato diabolo, coronam iam securitatis accepit. Secundo, ut eius vita breviter explicetur. Tertio, ut designatum consulem [3]), de suis socculis detrahentem, esse docemus in tartaro. Et quidem conversationem [4]) Leae nostrae quis possit digno allevare praeconio? Ita eam totam ad Dominum fuisse conversam, ut monasterii princeps, mater virginum fieret; post mollitiem vestium sacco membra trivisse, insomnes orationibus duxisse noctes, et comites suas plus exemplo docuisse quam verbis. Humilitatis fuit tantae tamque subiectae, ut quondam domina plurimorum ancilla omnium putaretur, nisi quod eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta vestis, vilis cibus, neglectum caput, ita tamen, ut cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in praesenti seculo mercedem suam.

Cap. 3. Nunc igitur pro brevi labore aeterna beatitudine fruitur: excipitur Angelorum choris, Abrahae sinibus confovetur, et cum paupere quondam Lazaro, divitem purpuratum, et non palmatum consulem, sed atratum [5]), stillam digiti minoris cernit inquirere. O quanta rerum mutatio! Ille, quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina praecedebant, qui, quasi de subiectis hostibus triumpharet, Capitolinas ascendit arces [6]), quem plausu quodam et tripudio populus Romanus excepit, ad cuius interitum urbs universa commota est, nunc desolatus et nudus, non in lacteo caeli palatio [7]), ut uxor mentitur [8]) infelix, sed in sordentibus continetur. Haec vero, quam unius cubiculi secreta vallabant, quae pauper videbatur et tenuis, cuius vita putabatur amentia, Christum sequitur et dicit: Quaecumque audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri [9]), et reliqua

[1]) = разговоры.
[2]) = отступленіе.
[3]) Разумѣется Vettius Agorius Praetextatus, знатное лицо, бывшее при Ѳеодосіѣ praefectus praetorio и умершее будучи consul designatus, т. е. назначеннымъ въ консулы на слѣдующій годъ. Этотъ Агорій вѣроятно имѣлъ случай высокомѣрно или непріязненно относиться къ Леѣ, что и выражено словами: de suis socculis detrahentem = eam contemptui habentem. Другіе приравниваютъ это выраженіе выраженію: diem obire supremum.
[4]) = образъ жизни.
[5]) = atra veste indutum, въ знакъ скорби и пораженія, чему противополагается palmatus; сл. tunica palmata, вышитая пальмами, которую надѣвали тріумфаторы.
[6]) въ качествѣ вновь назначеннаго консула, приносившаго моленіе Юпитеру въ Капитолійскомъ храмѣ.
[7]) = in via lactea.
[8]) = ложно думаетъ.
[9]) Псал. 47. 9.

Cap. 4. Quapropter moneo et flens gemensque contestor, ut dum huius mundi viam currimus, non duabus tunicis, id est, duplici vestiamur fide, non calceamentorum pellibus, mortuis videlicet operibus, praegravemur, non divitiarum nos pera ad terram premat, non virgae, id est, potentiae secularis quaeratur auxilium, non pariter et Christum velimus habere, et seculum; sed pro brevibus et caducis, aeterna succedant, et cum quotidie (secundum corpus loquor) praemoriamur, in ceteris non perpetuos existimemus, ut possimus esse perpetui.

3.

Epistola CVIII.

Ad Eustochium virginem.

Epitaphium Paulae matris.

Cap. 1. Si cuncta corporis mei membra verterentur in linguas et omnes artus humana voce resonarent, nihil dignum sanctae ac venerabilis Paulae virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed multo nobilior sanctitate; potens quondam divitiis, sed nunc Christi paupertate insignior; Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres, cuius vocabulum trahit [1]), Marciae Papyriae matris Africani vera et germana progenies [2]), Romae praetulit Bethleem, et auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutavit. Non moeremus, quod talem amisimus, sed gratias agimus, quod habuimus, imo habeamus. Deo enim vivunt omnia, et quicquid revertitur ad Dominum, in familiae numero computatur. Quamquam amissio illius caelestis domus habitatio sit; quae quamdiu in corpore fuit, peregrinata est a Domino [3]), et voce semper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea [4]). Nec mirum si planxerit se versari in tenebris (hoc enim Cedar interpretatur), cum mundus in maligno positus sit; et sicut tenebrae illius, ita et lumen eius [5]), luxque in tenebris luceat et

[1]) = cuius nomen habet.
[2]) M. Papyria, дочь C. Papyrius Maso, была замужемъ за L. Aemilius Paulus Macedonicus; ея сынъ былъ адоптированъ сыномъ Сципіона Старшаго и именовался: L. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus iunior.
[3]) 2 Кор. 5. 6.
[4]) Псал. 119. 5.
[5]) Псал. 138. 12.

tenebrae eam non comprehenderunt [1]). Unde et illud crebrius inferebat [2]): Advena sum et peregrina sicut omnes patres mei [3]). Et iterum: Cupio dissolvi, et esse cum Christo [4]). Quotiens autem infirmitate corpusculi (quam incredibili abstinentia et duplicatis contraxerat ieiuniis) vexabatur, hoc in ore volvebat: Subiicio corpus meum et in servitutem redigo, ne aliis praedicans, ipsa reproba inveniar [5]). Et: Bonum est vinum non bibere et carnem non manducare [6]). Et: Humiliavi in ieiunio animam meam [7]). Et: Totum tectum meum versasti in infirmitate mea [8]). Et: Versata sum in miseria, dum mihi configitur spina [9]). Atque inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi caelos aspiceret, loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo et requiescam [10])?

Cap. 2. Testor Iesum et Sanctos eius, ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit et comes admirabilis feminae, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui, sed quicquid dicturus sum, pro testimonio dicere, et minus eius esse meritis, quam totus orbis canit, sacerdotes mirantur, virginum chori desiderant, monachorum et pauperum turbae deplangunt. Vis, lector, eius breviter scire virtutes? omnes suos pauperes, pauperior ipsa dimisit. Nec mirum, de proximis et familiola, quam in utroque sexu de servis et ancillis in fratres sororesque mutaverat, ista proferre, cum Eustochium virginem et devotam Christi filiam, in cuius consolationem libellus hic cuditur, procul a nobili genere, sola fide et gratia divitem reliquerit.

Cap. 3. Carpamus igitur narrandi ordinem. Alii altius repetant et a cunabulis eius ipsisque, ut ita dicam, crepundiis matrem Blaesillam et Rogatum proferant patrem: quorum altera Scipionum Gracchorumque progenies est, alter per omnes fere Graecias usque hodie stemmatibus [11]) et divitiis ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali Troiam obsidione delevit. Nos nihil laudabimus, nisi quod proprium est et de purissimo sanctae mentis fonte profertur. Quamquam Dominus atque Salvator in Evangelio doceat Apostolos sciscitantes quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserunt, centuplum in praesentiarum recepturos, et in futuro vitam aeternam [12]). Ex quo intellegimus, non laudis esse possidere divitias, sed pro Christo eas contemnere, non tumere ad

[1]) Ioan. 1. 5.
[2]) = addebat.
[3]) Псал. 38. 13.
[4]) Филип. 1. 23.
[5]) 1 Кор. 9. 27.
[6]) Рим. 14. 21.
[7]) Псал. 34. 13.
[8]) Псал. 40. 4.
[9]) Псал. 31. 4.
[10]) Псал. 54. 7.
[11]) = родословное дерево
[12]) Марк. 10. 30.

honores, sed pro Dei fide eos parvipendere. Vere quod pollicitus est servis et ancillis Salvator, reddidit in praesenti. Nam quae unius urbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romae habitantem, nullus extra Romam noverat, latentem in Bethleem, et barbara et Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis autem in sanctis locis praeter Paulam, quod plus inter homines miraretur, invenit? Haec sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, et iubar solis parvos igniculos stellarum obruit et obscurat, ita cunctorum virtutes et potentias sua humilitate superavit, minimaque fuit inter omnes, ut omnium maior esset. Et quanto se plus deiiciebat, tanto magis a Christo sublevabatur. Latebat, et non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quae virtutem quasi umbra sequitur, et appetitores sui deserens, appetit contemptores. Sed quid ago, narrandi ordinem praetermittens, dum in singulis teneor, non servo praecepta dicendi.

Cap. 4. Tali igitur stirpe generata, iuncta est viro Toxotio, qui Aeneae et Iuliorum altissimum sanguinem trahit. Unde etiam filia eius Christi virgo Eustochium, Iulia nuncupatur, et ipse

Iulius a magno demissum nomen Iulo [1]).

Et haec dicimus, non quod habentibus grandia sint, sed quod contemnentibus, mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos, qui his pollent privilegiis. Nos laudamus, qui pro Salvatore ista despexerint, et mirum in modum quos habentes parvipendimus, si habere noluerint praedicamus. His, inquam, orta maioribus, et fecunditate ac pudicitia probata, primum viro, deinde propinquis, et totius urbis testimonio, quinque liberos edidit: Blaesillam, super cuius morte eam Romae consolatus sum, Paulinam, quae sanctum et admirabilem virum, et propositi et rerum suarum Pammachium reliquit heredem, ad quem super obitu eius parvulum libellum edidimus, Eustochium, quae nunc in sanctis locis virginitatis et ecclesiae monile pretiosum est, Ruffinam, quae immaturo funere pium matris animum consternavit, et Toxotium...

Cap. 5. Postquam vir mortuus est, ita eum planxit, ut prope ipsa moreretur; ita se convertit ad Domini servitutem, ut eius mortem videretur optasse. Quid ego referam, amplae et nobilis domus, et quondam opulentissimae, omnes paene divitias in pauperes erogatas? quid in cunctos clementissimum animum, et bonitatem etiam in eos, quos numquam viderat evagantem? quis inopum moriens, non illius vestimentis obvolutus est? quis clinicorum [2]) non eius facultatibus sustentatus est? Quos curiosissime tota urbe perquirens, damnum putabat, ut quisquam debilis et esuriens cibo sustentaretur

[1]) Verg. Aen. 1. 292.
[2]) clinicus, κλίνη, qui lecto ex aegritudine detinetur.

alterius. Spoliabat filios, et inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hereditatem, Christi misericordiam, dimittere [1]) loquebatur.

Cap. 6. Nec diu potuit excelsi apud seculum generis et nobilissimae familiae visitationes et frequentiam sustinere. Moerebat honore suo, et ora laudantium declinare ac fugere festinabat. Cumque Orientis et Occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales litterae contraxissent, vidit admirabiles viros, Christique pontifices: Paulinum Antiochenae urbis episcopum [2]), et Epiphanium Salaminae Cypri [3]), quae nunc Constantia dicitur; quorum Epiphanium etiam hospitem habuit, Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat. Non domus, non liberorum, non familiae, non possessionum, non alicuius rei, quae ad seculum pertinet, memor, sola, si dici potest, et incomitata, ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat. Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, et ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit...

Cap. 7. Delata ad insulam Pontiam [4]), quam clarissimae quondam feminarum sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani, Flaviae Domitillae [5]) nobilitavit exilium, videnque cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis, Ierosolymam et sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti et omnis pigra velocitas. Inter Scyllam et Charybdim Hadriatico se credens pelago, quasi per stagnum venit Methonen [6]), ibique refocillato paululum corpusculo,

> Et sale tabentes artus in littore ponens [7]),
> Per Maleam [8]), et Cytheram [9]), sparsasque per aequor
> Cycladas,... et crebris freta concita terris [10]);

post Rhodum et Lyciam, tandem vidit Cyprum, ubi sancti et venerabilis Epiphanii pedibus provoluta, decem ab eo diebus retenta est, non in refectionem, ut ille arbitrabatur, sed in opus Dei, ut re

---

[1]) = relinquere.
[2]) Павлинъ II, епископъ Антіохійскій, † 388.
[3]) Св. Епифаній, уроженецъ Палестины, съ 367 г. епископъ гор. Саламина, на о-вѣ Кипрѣ.
[4]) Pontia, островъ въ Средиземномъ морѣ, близъ береговъ Лаціума, служившій во время Имперіи мѣстомъ изгнанія.
[5]) Флавія Домитилла, сестра консула Флавія Клемента, родственница Веспасіана, была изгнана на о-въ Понтію и пострадала въ Террачинѣ. Близъ Рима, по via Ardeatina, есть развалины базилики въ ея память, и при оной катакомбы.
[6]) Methone, Μεθώνη, городъ на ЮЗ. оконечности Мессеніи.
[7]) Verg. Aen. 1. 177.
[8]) Malĕa, Μαλέα, ЮВ. оконечность Пелопоннеса.
[9]) Cythēra, τὰ Κύθηρα, о-въ въ Егейскомъ морѣ, близъ Пелопоннеса. Изъ сопоставленія цитаты Іерон. съ подлинникомъ видно, что она приведена не точно, чѣмъ объясняется и просодическая неправильность въ Cythĕram.
[10]) Verg. Aen. 3. 126.

comprobatum est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria, prout potuit, refrigeria sumptuum fratribus dereliquit, quos amor sancti viri de toto illuc orbe conduxerat. Inde brevi cursu transfretavit Seleuciam [1]), de qua ascendens Antiochiam, sancti confessoris Paulini modicum caritate detenta, media hieme, calente ardore fidei, femina nobilis, quae prius eunuchorum manibus portabatur [2]), asello sedens profecta est.

Cap. 8. Omitto Coeles Syriae et Phoenicis iter (neque enim hodoëporicon eius disposui scribere): ea tantum loca nominabo, quae sacris voluminibus continentur. Beryto Romana colonia [3]), et antiqua urbe Sidone derelicta, in Sareptae littore Eliae [4]) est ingressa turriculam, in qua adorato Domino Salvatore, per arenas Tyri, in quibus genua Paulus fixit [5]), pervenit Acco, quae nunc Ptolemais dicitur, et per campos Mageddo, Iosiae necis conscios [6]), intravit terram Philisthiim. Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentissimae [7]), et versa vice, Stratonis turrim ab Herode rege Iudaeae in honorem Caesaris Augusti Caesaream nuncupatam, in qua Cornelii domum [8]), Christi vidit ecclesiam, et Philippi aediculas [9]), et cubicula quattuor virginum prophetarum. Deinde Antipatrida [10]), semirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes vocaverat, et Lyddam versam in Diospolim [11]), Dorcadis atque Aeneae resurrectione ac sanitate inclitam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Ioseph, qui Dominum sepelivit, et Nobe urbem quondam sacerdotum [12]), nunc tumulum occisorum. Ioppen quoque fugientis portum Ionae [13]), et (ut aliquid perstringam de fabulis poëtarum) religatae ad saxum Andromedae spectatricem. Repetitoque itinere, Nicopolim, quae Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus [14]), Cleophae domum in ecclesiam dedicavit. Atque inde proficiscens ascendit Bethoron inferiorem et superiorem, urbes a Salomone conditas [15]), sed varia postea bellorum tempestate deletas, ad dexteram aspiciens Aialon et Gabaon [16]), ubi Iesus filius Nave contra quinque reges

---

[1]) Seleucia, Σελεύκεια, въ Сиріи, у устья р. Оронта.
[2]) in lectica.
[3]) Berytus, Βηρυτός, древній городъ на Финикійскомъ побережьѣ, возобновленный во время Имперіи.
[4]) 3 Цар. 17.
[5]) Дѣян. 21. 5.
[6]) 2 Парал. 35. 22 сл.
[7]) Іис. Нав. 11. 2 и др.
[8]) Дѣян. 10. 1.
[9]) Дѣян. 8. 40.
[10]) Дѣян. 23. 31.
[11]) Lydda у Грековъ называвшаяся Διοσπόλις. По Дѣян. 9. 36, воскрешеніе Доркады или Тавиѳы происходило въ Іоппіи, а исцѣленіе Енея въ Лиддѣ.
[12]) 1 Цар. 21. 19.
[13]) Іон. 1. 2.
[14]) Лук. 24. 38.
[15]) 2 Цар. 8. 5.
[16]) Іис. Нав. 10. 12.

dimicans, soli imperavit et lunae, et Gabaonitas ob dolos et insidias federis impetrati, in aquarios lignariosque damnavit [1]). In Gabaa urbe usque ad solum diruta, paululum substitit, recordata peccati eius, et concubinae in frusta divisae, et tribus Beniamin trecentos viros, propter apostolum reservatos [2]).

Cap. 9. Quid diu moror? ad laevam mausoleo Helenae derelicto, quae Adiabenorum regina [3]) in fame populum frumento iuverat, ingressa est Ierosolymam urbem trinominem: Iebus, Salem, Ierusalem, quae ab Aelio postea Hadriano de ruinis et cineribus civitatis in Aeliam suscitata est. Cumque proconsul Palaestinae, qui familiam eius optime noverat, praemissis apparitoribus [4]) iussisset parari praetorium [5]), elegit humilem cellulam, et cuncta loca tanto ardore ac studio circumivit, ut nisi ad reliqua festinaret, a primis non posset abduci. Prostrataque ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat. Ingressa sepulcrum resurrectionis, osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amoverat Angelus. Et ipsum corporis locum in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fideli ore lambebat. Quid ibi lacrimarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Ierosolyma, testis est ipse Dominus, quem rogabat. Unde egrediens ascendit Sion, quae in arcem vel speculam vertitur. Hanc urbem quondam expugnavit et reaedificavit David. De expugnata scribitur: Vae tibi civitas Ariel, id est, leo Dei, et quondam fortissima, quam expugnavit David [6]), et de ea, quae aedificata est, dictum est: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob [7]). Non eas portas, quas hodie cernimus in favillam et cinerem dissolutas, sed portas, quibus non praevalet infernus et per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Ostendebatur illi columna ecclesiae porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur flagellatus. Monstrabatur locus, ubi super centum viginti [8]) credentium animas Spiritus Sanctus descendisset, ut Ioëlis vaticinium compleretur [9]).

Cap. 10. Deinde pro facultatula sua pauperibus atque conservis pecunia distributa, perrexit Bethleem, et in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, in quo Beniamin, non ut mater vocaverat moriens, Benoni, hoc est, filius doloris mei [10]), sed ut pater prophetavit in spiritu, filium dextrae, procreavit, atque inde Bethleem ingressa et in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum virginis deversorium et stabulum in quo agnovit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui [1]), ut illud impleretur, quod in eodem propheta scriptum est: Beatus qui seminat super aquas, ubi bos et asinus calcant [2]), me audiente iurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in praesepi Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem Virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, ut viderent Verbum quod factum erat [3]), et iam tunc Evangelistae Iohannis principium dedicarent: In principio erat Verbum, et Verbum caro factum est [4]); parvulos interfectos, Herodem saevientem, Ioseph et Mariam fugientes in Aegyptum, mixtisque gaudio lacrimis, loquebatur: Salve Bethleem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit. Salve Ephrata, regio uberrima, atque καρποφόρε, cuius fertilitas Deus est. De te quondam Michaeas vaticinatus est: Et tu Bethleem, domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israël, et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis. Pariet, et reliquiae fratrum eius convertentur ad filios Israël [5]). In te enim natus princeps, qui ante Luciferum genitus est [6]), cuius de Patre nativitas omnem excedit aetatem. Et tamdiu in te Davidici generis origo permansit, donec virgo pareret, et reliquiae populi credentis in Christum, converterentur ad filios Israël et libere praedicarent: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, et indignos vos iudicastis aeternae vitae, ecce convertimus ad gentes [7]). Dixerat enim Deus: Non veni nisi ad oves perditas domus Israël [8]). Et eo tempore Iacob super eo verba completa sunt: Non deficiet princeps ex Iuda, et dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [9]). Bene David iurabat, bene vota faciebat dicens: Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob [10]); et statim quid desideraret exposuit, atque oculis prophetalibus, quem nos venisse iam credimus, ille venturum esse cernebat. Ecce audi-

[1]) Iнс. Нав. 9. 27.
[2]) Суд. 19 и 20. Оставшихся изъ колѣна Веніаминова, по Суд. 20. 47, было не 300, а 600. Слова: propter apostolum объясняются изъ Римл. 11. 1 и Филип. 3. 5.
[3]) Adiabeni, жители Adiabēne (Ἀδιαβηνή), мѣстности къ В. отъ Тигра.
[4]) Apparitores, общее названіе для прислужниковъ римскихъ чиновниковъ.
[5]) Praetorium, здѣсь въ см. роскошнаго жилища, виллы.
[6]) Ис. 29. 1.
[7]) Псал. 86. 1.
[8]) Дѣян. 1. 15.
[9]) Іоиль 2. 28.
[10]) Быт. 35. 18.

[1]) Ис. 1. 3.
[2]) Ис. 32. 20. Vulg. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.
[3]) Лук. 2. 16.
[4]) Іоанн. 1. 1. 14.
[5]) Мих. 5. 2. 3.
[6]) Псал. 109. 3.
[7]) Дѣян. 13. 46.
[8]) Матѳ. 15. 24.
[9]) Быт. 49. 10. Vulg. Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium.
[10]) Псал. 131. 3 сл.

vimus illum in Ephrata, invenimus eum in campis silvae [1]). Zo quippe sermo Hebraicus, ut te docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc est, αὐτήν, sed ipsum, id est, αὐτὸν significat. Unde loquitur confidenter: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius [2]). Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata deosculari praesepe, in quo Dominus parvulus vagiit? orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Haec requies mea, quia Domini mei patria est. Hic habitabo, quoniam Salvator elegit eam. Paravi lucernam Christo meo [3]). Anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi [4]). Haud procul inde descendit ad turrim Ader, id est, gregis [5]), iuxta quam Iacob pavit greges suos, et pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, et super terram pax hominibus bonae voluntatis [6]). Dumque servant oves, invenerunt Agnum Dei puro et mundissimo vellere, quod in ariditate totius terrae caelesti rore complutum est [7]), et cuius sanguis tulit peccata mundi et exterminatorem Aegypti litus in postibus fugavit [8]).

Cap. 11. Statimque concito gradu, coepit per viam veterem pergere, quae ducit Gazam, ad potentiam vel ad divitias Dei; et tacita secum volvere, quomodo eunuchus Aethiops gentium populos praefigurans, mutaverit pellem suam [9]), et dum vetus relegit instrumentum, fontem reperit Evangelii. Atque inde ad dexteram transit. A Bethsur venit Escol, quae in botrum vertitur [10]). Unde in testimonium terrae fertilissimae et in typum eius qui dicit: Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum [11]), exploratores botrum mirae magnitudinis portaverunt [12]). Nec post longum spatium intravit Sarae cellulas, videns incunabula Isaac et vestigia quercus Abraham, sub qua vidit diem Christi, et laetatus est. Atque inde consurgens, ascendit Chebron, haec est Cariath-arbe, id est, oppidum virorum quattuor: Abraham, Isaac, Iacob, et Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librum Iesu Nave [13]), Hebraei autumant, licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur. His inspectis, noluit pergere ad Cariath-sepher, id est, vinculum litterarum, quia contemnens occidentem litteram, repererat spiritum

[1]) Псал. 131. 6.
[2]) Псал. 131. 7.
[3]) Псал. 137. 37.
[4]) Псал. 21. 31.
[5]) Быт. 35. 21.
[6]) Лук. 2. 14.
[7]) Суд. 6. 37.
[8]) Исх. 12. 22. Litus отъ lino.
[9]) Дѣян. 8. 26.
[10]) Числ. 13. 24. Botrus = βότρυς; in botrum vertitur = переводится: виноградная кисть.
[11]) Ис. 63. 3.
[12]) Числ. 13. 24.
[13]) Іис. Нав. 14. 15.

vivificantem [1]). Magisque mirabatur superiores et inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephone Kenez pro australi terra et arida possessione susceperat [2]), et quarum ductu siccos prioris instrumenti [3]) agros faciebat irriguos, ut redemptionem veterum peccatorum in aquis baptismi reperiret. Altera die, orto iam sole, stetit in supercilio Caphar Barucha, id est, villae benedictionis [4]), quem ad locum Abraham Dominum prosecutus est. Unde latam despiciens solitudinem ac terram quondam Sodomae et Gomorrhae, Adamae et Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi [5]), et Segor, vitulam conternantem [6]), quae prius Bala vocabatur et in Zoaram, id est, parvulam, Syro sermone translata est. Recordabatur speluncae Loth, et versa in lacrimas, virgines socias admonebat, cavendum esse vinum, in quo est luxuria, cuius opus Moabitae sunt et Ammonitae [7]).

Cap. 12. Diu haereo in meridie, ubi sponsa cubantem reperit sponsum [8]), et Ioseph inebriatus est cum fratribus suis [9]). Revertar Ierosolymam, et per Thecuam atque Amos rutilantem montis Oliveti Crucem [10]) aspiciam, de quo Salvator ascendit ad Patrem. In quo per annos singulos vacca rufa in holocaustum Domino cremabatur, et cuius cinis expiabat populum Israël [11]); in quo, iuxta Ezechielem [12]), Cherubim de templo transmigrantes, ecclesiam Domini fundaverunt. Post ingressa sepulcrum Lazari, Mariae et Marthae vidit hospitium; et Bethphage, villam sacerdotalium maxillarum; et locum in quo pullus lasciviens gentium Dei frena suscepit, apostolorumque stratus vestibus, mollia terga praebuit ad sedendum [13]). Rectoque itinere descendebat Iericho, recogitans illum de Evangelio vulneratum, ac sacerdotibus et levitis, mentis feritate praetereuntibus, clementiam Samaritae, id est, custodis, qui seminecem suo iumento impositum, ad stabulum ecclesiae deportavit [14]). Et locum Adomim quod interpretatur sanguinum, quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incursibus. Et arborem sycomorum Zachaei [15]), id est, bona poenitentiae opera, quibus cruenta dudum et noxia rapinis peccata calcabat, excelsumque Dominum de excelso virtutum intuebatur;

[1]) 2 Кор. 3. 6.
[2]) Суд. 1. 13.
[3]) = veteris Testamenti.
[4]) 2 Парал. 20. 26.
[5]) Пѣснь П. 1. 13.
[6]) Ис. 15. 5. Conternans = τριετής.
[7]) Быт. 19. 30 сл.
[8]) Пѣснь П. 1. 6.
[9]) Быт. 43. 16.
[10]) Крестъ Христовъ во время Іеронима находился уже не на Голгоѳѣ, а на горѣ Масличной.
[11]) Числ. 19. 2 сл.
[12]) Іезек. 41. 25.
[13]) Матѳ. 21. 1 сл.
[14]) Лук. 10. 30 сл.
[15]) Лук. 19. 2 сл.

et iuxta viam caecorum [1]) loca, qui receptis luminibus, utriusque populi credentis in Dominum sacramenta praemiserant. Ingressa Iericho, vidit urbem quam fundavit Hiel in Abiram primogenito suo, et cuius portas posuit in Segub novissimo filiorum [2]). Intuita est castra Galgalae [3])... et duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alveo, duodecim apostolorum fundamenta firmaverant [4]), et fontem quondam legis amarissimum et sterilem, quem verus Elisaeus sua condivit sapientia et in dulcorem ubertatemque convertit [5]). Vix nox transierat, ferventissimo aestu venit ad Iordanem; stetit in ripa fluminis, et orto sole, solis iustitiae recordata est; quomodo in medio amnis alveo sicca sacerdotes posuerint vestigia [6]), et ad Elisaei imperium, stantibus ex utraque parte aquis, iter unda praebuerit [7]), pollutasque diluvio aquas, et totius humani generis intersectione [8]) maculatas, suo Dominus mundaverit baptismate.

Cap. 13. Longum est, si velim de valle Achor dicere, id est, tumultus atque turbarum, in qua furtum et avaritia condemnata est [9]); et de Bethel, domo Dei, in qua super nudam humum nudus et pauper dormivit Iacob, et posito subter caput lapide, qui in Zacharia septem oculos habere describitur [10]), et in Isaia lapis dicitur angularis [11]), vidit scalam usque ad caelum tendentem, in qua Dominus desuper innitebatur [12]), ascendentibus porrigens manum et neglegentes de sublimi praecipitans. Sepulcra quoque in monte Ephraim Iesu filii Nave, et Eleazari filii Aaron sacerdotis e regione venerata est: quorum alter conditus est in Tamnathsare a septentrionali parte montis Gaas [13]), alter in Gabaa filii sui Phinees [14]), satisque mirata est, quod distributor possessionum sibi montana et aspera delegisset. Quid narrem Silo [15]), in qua altare dirutum hodieque monstratur, et raptum Sabinarum a Romulo tribus Beniamitica praecucurrit. Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt Sichar, quae nunc Neapolis appellatur et ex latere montis Garizim exstructam circa puteum Iacob intravit ecclesiam, super quo residens Dominus sitiensque et esuriens, Samaritanae fide satiatus est [16]); quae quinque Mo-

[1]) Матѳ. 20. 30.
[2]) Іис. Нав. 6, 26 и 3 Цар. 16. 34.
[3]) Іис. Нав. 5. 5.
[4]) Іис. Нав. 4. 8.
[5]) 4 Цар. 2. 22.
[6]) Іис. Нав. 3. 5.
[7]) 4 Цар. 2. 8.
[8]) = гибель.
[9]) Іис. Нав. 7. 25.
[10]) Захар. 3. 9.
[11]) Ис. 28. 16.
[12]) Быт. 28. 11 сл.
[13]) Іис. Нав. 24. 30.
[14]) Іис. Нав. 24. 33.
[15]) Суд. 21.
[16]) Іоан. 4. 6.

saicorum voluminum viris sextoque, quem se habere iactabat, errore Dosithei derelicto [1]), verum Messiam et verum reperit Salvatorem. Atque inde devertens, vidit duodecim patriarcharum sepulcra et Sebasten, id est, Samariam, quae in honorem Augusti ab Herode Graeco sermone Augusta [2]) est nominata. Ibi siti sunt Elisaeus et Abdias Prophetae, et, quo maior inter natos mulierum non fuit, Iohannes Baptista. Ubi multis intremuit consternata mirabilibus: namque cernebat variis daemones rugire cruciatibus, et ante sepulcra sanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum. Alios rotare caput, et post tergum terram vertice tangere... Miserabatur omnium et per singulos effusis lacrimis, Christi clementiam deprecabatur. Et sicut erat invalida, ascendit pedibus montem, in cuius duabus speluncis, persecutionis et famis tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit pane et aqua [3]). Inde cito itinere percucurrit Nazareth, nutriculam Domini, Cana et Capharnaum, signorum eius familiares, lacum Tyberiadis, navigante Domino sanctificatum, solitudinem, in qua multa populorum milia paucis saturata sunt panibus, et de reliquis vescentium repleti sunt cophini duodecim tribuum Israël. Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Aspiciebat procul montes Hermon et Hermoniim, et campos latissimos Galilaeae, in quibus Sisara et omnis exercitus eius, Barach vincente, prostratus est [4]); torrens Cison, qui mediam planitiem dividebat, et oppidum iuxta Naim, in quo viduae suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet, si voluero cuncta percurrere, quae Paula venerabilis fide incredibili pervagata est.

Cap. 14. Transibo ad Aegyptum et in Sochoth [5]) atque apud fontem Samson, quem de molari maxillae dente produxit [6]), subsistam parumper; et arentia ora colluam, ut refocillatus videam Morasthim, sepulcrum quondam Micheae prophetae [7]), nunc ecclesiam. Et ex latere derelinquam Chorreos [8]), et Gettheos [9]), Maresa [10]), Idumaeam et Lachis [11]); et per arenas mollissimas pergentium vestigia subtrahentes latamque eremi vastitatem, veniam ad Aegypti fluvium Sior [12]), qui interpretatur turbidus; et quinque Aegypti transeam civitates,

[1]) Досиѳей, современникъ І. Христа, ересіархъ, учившій въ Самаріи; послѣдователи его признавали учителя своего за Мессію и принимали лишь Пятокнижіе Моисея.
[2]) Σεβαστή.
[3]) 3 Цар. 18. 4.
[4]) Суд. 4. 15.
[5]) 3 Цар. 7. 46.
[6]) Суд. 15. 19.
[7]) По Іер. 26. 18 (сл. Мих. 1. 1). Прор. Михей былъ родомъ изъ Морасеи.
[8]) Быт. 14. 6.
[9]) Іис. Нав. 13. 3 и др.
[10]) 2 Парал. 11. 8 и др.
[11]) Іис. Нав. 15. 39 и др.
[12]) Іис. Нав. 15. 54.

quae loquuntur lingua Chananitide [1]), et terram Gessen [2]), et campos Taneos, in quibus fecit Deus mirabilia [3]). Et urbem No, quae postea versa est in Alexandriam, et oppidum Domini Nitriam, in quo purissimo virtutum nitro [4]) sordes lavantur quotidie plurimorum. Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto et venerabili Episcopo Isidoro Confessore [5]) et turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos sacerdotalis et leviticus [6]) sublimabat [7]) gradus, laetabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ergo narrem Macarios [8]), Arsenios, Serapionas, et reliqua columnarum Christi nomina? Cuius non intravit cellulam? quorum pedibus non advoluta est? Per singulos sanctos Christum se videre credebat, et quicquid in illos contulerat, in Dominum se contulisse laetabatur. Mirus ardor et vix in femina credibilis fortitudo. Oblita sexus et fragilitatis corporeae, inter tot milia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eam suscipientibus, impetrasset, in maius sanctorum locorum retraxisset desiderium. Atque propter ferventissimos aestus Pelusio Maiomam [9]) navigatione perveniens, tanta velocitate reversa est, ut avem putares. Nec multo post in sancta Bethleem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitiolo, donec exstrueret cellulas ac monasteria, et diversorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria et Ioseph hospitium non invenerant. Huc usque iter eius descriptum sit, quod multis virginibus et filia comite peragravit.

Cap. 15. Nunc virtus latius describatur, quae ipsius propria est, et in qua exponenda, Deo iudice ac teste, profiteor me nihil addere, nihil in maius attollere, more laudantium; sed ne rerum excedam fidem, multa detrahere, et ne apud detractores et genuino [10]) me semper dente rodentes fingere puter, et cornicem Aesopi alienis coloribus adornare. Quae prima Christianorum virtus est, tanta se humilitate deiecit, ut qui eam non vidisset, et pro celebritate nominis videre gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillularum ultimam. Et cum frequentibus choris virginum cingeretur, et veste et voce et habitu et incessu minima omnium erat. Numquam post viri mortem usque ad diem dormitionis [11]) suae cum ullo comedit

[1]) Ис. 19. 18.
[2]) Быт. 45. 46. 47 и др.
[3]) Псал. 77. 43.
[4]) Городъ Nitria, въ Египтѣ Нижнемъ, въ странѣ озеръ, дающихъ соду (nitrum).
[5]) Преп. Исидоръ Пелусіотъ, † 436.
[6]) levita = διάκονος.
[7]) = возвышать.
[8]) Макарій Египетскій, пустынножитель и подвижникъ, современникъ Оеодосія В. Арсеній В. жилъ и подвизался въ то же время, точно такъ же, какъ и Серапіонъ Нитрійскій.
[9]) Pelusium, на одномъ изъ В. устьевъ Нила.
[10]) dens genuinus, fortissimus inter dentes molares. Cл. Pers. Sat. 1. 115.
[11]) = mortis.

viro, quamvis eum sanctum et in pontificali sciret culmine constitutum. Balneas, nisi periclitans [1]), non adiit. Mollia, etiam in gravissima febre, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum, stratis ciliciolis [2]) quiescebat, si tamen illa quies dicenda est, quae iugibus paene orationibus dies noctesque iungebat, illud implens de Psalterio: Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo [3]). In qua fontes crederes lacrimarum, ita levia peccata plangebat, ut illam gravissimorum criminum crederes ream. Cumque a nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis et eos servaret evangelicae lectioni, aiebat: Turpanda est facies, quam contra Dei praeceptum purpurisso et cerussa et stibio [4]) saepe depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacavit deliciis. Longus risus perpeti [5]) compensandus est fletu. Mollia linteamina [6]) et serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda. Quae viro et seculo placui, nunc Christo placere desidero. Si inter tales tantasque virtutes castitatem in illa voluero praedicare, superfluus videar, in qua etiam cum secularis esset, omnium Romae matronarum exemplum fuit; quae ita se gessit, ut numquam de illa etiam maledicorum quicquam auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes, nec tamen superbos et gloriolam quaerentes fastidio despiciebat. Si pauperem videbat, sustentabat; si divitem, ad benefaciendum hortabatur. Liberalitas sola excedebat modum. Et usuras tribuens [7]), versuram quoque saepius faciebat [8]), ut nulli stipem rogantium denegaret. Fateor errorem meum: cum in largiendo esset profusior, arguebam, illud proferens de apostolo: Non ut aliis sit refrigerium, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate in hoc tempore, ut vestra abundantia sit ad illorum inopiam, et illorum abundantia sit ad vestram inopiam [9]). Et hoc de evangelio Salvatoris: Qui habet duae tunicas, det alteram non habenti [10]). Et providendum esse, ne quod libenter faceret, semper facere non posset: multaque huiuscemodi, quas illa mira verecundia et sermone parcissimo dissolvebat, testem invocans Deum, se pro illius nomine cuncta facere; hoc et habere voti, ut mendicans ipsa moreretur, ut unum nummum filiae non dimitteret, et in funere suo aliena sindone [11]) involveretur. Ad extremum inferebat [12]): Ego si

[1]) sc. morbo.
[2]) ciliciolum = cilicium.
[3]) Псал. 6. 7.
[4]) О притираніяхъ, употреблявшихся въ древности, см. Böttiger Sabina oder Morgenscenen im Putzzimmer einer reichen Römerin. Leipzig. 1806.
[5]) perpes, etis = perpetuus.
[6]) = ὀθόνια.
[7]) платя.
[8]) versuram facere = pecuniam fenori accipere, seu mutuum accipere sub usuris.
[9]) 2 Кор. 8. 13.
[10]) Лук. 3. 11.
[11]) sindon, species panni, byssus tenuis. Duc.
[12]) = addebat.

petiero, multos inveniam qui mihi tribuant; iste mendicans si a me non acceperit, quae ei possum etiam de alieno tribuere, et mortuus fuerit, a quo eius anima requiretur? Ego cautiorem in re familiari esse cupiebam; sed illa ardentior fide, toto Salvatori animo iungebatur, et pauperem Dominum, pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipso effecta. Denique consecuta est quod optabat, et in grandi aere alieno filiam dereliquit, quod huc usque debens non suis viribus, sed Christi se confidit misericordia reddituram.

Cap. 16. Solent pleraeque matronarum buccinatoribus suis [1]) dona conferre, et in paucos largitate profusa, manum a ceteris retrahere; quo illa omnino carebat vitio: ita enim singulis suam pecuniam dividebat, ut singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Nemo ab ea pauperum vacuus reversus est. Quod obtinebat non divitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi, illud semper replicans [2]): Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur [3]). Et: Sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstinguit peccatum [4]). Et: Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in aeterna tabernacula [5]). Et: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis [6]). Et verba Danielis, regem Nabuchodonosor monentis, ut eleemosynis redimeret peccata sua [7]). Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra et seculo transituri sunt, sed in vivis lapidibus, qui volvuntur super terram [8]), de quibus in Apocalypsi Iohannis [9]) civitas magni regis exstruitur, quos in saphirum et smaragdum et iaspidem et ceteras gemmas esse vertendos, scriptura commemorat.

Cap. 17. Verum haec possunt esse communia cum paucis, et scit diabolus non in summo virtutum culmine posita. Unde loquitur ad Dominum, post amissam Iob substantiam [10]), post eversam domum, post liberos interfectos: Corium pro corio, et omnia quae habuerit homo, dabit pro anima sua. Sed extende manum tuam et tange ossa eius et carnes, nisi in faciem benedixerit tibi [11]). Scimus plerosque dedisse eleemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse: porrexisse egentibus manum, sed carnis voluptate superatos, dealbasse ea quae foris erant, et intus plenos fuisse ossibus mortuorum [12]). At non Pau-

[1]) laudum suarum praeconibus.
[2]) = repetens.
[3]) Матѳ. 5. 7.
[4]) Еккл. 16. 9.
[5]) Лук. 16. 9.
[6]) Лук. 16. 12.
[7]) Дан. 4. 24.
[8]) Захар. 9. 16. Vulg. quia lapides sancti elevabuntur super terram eius. LXX κυλίονται.
[9]) 16. 21. 22.
[10]) имущество.
[11]) Іовъ 2. 4.
[12]) Матѳ. 23. 27.

la talis, quae tantae continentiae fuit, ut prope mensuram excederet, et debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore contraheret. Quae exceptis diebus festis, vix oleum in cibo caperet, ut ex hoc uno aestimetur, quid de vino et liquamine [1]), et piscibus, et lacte, et melle, et ovis, et reliquis, quae gustui suavia sunt, iudicarit. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant; et si his ventrem ingurgitaverint, tutam pudicitiam suspicantur.

Cap. 18. Semper quidem virtutes sequitur invidia, feriuntque summos fulgura montes [2]). Nec mirum si hoc de hominibus loquar, cum etiam Dominus noster Pharisaeorum zelo [3]) sit crucifixus, et omnes sancti aemulos habuerint; in paradiso quoque serpens fuerit, cuius invidia mors introivit in orbem terrarum [4]). Suscitaverat ei Dominus Adad Idumaeum, qui eam colaphizaret, ne se extolleret [5]), et quasi quodam stimulo carnis saepius admonebat [6]), ne magnitudo virtutum altius raperet, et aliarum vitiis feminarum se in excelso crederet constitutam. Ego aiebam, livori esse cedendum, et dandum insaniae locum, quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, et David in pertinacissimo inimicorum Saul: quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se allophylis [7]) tradiderit, malens hostibus, quam invidis subiacere. At illa respondebat: Iuste haec diceres, si diabolus contra servos Dei et ancillas non ubique pugnaret, et ad omnia loca fugientes non praecederet; si non sanctorum iocorum amore retinerer, et Bethleem meam in alia reperire possem parte terrarum. Cur enim non patientia livorem superem? cur non humilitate frangam superbiam, et percutienti maxillam, offeram alteram [8])? Dicente apostolo Paulo: Vincite in bono malum [9]). Nonne apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse Salvator humiliavit se, formam servi accipiens, et factus est oboediens Patri usque ad mortem, et mortem crucis [10]), ut nos sua passione salvaret? Iob nisi certasset et vicisset in praelio, non accepisset coronam iustitiae, nec audisset a Domino: Putas me aliter locutum tibi, quam ut appareres iustus [11])? Beati dicuntur in Evangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam [12]). Secura scit conscientia quod non propter peccata patiamur; et afflictio in seculo, materia praemiorum

[1]) = ius.
[2]) Horat. Carm. 2. 10. 11.
[3]) = invidia.
[4]) Прем. 2. 24.
[5]) 3 Цар. 11. 14.
[6]) 2 Кор. 12. 7.
[7]) Псал. 55. 1. Сл. 1 Цар. 21. 12.
[8]) Лук. 6. 29.
[9]) Рим. 12. 21.
[10]) Филип. 2. 7.
[11]) Іовъ 40. 8. Vulg. Numquid irritum facies iudicium meum et condemnabis me, ut te iustificeris. LXX. Μὴ ἀποποιοῦ μου τὸ κρίμα. Οἶει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;
[12]) Матѳ. 5. 10.

est. Si quando procacior fuisset inimicus et usque ad verborum iurgia prosilisset, illud Psalterii decantabat: Cum consisteret adversum me peccator, obmutui et silui a bonis [1]). Et rursus: Ego autem quasi surdus non audiebam, et quasi mutus non aperiens os suum. Et: Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo increpationes [2]). In tentationibus Deuteronomii verba volvebat: Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligatis Dominum Deum vestrum de toto corde vestro et de tota anima vestra [3]). In tribulationibus et angustiis Isaiae replicabat eloquia: Qui ablactati estis a lacte, qui abstracti ab ubere, tribulationem super tribulationem exspectate, spem super spem; adhuc pusillum propter malitiam labiorum, propter linguam malignam [4]). Et scripturae testimonium in consolationem suam edisserebat: ablactatorum esse, eorum scilicet, qui ad virilem aetatem pervenissent, tribulationem super tribulationem sustinere, ut spem super spem mereantur accipere. Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit [5]). Et: Quod si is qui foris est homo noster corrumpatur, ille qui intus est, innovetur [6]). Et: In praesentiarum leve et momentaneum tribulationis nostrae, aeternae gloriae pondus operatur in nobis, non aspicientibus quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna [7]). Nec longum fore tempus, etiam si humanae impatientiae tardum videatur, quin Dei statim sequatur auxilium dicentis: Tempore opportuno exaudivi te et in die salutis auxiliatus sum tibi [8]). Nec dolosa labia et linguas iniquorum esse metuendas, cum Domino adiutore laetemur et ipsum debeamus audire per prophetam monentem: Nolite timere opprobria hominum et blasphemias eorum ne metueritis: sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis, et sicut lanam, sic devoravit eos tinea [9]). Et: Per patientiam vestram possidebitis animas vestras [10]). Et: Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis [11]). Et alibi: Tribulationem super tribulationem sustinere [12]), ut patienter agamus in omnibus quae accidunt nobis. Patiens enim vir multum prudens, qui autem pusillaminis est, vehementer insipiens [13]).

[1]) Псал. 38. 2.
[2]) Псал. 37. 14.
[3]) Второз. 13. 3.
[4]) Ис. 28. 9. Vulg. Ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus; quia manda remanda manda remanda, exspecta reexspecta, exspecta reexspecta, modicum ibi, modicum, ibi. In loquela enim labii et lingua altera loquetur ad populum illum.
[5]) Римл. 5. 3. 4.
[6]) 2 Кор. 4. 16.
[7]) 2 Кор. 4. 17.
[8]) Ис. 49. 8.
[9]) Ис. 51. 7. 8.
[10]) Лук. 21. 19.
[11]) Римл. 8. 18.
[12]) Ефес. 3. 13.
[13]) Притч. 14. 29.

Cap. 19. In languoribus et crebra infirmitate dicebat: Quando infirma sum, tunc fortis sum [1]). Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus [2]), donec mortale hoc induat immortalitatem, et corruptivum hoc vestiatur incorruptione [3]). Et iterum: Sicut superabundant passiones Christi in nobis, et per Christum abundavit et consolatio [4]). Ac deinde: Ut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. In [5]) moerore cantabat: Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus [6]). In periculis loquebatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [7]). Et rursum: Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam. Et: Qui perdiderit animam suam propter me, salvam eam faciet [8]). Quando dispendia rei familiaris et eversio totius patrimonii nuntiabatur, aiebat: Quid enim prodest homini, si totum mundum lucrifecerit, et animae suae damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua [9])? Et: Nudus exivi de utero matris meae, nudus et redeam. Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum [10]). Et illud: Nolite diligere mundum, neque ea quae sunt in mundo. Quoniam omne, quod in mundo est, desiderium carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae huius, quae non est ex Patre, sed ex mundo. Et mundus transit, et concupiscentia eius [11]). Scio ei scriptas infirmitates gravissimas liberorum et maxime Toxotii sui, quem diligebat plurimum. Cumque illud virtute complesset: turbata sum, et non sum locuta [12]), in haec verba prorupit: Qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus [13]). Et orans ad Dominum, loquebatur: Posside, Domine, filios mortificaturum [14]), qui pro te quotidie mortificant corpora sua. Novi susurronem [15]) quemdam, quod genus hominum vel perniciosissimum est, quasi benevolum nuntiasse, quod pro nimio fervore virtutum quibusdam videretur insana, et cerebrum illius dicerent confovendum. Cui illa respondit: Theatrum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus [16]). Et: Nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapien-

[1]) 2 Кор. 12. 10.
[2]) 2 Кор. 4. 7.
[3]) 1 Кор. 15. 13.
[4]) 2 Кор. 1. 5.
[5]) 2 Кор. 1. 7.
[6]) Псал. 41. 12.
[7]) Лук. 9. 23.
[8]) Лук. 9. 24.
[9]) Матѳ. 16. 25.
[10]) Иов. 1. 21.
[11]) 1 Иоан. 2. 15 сл.
[12]) Псал. 76. 5.
[13]) Матѳ. 10. 37.
[14]) Псал. 78. 1.
[15]) = ψιθυριστής.
[16]) 1 Кор. 4. 9.

tius est hominibus [1]). Unde et Salvator loquitur ad Patrem: Tu scis insipientiam meam [2]). Et iterum: Tamquam prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis [3]). Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum [4]). Quem in Evangelio et propinqui quasi mentis impotem ligare cupiebant [5]), et adversarii suggillabant, dicentes: Daemonium habet, et Samaritanus est [6]). Et: In Beelzebub principe daemoniorum eiicit daemonia [7]). Sed nos audiamus apostolum cohortantem: Haec est gloria nostra, testimonium conscientiae nostrae; quoniam in sanctitate et sinceritate, et in gratia Dei conversati sumus in mundo [8]). Et Dominum dicentem ad apostolos: Ideo mundus odit vos, quoniam non estis de mundo. Si enim essetis de mundo, amaret utique mundus quod suum erat [9]). Et ad ipsum Dominum verba vertebat: Tu nosti cordis abscondita [10]). Et: Haec omnia venerunt super nos nec sumus obliti tui, nec inique egimus in testamento tuo, nec aversum est retrorsum cor nostrum [11]). Et: Propter te mortificati sumus tota die, reputati sumus ut oves occisionis [12]). Sed Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo [13]). Legit enim: Fili, honora Dominum, et confortaberis, et extra Dominum nullum timueris [14]). His et talibus testimoniis, quasi armatura Dei, adversus omnia quidem vitia, sed praecipue instruebat se contra invidiam saevientem, et patiendo iniurias, furorem rabidi pectoris mitigabat. Denique usque ad diem mortis, et huius patientia, et aliorum zelus omnibus patuit: qui suum rodit auctorem, et dum aemulum laedere nititur, in semetipsum proprio furore bacchatur.

Cap. 19. Dicam et de ordine monasterii, quomodo sanctorum continentiam in suum verterit lucrum. Seminabat carnalia, ut meteret spiritalia [15]), dabat terrena, ut caelestia tolleret, brevia concedebat, ut pro his aeterna mutaret. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines quas e diversis provinciis congregarat, tam nobiles, quam medii et infimi generis, in tres turmas [16]) monasteriaque divisit, ita dumtaxat, ut in opere et in

[1]) 1 Кор. 1. 25.
[2]) Псал. 68. 6.
[3]) Псал. 70. 7.
[4]) Псал. 72. 23.
[5]) Іоан. 10. 39.
[6]) Іоан. 8. 48.
[7]) Матѳ. 12. 24.
[8]) 1 Кор. 1. 12.
[9]) Іоан. 15. 9.
[10]) Псал. 43. 22.
[11]) Псал. 43. 18. 19.
[12]) Римл. 8. 36.
[13]) Псал. 117. 6.
[14]) Притч. 7. 2. Vulg. Fili, serva mandata mea et vives, et legem meam quasi pupillam oculi tui. LXX. Υἱέ, τίμα τὸν κύριον, καὶ ἰσχύσεις, πλὴν δὲ αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον.
[15]) 1 Кор. 9. 11.
[16]) = отдѣленіе.

cibo separatae, psalmodiis et orationibus iungerentur. Post alleluia cantatum (quo signo vocabantur ad collectam) [1]) nulli residere licitum erat. Sed prima, seu inter primas veniens, ceterarum operiebatur adventum, pudore et exemplo ad laborem eas provocans, non terrore. Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant. Nec licebat cuiquam sororum ignorare psalmos, et non de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Die tantum Dominico ad ecclesiam procedebant, ex cuius habitabant latere. Et unumquodque agmen matrem propriam sequebatur, atque inde pariter revertentes, instabant operi distributo, et vel sibi, vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo sua habere comitem, ne veterum actuum memor, et lascivientis infantiae errorem refricaret antiquum, et crebra confabulatione renovaret. Unus omnium habitus. Linteamine ad tergendas solum manus utebantur... Si qua vel tardior veniebat ad psalmos, vel erat in opere pigrior, variis eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda, blanditiis, si patiens, correptione, illud apostoli imitans: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis et mansuetudinis [2])? Excepto victu et vestitu, nullam habere quicquam patiebatur, dicente Paulo: Habentes victum et vestitum, his contenti sumus [3]); ne consuetudine plus habendi, praeberet locum avaritiae, quae nullis expletur opibus, et quanto amplius habuerit, plus requirit, et neque copia, neque inopia minuitur. Iurgantes inter se sermone lenissimo foederabat. Lascivientem adolescentularum carnem crebris et duplicatis frangebat ieiuniis, malens eis stomachum dolere, quam mentem. Si vidisset aliquam comptiorem, contractione frontis et vultus tristitia arguebat errantem, dicens munditiam [4]) corporis atque vestitus animae esse immunditiam. Et turpe verbum atque lascivum numquam de ore virgineo proferendum, quibus signis libidinosus animus ostenditur, et per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonstrantur. Quam linguosam, garrulam ac procacem, rixisque perspexerat delectari, et saepius commonitam nolle converti, inter ultimas et extra conventum sororum, ad fores triclinii orare faciebat, et separatim cibum capere, ut quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtum quasi sacrilegium detestabatur. Et quod inter seculi homines vel leve putatur, vel nihil, hoc in monasteriis gravissimum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam et sedulitatem in aegrotantes, quas miris obsequiis et ministeriis confovebat? Cumque aliis languentibus large praeberet omnia et esum quoque exhiberet carnium, si quando ipsa aegrotasset,

[1]) Collecta, σύναξις, missae sacrificium, ad quod Christiani coire et colligi solent; populi ad sacra ecclesiarum officia peragenda conventus, atque adeo quodvis officium ecclesiasticum. Duc.
[2]) 1 Кор. 4. 21.
[3]) 1 Тим. 6. 8.
[4]) = щеголеватость.

sibi non indulgebat, et in eo inaequalis videbatur, quod in aliis clementiam, in se duritiam commutabat.

Cap. 20. Nulla iuvenum puellarum sano et vegeto corpore tantae se dederat continentiae, quantae ipsa fracto et senili debilitatoque corpusculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, ut sibi non parceret, et nulli cederet admonenti. Referam quod expertus sum. Mense Iulio ferventissimis aestibus incidit in ardorem febris, et post desperationem, cum Dei misericordiâ respirasset, et medici persuaderent ob refectionem corporis vino opus esse tenui et parce, ne aquam bibens in hydropem verteretur, et ego clam beatum Papam Epiphanium [1]) rogarem, ut eam moneret, imo compelleret vinum bibere, illa, ut erat prudens et solertis ingenii, statim sensit insidias, et subridens, meum esse quod ille diceret, intimavit. Quid plura? cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quaerenti mihi quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini paene persuaserim, ne vinum bibam. Haec refero, non quod inconsiderante et ultra vires sumpta onera probem, monente scriptura: Super te onus ne levaveris; sed quod mentis eius ardorem et desiderium fidelis animae ex hac quoque probare velim perseverantia, decantantis: Sitivit anima mea in te, quam multipliciter tibi caro mea [2]). Difficile est modum tenere in omnibus. Et vere iuxta philosophorum sententiam, μεσότης ἡ ἀρετή, ὑπερβολὴ κακία [3]) reputantur. Quod nos una et brevi sententiola exprimere possumus: Ne quid nimis [4]). Quae in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, in luctu mitis erat et suorum mortibus frangebatur, maxime liberorum. Nam et in viri filiarum dormitione [5]) semper periclitata est. Et cum os stomachumque signaret, et matris dolorem crucis niteretur impressione lenire, superabatur affectu, et credulam mentem parentis viscera consternabant, animoque vincens, fragilitate corporis vincebatur; quam semel languor arripiens, longo tempore possidebat, ut et nobis inquietudinem, et sibi discrimen afferret. In quo illa laetabatur, per momenta commemorans: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius [6])? Dicat prudens lector, pro laudibus me vituperationem scribere. Testor Iesum, cui illa servivit, et ego servire cupio, me utramque in partem nihil fingere, sed quasi Christianum de Christiana, quae sunt vera, proferre, id est, historiam scribere, non panegyricum, et illius vitia, aliorum esse virtutes. Vitia loquor, secundum animum meum et omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illam diligimus et absentem quaerimus.

[1]) разумѣется упомянутый выше Епифаній, еп. Кипрскаго Саламина. Pара наименованіе епископа вообще.
[2]) Псал. 62. 2.
[3]) Въ другомъ письмѣ Іеронимъ приписываетъ это изреченіе Аристотелю.
[4]) μηδὲν ἄγαν, изреченіе, приписывавшееся Хилону, одному изъ семи Греческихъ мудрецовъ.
[5]) = morte.
[6]) Римл. 7. 24.

Cap. 21. Ceterum illa implevit cursum suum, fidemque servavit, et nunc fruitur corona iustitiae [1]), sequiturque Agnum quocumque vadit [2]). Saturatur, quia esurivit, et laeta decantat: Sicut audivimus, ita et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri [3]). O beata rerum commutatio: flevit, ut semper rideret. Despexit lacus [4]) contritos [5]), ut fontem Dominum reperiret. Vestita cilicio est, ut nunc albis vestimentis uteretur et diceret: Scidisti saccum [6]) meum et induisti me laetita [7]). Cinerem sicut panem manducabat, et potionem suam cum fletu miscebat [8]), dicens: Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte [9]), ut in aeternum pane Angelorum vesceretur et caneret: Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus [10]). Et: Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi [11]). Et Isaiae, imo Domini per Isaiam in se cerneret verba compleri: Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, bibent, vos autem sitietis. Ecce qui serviunt mihi, laetabuntur, vos autem confundemini. Ecce qui serviunt mihi, exsultabunt in gaudio, vos autem clamabitis ob dolorem cordis, et propter contritionem spiritus ululabitis [12]). Dixeram, lacus eam semper fugisse contritos, ut fontem Dominum reperiret, ut posset lacta cantare: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Quando veniam et apparebo ante faciem Dei [13])?

Cap. 22. Tangam ergo breviter quomodo haereticorum caenosos devitaverit lacus, et eos instar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus atque, ut sibi videbatur, doctus et sciolus [14]), me nesciente coepit ei proponere quaestiones et dicere: Quid peccavit infans, ut a daemone corripiatur? In qua aetate resurrecturi sumus? Si in ipsa, qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin aliter, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diversitas quoque sexus maris ac feminae erit, aut non erit? Si erit, sequentur et nuptiae, et concubitus, sed et generatio. Si non erit, sublata diversitate sexus, eadem corpora non resurgent. Aggravat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem [15]), sed tenuia

[1]) 2 Тим. 4. 7.
[2]) Апок. 14. 4.
[3]) Псал. 47. 9.
[4]) = ровъ.
[5]) = испорченный, гнилой.
[6]) = вретище.
[7]) Псал. 29. 12.
[8]) Псал. 101. 10.
[9]) Псал. 41. 4.
[10]) Псал. 33. 9.
[11]) Псал. 44. 1.
[12]) Ис. 65. 13. 14.
[13]) Псал. 41. 1.
[14]) = sciens.
[15]) Прем. 9. 15.

erunt et spiritalia, dicente apostolo: Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale [1]). Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quaedam vitia et antiqua peccata in corpora esse delapsas, et pro diversitate et meritis peccatorum tali vel tali conditione generari, ut vel corporum sanitate gauderent, et parentum divitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes et domos inopum venientes, poenas pristinorum luerent delictorum, et praesenti seculo atque corporibus, quasi carcere clauderentur. Quod cum audisset et ad me retulisset, indicans hominem, mihique incubuisset necessitas nequissimae viperae ac mortiferae bestiae resistendi, de quibus psalmista commemorat, dicens: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi [2]). Et: Increpa, Domine, bestias calami [3]), qui scribentes iniquitatem loquuntur contra Dominum mendacium et elevant in excelsum os suum; conveni hominem, et orationibus [4]) eius, quam decipere nitebatur, brevi interrogatione conclusi: Utrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an non? Qui cum se credere respondisset, intuli [5]): Eadem resurgent corpora, an altera? Cum dixisset, eadem, sciscitatus sum: In eodem sexu, an in altero? Ad interrogata reticenti et instar colubri huc atque illuc transferenti caput, ne feriretur: quia, inquam, taces, ego mihi pro te respondebo et consequentia inferam. Si non resurget mulier, ut mulier, neque masculus, ut masculus, non erit resurrectio mortuorum; quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autem sexus et membra non fuerint, ubi erit resurrectio corporum, quae sine sexu non constant et membris? Porro, si corporum non fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum. Sed et illud quod de nuptiis obiicis: si eadem membra fuerint, sequi nuptias, a Salvatore dissolvitur dicente: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim mortuorum non nubent, neque nubentur, sed erunt similes Angelorum [6]). Ubi dicitur, non nubent, neque nubentur, sexuum diversitas demonstratur. Nemo enim de lapide et ligno dicit, non nubent neque nubentur, quae naturam nubendi non habent, sed de his qui possint nubere, et gratia Christi ac virtute non nubant. Quod si opposueris, quomodo ergo erimus similes Angelorum, cum inter Angelos non sit masculus et femina? Breviter ausculta: Non substantiam nobis Angelorum, sed conversationem [7]) et beatitudinem Dominus repromittit. Quomodo et Iohannes Baptista antequam decollaretur, Angelus appellatus est [8]), et omnes sancti ac

[1]) 1 Кор. 15. 44.
[2]) Псал. 73. 19.
[3]) Псал. 67. 31.
[4]) = просьбы.
[5]) = addidi.
[6]) Матѳ. 22. 29. 30.
[7]) = образъ жизни.
[8]) Лук. 7. 27.

virgines Dei etiam in isto seculo vitam in se exprimunt Angelorum. Quando enim dicitur: Eritis similes Angelorum, similitudo promittitur, non natura mutatur.

Cap. 23. Simulque respondere, quomodo illud interpretaris, quod Thomas Domini resurgentis palpaverit manus, et viderit lancea latus eius perforatum [1])? Et Petrus in littore stantem viderit Dominum, et partem assi piscis ac favum mellis comedentem [2])? Qui stabat, profecto habebat pedes. Qui monstravit latus vulneratum, utique et ventrem et pectus habuit, sine quibus non sunt latera ventri et pectori cohaerentia. Qui locutus est, lingua et palato ac dentibus loquebatur. Sicut enim plectrum chordis, ita lingua illiditur dentibus et vocalem reddit sonum. Cuius palpatae sunt manus, consequenter et brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur, necesse est, ut totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris, non utique femineum, sed virile, id est, eiusdem sexus, in quo mortuus est. Quod si obtenderis: ergo et nos post resurrectionem comedemus? Et: quomodo clausis ingressus est ianuis, contra naturam pinguium et solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum resurrectionis fidem in calumniam [3]) trahere. Nam et archisynagogi filiae resuscitatae iussit cibum dari [4]). Et Lazarus quatriduanus [5]) mortuus cum ipso scribitur inisse convivium [6]), ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Sin autem clausis ingressus est ianuis, et idcirco spiritale et aërium corpus niteris approbare, ergo et antequam pateretur, quia contra naturam graviorum corporum super mare ambulavit, spiritale corpus habuit. Et apostolus Petrus, qui et ipse super aquas pendulo incessit gradu, spiritale corpus habuisse credendus est, cum potentia magis et virtus ostendatur Dei, quando fit aliquid contra naturam. Et ut scias in signorum magnitudine non naturae mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari, qui ambulabat fide, coepit infidelitate mergi, nisi eum manus Domini sublevasset, dicentis: Modicae fidei, quare dubitasti [7])? Miror autem te obdurare frontem [8]), loquente Domino: Infer digitum tuum huc, et tange manus meas, et porrige manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis [9]). Et alibi: Videte manus meas, et pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et pedes [10]).

[1]) Іоан. 20. 27.
[2]) Лук. 24. 42. 43.
[3]) = лукавствіе.
[4]) Марк. 5. 43.
[5]) = τεταρταῖος.
[6]) Іоан. 12. 2.
[7]) Матѳ. 14. 31.
[8]) сл. frons dura, про человѣка непонятливаго.
[9]) Іоан. 20. 27.
[10]) Лук. 24. 34. 40.

Ossa audis, et carnem, et pedes, et manus, et globos mihi stoicorum [1]) atque aëria quaedam deliramenta confingis.

Cap. 24. Porro si quaeris, cur infans a daemone corripiatur, qui peccata non habuit, aut in qua aetate ressurecturi simus, cum diversa aetate moriamur, ingratis suscipies [2]): Iudicia Dei abyssus multa [3]). Et: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit [4])? Aetatum autem diversitas non mutat corporum veritatem. Cum enim corpora quotidie nostra fluant et aut crescant, aut decrescant, ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur? aut alius fui, cum decem annorum essem, alius cum triginta, alius cum quinquaginta, alius cum iam toto cano capite sum? Igitur iuxta ecclesiarum traditiones et apostolum Paulum, illud est respondendum, quod in virum perfectum, et in mensuram aetatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus [5]), in qua et Adam Iudaei conditum autumant, et Dominum Salvatorem legimus surrexisse, et multa alia, quae de utroque Testamento in suffocationem haeretici protuli.

Cap. 25. Ex quo die ita coepit hominem detestari et omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret. Et haec dixi, non ut breviter haeresim confutarem, cui multis voluminibus respondendum est, sed ut fidem tantae feminae ostenderem, quae maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quam Dei offensam amicitiis noxiis provocare.

Cap. 26. Dicam ergo ut coeperam, nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum [6]), memor illius praecepti: Audi Israël, et tace [7]). Scripturas sanctas tenebat memoriter; et cum amaret historiam, et hoc veritatis diceret fundamentum, magis tamen sequebatur intellegentiam spiritalem et hoc culmine aedificationem animae protegebat. Denique compulit me, ut vetus et novum Instrumentum [8]) cum filia, me disserente, perlegeret. Quod propter verecundiam negans, propter assiduitatem tamen et crebras postulationes eius praestiti, ut docerem quod didiceram, non a me ipso, id est a praesumptione [9]), pessimo praeceptore, sed ab illustribus ecclesiae viris. Sic ubi haesitabam et nescire me ingenue confitebar, nequaquam mihi [10]) voluit acquiescere, sed iugi interroga-

[1]) По ученію Стоиковъ души мудрецовъ, послѣ смерти, находились въ воздушномъ пространствѣ (сферахъ, globi) подъ луною. Vertull. de anima 54.
[2]) = audies.
[3]) Псал. 35. 7.
[4]) Римл. 11. 33. 34.
[5]) Ефес. 4. 13.
[6]) Іак. 1. 19.
[7]) Второз. 27. 9. Vulg. Attende et audi Israël.
[8]) = завѣтъ.
[9]) = самонадѣянность.
[10]) Dat. ethic.

tione cogebat, ut e multis variisque sententiis, quae mihi videretur probabilior, indicarem. Loquar et aliud, quod forsitan aemulis videatur incredibile. Hebraeam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore ac sudore ex parte didici, et infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea deserar, discere voluit, et consecuta est: ita, ut psalmos hebraice caneret, et sermonem absque ulla latinae linguae proprietate personaret [1]). Quod quidem usque hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus, quae ita semper adhaesit matri et eius oboedivit imperiis, ut numquam absque ea cubaret, numquam procederet, numquam cibum caperet, ne unum quidem nummum haberet potestatis suae, sed et paternam et maternam substantiolam a matre distribui pauperibus laetaretur, et pietatem in parentem hereditatem maximam et divitias crederet. Non debeo silentio praeterire, quanto exsultaverit gaudio, quod Paulam neptem suam ex Laeta et Toxotio genitam imo voto et futurae virginitatis repromissione conceptam, audierat in cunis et crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare, aviaeque et amitae nomina dimidiatis verbis frangere [2]). In hoc solo patriae desiderium habuit, ut filium, nurum, neptem, renuntiasse seculo et Christo servire cognosceret. Quod et impetravit ex parte. Nam neptis Christi flammeo [3]) reservatur, nurus aeternae se tradens pudicitiae, socrus opera, fide, et eleemosynis sequitur, et Romae conatur exprimere, quod Ierosolymis illa complevit.

Cap. 27. Quid agimus, anima? cur ad mortem eius venire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dum timemus ad ultima pervenire, quasi tacentibus nobis et in laudibus illius occupatis, differri possit occubitus. Hucusque prosperis navigavimus ventis, et crispantia maris aequora labens carina sulcavit. Nunc in scopulos incurrit oratio, et tumentibus fluctuum montibus, praesens utrique nostrum intentatur naufragium, ita, ut cogamur dicere: Praeceptor, salvos nos fac, perimus [4]). Et illud: Exsurge, ut quid obdormis, Domine [5])? Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in gravissimam valetudinem, imo quod optabat, invenit, ut nos desereret et plenius Domino iungeretur. In quo languore Eustochii filiae probata semper in matrem pietas, magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, flabellum [6]) tenere, sustentare caput, pulvillum supponere, fricare pedes, manu stomachum confovere, mollia strata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum praevenire officia, et quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus, quibus lamen-

[1]) = loqui.
[2]) Сл. ad Eustoch. 29.
[3]) Flammeum, фата огненнаго цвѣта, которой закрывалось (nubebatur) лицо невѣсты. Выраженіе здѣсь объясняется изъ сравненія Христа съ женихомъ.
[4]) Марк. 4. 38.
[5]) Псал. 43. 23.
[6]) Flabellum, родъ опахала, которымъ отгоняли насѣкомыхъ.

tis et gemitu, inter iacentem matrem et specum Domini [1]) discurrit, ne privaretur tanto contubernio, ne illa absente, viveret, ut eodem feretro portaretur? Sed, o mortalium fragilis et caduca natura, et nisi Christi fides nos extollat ad caelum et aeternitas animae promittatur, cum bestiis ac iumentis corporum una conditio est. Idem occubitus iusto et impio, bono et malo, mundo ac immundo, sacrificanti et non sacrificanti. Sicut bonus, ita et qui peccat. Sicut qui iurat, ita et is qui iuramentum [2]) metuit. Similiter et homines et iumenta in favillam et cinerem dissolvuntur.

Cap. 28. Quid diu immoror et dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentissima feminarum adesse mortem, et frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animae teporem in sacro pectore palpitare, nihilominus quasi ad suos pergeret alienosque desereret, illos versiculos susurrabat: Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae [3]). Et: Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit et deficit anima mea in atria Domini [4]). Et: Elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum [5]). Cumque a me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respondere inclamanti, an doleret aliquid, Graeco sermone respondit, nihil se habere molestiae, sed omnia quieta et tranquilla perspicere. Post haec obmutuit, et clausis oculis quasi iam mortalia despiceret, usque ad exspirationem animae, eosdem repetebat versiculos, ut quod dicebat, vix audire possemus, digitumque ad os tenens, crucis signum pingebat in labiis. Defecerat spiritus et anhelabat in mortem, animaque erumpere gestiens, ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertebat. Aderant Ierosolymorum et aliarum urbium Episcopi, et sacerdotum inferioris gradus ac levitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium virginum et monachorum chori replevérant. Statimque ut audivit Sponsum vocantem: Surge, veni, proxima mea, speciosa mea, columba mea, quoniam ecce hiems transiit et recessit, pluvia abiit sibi [6]), laeta respondit: Flores visi sunt in terra, tempus sectionis advenit [7]). Et: Credo videre bona Domini in terra viventium [8]).

Cap. 29. Ex hinc non ululatus, non planctus, ut inter seculi homines fieri solet, sed psalmorum linguis diversis examina [9]) concrepabant. Translataque Episcoporum manibus et cervicem feretro

[1]) въ Виолеемѣ.
[2]) = iusiurandum.
[3]) Псал. 25. 8.
[4]) Псал. 83. 1.
[5]) Псал. 83. 11.
[6]) Пѣснь П. 2. 10. 11.
[7]) Пѣснь П. 2. 12.
[8]) Псал. 26. 13.
[9]) = multitudo.

subiicientibus, cum alii pontifices lampadas cereosque praeferrent, alii choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncae Salvatoris est posita. Tota ad funus eius Palaestinarum urbium turba convenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula sua tenuit? Quam virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali feminae ultimum reddidisset officium. Viduae et pauperes, in exemplum Dorcadis, vestes ab ea praebitas ostendebant [1]). Omnis inopum multitudo matrem et nutriciam se perdidisse clamabat. Quodque mirum sit, nihil pallor mutaverat faciem, sed ita dignitas quaedam et gravitas ora compleverat, ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Graeco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo, donec subter ecclesiam et iuxta specum Domini conderetur, sed per omnem hebdomadam [2]), cunctis qui venerant, suum funus et proprias credentibus lacrimas. Venerabilis virgo filia eius Eustochium, quasi ablactata [3]) super matrem suam, abstrahi a parente non poterat: deosculari oculos, haerere vultui, totum corpus amplexari, et se cum matre velle sepeliri.

Cap. 30. Testis est Iesus, ne unum quidem nummum ab ea filiae derelictum, sed, ut ante iam dixi, derelictum magnum aes alienum, et, quod his difficilius est, fratrum et sororum immensam multitudinem, quos sustentare arduum, et abiicere impium est. Quid hac virtute mirabilius, feminam nobilissimae familiae, magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, ut ad egestatem paene ultimam perveniret? Iactent alii pecunias, et in corbonam [4]) Dei aera congesta, funalibusque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quae sibi nihil reservavit. Nunc illa divitiis fruitur et his bonis, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [5]). Nostram vicem dolemus et invidere potius gloriae eius videbimur, si voluerimus diutius flere regnantem.

Cap. 31. Secura esto, Eustochium, magna hereditate ditata es. Pars tua Dominus, et quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur [6]), sed devotae quoque mentis servitus immaculata quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis et violis plectitur, ista de liliis. Unde et in Cantico scribitur Canticorum: Fratruelis meus candidus et rubicundus [7]), et in pace, et in bello eadem praemia vincentibus tribuens. Mater, inquam, tua audivit cum Abraham: Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram, quam ostendam tibi [8]).

[1]) Дѣян. 9 39.
[2]) = hebdomadem.
[3]) = ἀπογαλακτίζειν.
[4]) = gazophylacium. Сл. Мате. 27. 6.
[5]) 2 Кор. 2. 9.
[6]) = putatur esse confessio.
[7]) Пѣснь П. 5. 10.
[8]) Быт. 12. 1

Et per Ieremiam Dominum praecipientem: Fugite de medio Babylonis, et salvate animas vestras [1]). Et usque ad diem mortis suae non est reversa in Chaldaeam nec ollas Aegypti et virulentias carnium desideravit [2]), sed choris comitata virgineis civis [3]) est Salvatoris effecta, et de parvula Bethleem caelestia regna conscendens, dicit ad veram Noëmi: Populus tuus, populus meus, et Deus tuus, Deus meus [4]).

Cap. 32. Hunc tibi librum ad [5]) duas lucubratiunculas, eodem quem tu sustines dolore, dictavi. Nam quotienscumque stilum figere [6]) volui et opus exarare [7]) promissum, totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. Unde et inculta oratio votum scribentis absque ulla elegantia et verborum lepore testatur.

Cap. 33. Vale, o Paula, et cultoris tui ultimam senectutem orationibus iuva. Fides et opera tua Christo te sociant, praesens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentum aere perennius [8]), quod nulla destruere possit vetustas. Incidi elogium sepulcro tuo, quod huic volumini subdidi, ut quocumque noster sermo pervenerit, te laudatam, te in Bethleem conditam lector agnoscat.

Sequitur titulus sepulcri:

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc iacet in tumulo: Paulam dixere priores,
Eustochii genetrix, Romani prima senatus,
Pauperiem Christi et Bethlemitica rura secuta est.

In fronte speluncae:

Aspicis angustum praecisa in rupe sepulcrum?
Hospitium Paulae est, caelestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens,
Divitias, sobolem, Bethlemiti conditur antro.
Hic praesaepe tuum, Christe, atque hic mystica magi
Munera portantes, hominique Deoque dedere.

Cap. 34. Dormivit [9]) sancta et beata Paula septimo Kalendas Februarias, tertia [10]) sabbati post solis occubitum. Sepulta est quinto Kalend. earumdem, Honorio Augusto sexies et Aristaeneto Consulibus [1]). Vixit in sancto proposito [2]) Romae annos quinque, Bethleem annos viginti. Omne vitae tempus implevit annis quinquaginta sex, mensibus octo, diebus viginti et uno.

[1]) Ier. 48. 6.
[2]) Ис. 16. 3.
[3]) = подданная.
[4]) Руѳь 1. 16.
[5]) въ продолженіи.
[6]) положить перо. Стиль у древнихъ былъ съ одного конца заостренъ.
[7]) про писаніе на навощенныхъ дощечкахъ (tabulae ceratae).
[8]) Horat. Carm. 3, 30, 1.
[9]) = mortua est.
[10]) sc. hora.

[1]) въ 404 г.
[2]) = vita monachica.

4.

Epistola LVII.

Ad Pammachium.

De optimo genere interpretandi [3]).

Cap. 1. Paulus Apostolus, praesente Agrippa rege, de criminibus responsurus, quod posset intellegere qui auditurus erat, securus de causae victoria statim in principio sibi gratulatur, dicens: De omnibus quibus accusor a Iudaeis, o rex Agrippa, existimo me beatum, cum apud te sim hodie defendendus, qui praecipue nosti cunctas quae in Iudaeis sunt consuetudines et quaestiones [4]). Legerat enim illud Iesu: Beatus qui in aures loquitur audientis [5]), et noverat tantum oratoris verba proficere, quantum iudicis prudentia cognovisset. Unde et ego beatum me in hoc dumtaxat negotio iudico, quod apud eruditas aures imperitae linguae responsurus sum, quae obiicit mihi vel ignorantiam, vel mendacium, si aut nescivi alienas litteras vere interpretari, aut nolui: quorum alterum error, alterum crimen est. Ac ne forsitan accusator meus facilitate, qua cuncta loquitur, et impunitate, qua sibi licere omnia putat, me quoque apud vos argueret, ut Papam Epiphanium [6]) criminatus est, hanc episto-

[3]) Паммахій, къ которому написано это посланіе, былъ знатный и богатый молодой человѣкъ, женатый на дочери Павлы; овдовѣвъ, онъ посвятилъ себя иноческой жизни, раздавъ все имущество бѣднымъ. Къ нему Іеронимомъ написано много писемъ. Поводомъ къ настоящему письму Іеронима послужило то обстоятельство, что Руфинъ (Аквилейскій урожденецъ, бывшій сперва другомъ, а потомъ сдѣлавшійся врагомъ Іеронима, † 410) порицалъ его переводъ съ Греческаго одного письма Епифанія къ Іоанну, епископу Іерусалимскому, доставшійся ему неизвѣстно какимъ образомъ, въ еще не отдѣланномъ окончательно видѣ. По поводу этого Іеронимъ высказываетъ свой взглядъ на условія, при которыхъ переводъ можетъ считаться удовлетворительнымъ.
[4]) Дѣян. 26. 2 и сл.
[5]) Прем. Сир. 25. 12. Vulg. Beatus qui invenit amicum verum et qui enarrat iustitiam auri audienti. Подъ Iesus разумѣется Іисусъ, сынъ Сираховъ.
[6]) Папа Епифаній есть Св. Епифаній Саламинскій. См. ер. CVIII. 20. Іоаннъ—епископъ Іерусалимскій. Письмо, о которомъ здѣсь идетъ рѣчь, помѣщено въ сборникѣ писемъ Іеронима, п. LI.

lam misi, quae te et per te alios, qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat.

Cap. 2. Ante hoc ferme biennium miserat Iohanni Episcopo supradictus Papa Epiphanius litteras, arguens eum in quibusdam dogmatibus et postea clementer ad poenitentiam provocans. Harum exemplaria certatim Palaestinae [1]) rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis. Erat in monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis, Eusebius Cremonensis, qui cum haec epistola per multorum ora volitaret [2]) et mirarentur eam pro doctrina et puritate sermonis docti pariter et indocti, coepit a me obnixe petere, ut sibi eam in Latinum verterem et propter intellegendi facilitatem apertius explicarem: Graeci enim eloquii penitus ignarus erat. Feci quod voluit, accitoque notario [3]), raptim celeriterque dictavi, ex latere in pagina breviter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent. Siquidem et hoc ut sibi soli facerem, oppido flagitarat, postulavique ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar nec facile in vulgus prodiret. Res ita anno et sex mensibus transiit, donec supradicta interpretatio de scriniis eius novo praestigio Ierosolymam commigravit. Nam quidem pseudomonachus, vel accepta pecunia, ut perspicue intellegi datur, vel gratuita malitia ut incassum corruptor nititur persuadere, compilatis chartis eius et sumptibus, Iudas factus est proditor deditque adversariis latrandi contra me occasionem, ut inter imperitos concionentur, me falsarium, me verbum non expressisse de verbo: pro honorabili dixisse carissimum, et maligna interpretatione, quod nefas dictu sit, αἰδεσιμώτατον Πάππαν, noluisse transferre. Haec et istiusmodi nugae crimina mea sunt.

Cap. 3. Ac primum antequam de translatione respondeam, volo interrogare eos, qui malitiam prudentiam vocant: Unde apud vos exemplar epistolae? Quis dedit? Qua fronte profertis, quod scelere redemistis? Quid apud homines tutum erit, si ne parietibus quidem et scriniis nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia iudicum hoc vobis crimen impingerem, reos legibus subiugarem, quae etiam pro utilitatibus fisci noxiis delatoribus poenas statuunt et cum suscipiant proditionem, damnant proditorem. Lucrum videlicet placet, voluntas displicet. Dudum Hesychium [4]), virum consularem, contra quem Patriarcha Gamaliel gravissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite damnavit, quod sollicitato notario, chartas illius invasisset. Legimus in veteribus historiis [5]), ludi magistrum, qui Fa-

[1]) = in Palaestina.
[2]) Сл. епитафію Епнія: volito vivus per ora virûm. См. Vahlen Enniauae poësis reliquiae p. 162.
[3]) notarius (nota, стенографическій знакъ; notae Tironianae), скорописецъ, стенографъ.
[4]) фактъ, на который здѣсь указывается, въ точности неизвѣстенъ.
[5]) Liv. 5. 27.

liscorum [1]) liberos prodiderat, vinctum pueris traditum, et ad eos quos prodebat, remissum, nec sceleratam populum Romanum suscepisse victoriam. Pyrrhum Epirotarum regem, cum in castris ex vulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabricius [2]); quin potius vinctum remisit ad dominum, ut scelus nec in adversario comprobaret. Quod leges publicae, quod hostes tuentur, quod inter bella et gladios sanctum est, hoc nobis inter monachos et sacerdotes Christi intutum fuit. Et audet quidam ex eis adducto supercilio et concrepantibus digitis eructare et dicere: Quid enim, si redemit, si sollicitavit? fecit quod sibi profuit. Mira sceleris defensio; quasi non et latrones et fures et piratae faciant, quod sibi prodest. Certe Annas et Caiphas seducentes infelicem Iudam fecerunt, quod sibi utile existimabant.

Cap. 4. Volo in chartulis meis quaslibet ineptias scribere: commentari de Scripturis, remordere laedentes, digerere stomachum, in locis me exercere communibus, et quasi limatas ad pugnandum sagittas reponere. Quamdiu non profero cogitata, maledicta, non crimina sunt, imo ne maledicta quidem, quae aures publicae nesciant. Tu corrumpas servulos, sollicites clientes, et, ut in fabulis legimus [3]), auro ad Danaën penetres, dissimulatoque quod feceris, me falsarium voces, cum multo peius crimen accusando in te confitearis, quam in me arguis. Alius te haereticum, alius insimulat dogmatum perversorem. Taces ipse, respondere non audes: interpretem laceras, de syllabis calumniaris, et totam defensionem tui putas, si tacenti detrahas. Finge in transferendo vel errasse, vel intermisisse me quidpiam. Hic totus tui negotii cardo versatur, haec tua est defensio. Num idcirco tu non es haereticus, si ego malus interpres sim? Nec hoc dico, quod te haereticum noverim (sciat ille qui accusavit, noverit ille qui scripsit); sed quod stultissimum sit accusatum ab alio, alium criminari, et confosso undique corpore, de dormientis vulnere solatium quaerere.

Cap. 5. Hactenus sic locutus sum, quasi aliquid de epistola commutaverim, et simplex translatio possit errorem habere, non crimen. Nunc vero cum ipsa epistola doceat nihil mutatum esse de sensu, nec res additas, nec aliquod dogma confictum, faciunt nae intellegendo, ut nihil intellegant [4]), et dum alienam imperitiam volunt coarguere, suam produnt. Ego enim non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Graecorum, absque [5]) scripturis sanctis, ubi et verborum ordo mysterium est, non verbum e verbo, sed sensum exprimere de sensu. Habeoque huius rei magistrum Tullium [6]),

[1]) Falisci, въ Етруріи, съ главнымъ городомъ Falerii.
[2]) Gell. N. A. 3. 8.
[3]) Horat. C. 3. 16. 1.
[4]) Terentius Prolog. Andr. 17.
[5]) = кромѣ.
[6]) Цицерона. Объ этихъ переводахъ см. Orelli Cic. opera (ed. II) IV. p. 974—979; Teuffel Gesch. d. röm. Litteratur. § 164 сл.

qui Protagoram Platonis, et Oeconomicon Xenophontis, et Aeschinis ac Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas transtulit. Quanta in illis praetermiserit, quanta addiderit, quanta mutaverit, ut proprietates alterius linguae suis proprietatibus explicaret, non est huius temporis dicere. Sufficit mihi ipsius translatoris auctoritas, qui ita in prologo earumdem orationum locutus est: Putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes, inter seque contrarias, Aeschinis et Demosthenis, nec converti, ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tam figuris quam verbis ad nostram consuetudinem aptis. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi. Non enim me annumerare ea lectori putavi oportere, sed tamquam appendere. Rursum in calce sermonis: Quorum ego, ait, orationes, si, ut spero, ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est sententiis, et earum figuris, et rerum ordine, verba persequens, eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. Quae si e Graecis omnia conversa non erunt, tamen ut generis eiusdem sint, elaboravimus. Sed et Horatius, vir acutus et doctus, hoc idem in Arte Poëtica erudito interpreti praecipit [1]):

> Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
> Interpres.

Terentius Menandrum [2]), Plautus et Caecilius [3]) veteres comicos interpretati sunt. Numquid haerent in verbis, ac non decorem [4]) magis et elegantiam in translatione conservant? Quam vos veritatem interpretationis, hanc eruditi κακοζηλίαν nuncupant. Unde et ego doctus a talibus ante annos circiter viginti, et simili tunc quoque errore deceptus, certe hoc mihi a vobis obiiciendum nesciens, cum Eusebii Caesariensis [5]) Χρονικὸν in Latinum verterem, tali inter cetera usus sum praefatione: Difficile est alienas lineas insequentem non alicubi excidere, et arduum, ut quae in alia lingua bene dicta sunt, eumdem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate: non habeo meum quo id efferam, et dum quaero implere sententiam longo ambitu, vix brevis vitae spatia consummo.

[1]) Ep. ad Pisones v. 133.

[2]) П. Теренцій Африканецъ (Afer), римскій комикъ (569—595 U.), заимствовалъ свои комедіи преимущественно изъ репертуара греческаго комика Менандра, IV в. до Р. Х. Модестовъ. Истор. римск. литер. Т. 1², стр. 144 сл.

[3]) T. Maccius Plautus изъ Sarsina, Умбрскаго города (500?—570 U.), знаменитый комикъ, такъ же, какъ и Caecilius Statius (VI в. U.), заимствовали сюжеты для своихъ комедій также изъ Греческаго репертуара. Модестовъ. Т. 1², стр. 120 сл. 138 сл.

[4]) = красота.

[5]) Eusebius Pamphili, епископъ Кесаріи Палестинской, IV в., знаменитый своими учеными трудами.

Accedunt hyperbatorum [1]) anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum, ipsum postremo suum et, ut ita dicam, vernaculum linguae genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonant, si ob necessitatem aliquid in ordine vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse. Et post multa, quae nunc prosequi otiosum est, etiam hoc addidi: Quod si cui non videtur linguae gratiam in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum. Plus aliquid dicam: eumdem sua in lingua prosae verbis interpretetur — videbis ordinem ridiculum, et poëtam eloquentissimum vix loquentem.

Cap. 6. Verum ne meorum scriptorum parva sit auctoritas (quamquam hoc tantum probare voluerim, me semper ab adolescentia non verba, sed sententias transtulisse), qualis super hoc genere praefatiuncula sit in libro quo beati Antonii vita describitur [2]), ipsius lectione cognosce. Ex alia in aliam linguam expressa ad verbum translatio sensum operit, et veluti laeto gramine sata strangulat. Dum enim casibus et figuris servit oratio, quod brevi poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, ita beatum Antonium, te petente, transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucupentur et litteras, tu quaere sententias. Dies me deficiet, si omnium qui ad sensum interpretati sunt, testimonia replicavero. Sufficit in praesenti nominasse Hilarium Confessorem [3]), qui homilias in Iob, et in Psalmos tractatus plurimos in Latinum vertit e Graeco, nec assedit litterae dormitanti et putida rusticorum interpretatione se torsit, sed quasi captivos sensus in suam linguam victoris iure transposuit.

Cap. 7. Nec hoc mirum in ceteris seculi videlicet aut ecclesiae viris, cum septuaginta interpretes, et Evangelistae atque Apostoli idem in sacris voluminibus fecerint. Legimus in Marco dicentem Dominum [4]): Talitha cumi, statimque subiectum est: quod interpretatur: puella, tibi dico, surge. Arguatur Evangelista mendacii, quare addiderit: tibi dico, cum in Hebraeo tantum sit: puella surge. Sed ut ἐμφατικώτερον faceret et sensum vocantis atque imperantis exprimeret, addidit: tibi dico. Rursum in Matthaeo, redditis ab proditore Iuda triginta argenteis et empto ex eis agro figuli, scribitur [5]): Tunc impletum est quod scriptum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quod

[1]) hyperbaton (ὑπέρβατον), риторическая фигура, состоящая въ перемѣщеніи словъ. См. Volkmann Die Rhetorik d. Griechen und Römer. Leipz. 1874.

[2]) Разумѣется переводъ жизнеописанія Антонія Великаго, сочиненнаго Аѳанасіемъ Александрійскимъ и переведеннаго на Латинскій языкъ Евагріемъ, епископомъ Антіохійскимъ.

[3]) Hilarius, епископъ города Пуатье (urbs Pictavorum), IV в., плодовитый писатель, переводившій много съ Греческаго, преимущественно изъ Оригена. Migne Patrol. IX. X.

[4]) Марк. 5. 41.

[5]) Мато. 27. 9.

appretiaverunt a filiis Israël, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Hoc in Ieremia penitus non invenitur, sed in Zacharia, aliis multo verbis, ac toto ordine discrepante. Vulgata quippe editio [1]) ita se habet [2]): Et dicam ad eos: si bonum est coram vobis, date mercedem mihi, aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitque Dominus ad me: Pone illos in conflatorium, et considera si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, et misi eos in domo Domini in conflatorium. Quantum distet ab Evangelistae testimonio septuaginta translatio, perspicuum est. Sed et in Hebraeo cum sensus idem sit, verba praepostera sunt et paene diversa. Et dixi, inquit, ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam, et si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quod appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, et proieci eos in domo Domini ad statuarium. Accusent apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico, nec cum septuaginta congruat translatoribus, et, quod his maius est, erret in nomine, pro Zacharia quippe Ieremiam posuit. Sed absit hoc de pedissequo Christi dicere, cui curae fuit non verba et syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Veniamus ad aliud eiusdem Zachariae testimonium, quod Iohannes Evangelista assumit iuxta Hebraicam veritatem [3]): Videbunt in quem compunxerunt [4]), pro quo in septuaginta legimus: καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο, quod interpretati sunt Latini: Et aspicient ad me, pro his quae illuserunt, sive insultaverunt. Discrepat Evangelistae, septuaginta interpretum, nostraque translatio, et tamen sermonum varietas spiritus unitate concordat. In Matthaeo quoque legimus Dominum praedicentem Apostolis fugam, et hoc ipsum Zachariae testimonio confirmantem. Scriptum est, ait, Percutiam pastorem, et dispergentur oves [5]). At in septuaginta et in Hebraeo multo aliter; non enim ex persona Dei dicitur, ut Evangelista vult, sed ex prophetae, Deum Patrem rogantis: Percute pastorem, et dispergentur oves. In hoc, ut arbitror, loco, iuxta quorumdam prudentiam, Evangelista piaculi reus est, quod ausus sit prophetae verba ad Dei referre personam. Scribit supra dictus Evangelista, ad Angeli monitum, tulisse Ioseph parvulum et matrem eius, et intrasse in Aegyptum ibique mansisse usque ad obitum Herodis, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam: Ex Aegypto vocavi filium meum [6]). Hoc nostri codices non habent, sed in Osee iuxta Hebraicam scribitur veritatem:

[1]) Разумѣется т. н. Itala, до-іеронимѝвскій переводъ Св. Писанія, сдѣланный съ перевода LXX.
[2]) Захар. 11. 12. 13.
[3]) = подлинникъ.
[4]) Захар. 12. 10. Іоан. 19. 37.
[5]) Захар. 13. 7. Матѳ. 26. 31.
[6]) Матѳ. 2. 15.

Quia puer Israël est, et dilexi eum, et ex Aegypto vocavi filium meum [1]). Pro quo et in eodem loco septuaginta transtulerunt: quia parvulus est Israël, et dilexi eum, et ex Aegypto vocavi filios eius. Num omnino repudiandi sunt, quia istum locum, qui ad Christi maxime pertinet sacramentum, aliter transtulerunt? an danda potius venia ut hominibus, iuxta Iacobi sententiam, dicentis: Multa peccamus omnes, et, si quis in verbo non offendit, iste perfectus est vir et potest refrenare omne corpus [2]). Illud vero quod in eodem Evangelista scribitur: Et veniens habitavit in civitate quae dicitur Nazareth, ut impleretur quod dictum est per prophetas: quia Nazaraeus vocabitur [3]). Respondeant λογοδαίδαλοι [4]) et fastidiosi aestimatores omnium tractatorum, ubi legerint, discantque in Isaia positum. Nam in eo loco ubi nos legimus atque transtulimus: Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet [5]), in Hebraeo iuxta linguae illius ἰδίωμα ita scriptum est: Exiet virga de radice Iesse, et Nazaraeus de radice eius crescet. Cur hoc omiserunt septuaginta, si non licet transferre verbum pro verbo? Sacrilegium est, vel celasse vel ignorasse mysterium.

Cap. 8. Transeamus ad cetera, neque enim epistolae brevitas patitur diutius singulis immorari. Idem Matthaeus loquitur [6]): Hoc autem totum factum est, ut compleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod septuaginta transtulerunt: Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabitis nomen eius Emmanuel. Si verba calumniantur, utique non est idem, habebit, et accipiet; neque vocabunt, et vocabitis. Porro in Hebraeo legimus ita scriptum: Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabit nomen eius Emmanuel. Non Achaz, qui arguebatur infidelitatis, non Iudaei, qui erant Dominum negaturi, sed vocabit, inquit, ipsa quae concipiet, ipsa virgo, quae pariet. In eodem Evangelista legimus, Herodem ad adventum magorum fuisse turbatum, scribisque et sacerdotibus congregatis, sciscitatum ab eis, ubi Christus nasceretur; illosque respondisse [7]): in Bethleem Iudae. Sic enim scriptum est in propheta: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in ducibus Iuda. Ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Israël. Hoc exemplum in Vulgata editione sic fertur: Et tu Bethleem domus Ephratha, modicus es, ut sit in millibus Iuda, de te mihi egredietur, ut sit princeps in Israël. Quanta sit inter Matthaeum et septuaginta verborum ordinisque discordia, magis admiraberis, si

[1]) Ос. 11. 2.
[2]) Iак. 3. 2.
[3]) Матѳ. 2. 23.
[4]) Cic. Brut. 31.
[5]) Ис. 11. 1.
[6]) Матѳ. 1. 22. 23. Ис. 7. 14.
[7]) Матѳ. 2. 5. 6.

Hebraicum videas, in quo ita scriptum est: Et tu Bethleem Ephratha, parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël. Considera gradatim, quae ab Evangelista sint posita: Et tu Bethleem terra Iuda. Pro: terra Iuda, in Hebraico habet: Ephratha, in septuaginta: domus Ephratha. Et pro: nequaquam minima es in ducibus Iuda, in septuaginta legitur: modicus es, ut sis in millibus Iuda, in Hebraeo: parvulus es in millibus Iuda; sensusque contrarius est, septuaginta sibi in hoc dumtaxat loco et Hebraico concordante. Evangelista enim dixit, quod non sit parvulus in ducibus Iuda, cum e regione sit positum, parvulus quidem es et modicus; sed tamen de te mihi parvulo et modico egredietur dux in Israël, secundum illud apostoli: Elegit infirma mundi Deus, ut confundat fortia [1]). Porro quod sequitur: qui regat, vel qui pascat populum meum Israël, aliter in propheta esse perspicuum est.

Cap. 9. Haec replico, non ut Evangelistas arguam falsitatis (hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Iuliani) [2]), sed ut reprehensores meos arguam imperitiae et impetrem ab eis veniam, ut concedant mihi in simplici epistola, quod in scipturis sanctis, velint nolint, Apostolis concessuri sunt. Marcus discipulus Petri ita suum orditur Evangelium: Principium Evangelii Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Hoc exemplum ex duobus prophetis compositum est, de Malachia videlicet et Isaia. Nam primum quod dicitur: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te [3]), in Malachiae fine scriptum est. Sequens autem quod infertur: Vox clamantis in deserto, et cetera in Isaia legimus [4]). Et quomodo Marcus statim in principio voluminis sui posuit: sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto Angelum meum, quod non scribitur in Isaia, ut diximus, sed in Malachia novissimo duodecim prophetarum? Solvat hanc quaestiunculam imperita praesumptio [5]), et ego erroris veniam deprecabor. Idem Marcus inducit ad Pharisaeos Salvatorem loquentem: Numquam legistis quid fecerit David, quando neccessitatem habuit, et esurivit ipse et socii eius; quomodo ingressus domum Dei sub Abiathar pontifice, et panes propositionis comedit, quibus non licebat vesci, nisi solis sacerdotibus? [6]) Legamus Samuelem [7])

[1]) 1 Кор. 1. 27.
[2]) Celsus, епикурейскій философъ, II-го в., одинъ изъ ревностныхъ антагонистовъ Христіанства. Porphyrius (233—304), неоплатоникъ, также писалъ противъ Христіанства. Iulianus—есть знаменитый Юліанъ Отступникъ.
[3]) Малах. 3. 1.
[4]) Ис. 40. 3.
[5]) = самонадѣянность.
[6]) Марк. 2. 25. 26.
[7]) Первая и вторая книги Царствъ и доселѣ въ западной церкви именуются книгами Самуила.

sive (ut in communi titulo habetur) Regnorum libros, ibique reperiemus non Abiathar scriptum esse, sed Abimelech pontificem, qui postea a Doëg cum ceteris sacerdotibus, Saul iubente, percussus est. Pergamus ad Apostolum Paulum. Scribit ad Corinthios [1]): Si enim cognovissent Dominum gloriae, non crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se. Solent in hoc loco apocryphorum quidam deliramenta sectari [2]) et dicere, quod de Apocalypsi Eliae [3]) testimonium sumptum sit, cum in Isaia iuxta Hebraicum ita legatur: A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt. Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti exspectantibus te [4]). Hoc septuaginta multo aliter transtulerunt: A seculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum absque te et opera tua vera, et facies exspectantibus te misericordiam [5]). Intellegimus unde sumptum sit testimonium, et tamen apostolus non verbum expressit e verbo, sed παραφρασικῶς, eumdem sensum aliis sermonibus indicavit. In epistola ad Romanos idem Apostolus Paulus [6]) exemplum de Isaia sumens: Ecce, inquit, ponam in Sion lapidem offensionis et petram scandali [7]), discordat a translatione veteri, et tamen cum Hebraica veritate concordat. In septuaginta enim contrarius sensus est: Non ut lapidi offensionis occurreretis, neque ut petrae ruinae, cum Apostolus quoque Petrus Hebraeis Pauloque consentiens, ita posuerit: Incredulis autem lapis offensionis et petra scandali [8]). Ex quibus universis perspicuum est, Apostolos et Evangelistas in interpretatione veterum scripturarum, sensum quaesisse, non verba, nec magnopere de ordine sermonibusque curasse, dum intellectui res pateret.

Cap. 10. Lucas vir apostolicus et Evangelista scribit, Stephanum primum Christi martyrem in Iudaica concione narrantem: In septuaginta quinque animabus descendit Iacob in Aegyptum, et defunctus est ipse, et patres nostri translati sunt in Sychem; et positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Emor patris Sychem [9]). Hic locus in Genesi multo aliter invenitur, quod scilicet Abraham emerit ab Ephron Hetheo, filio Seor, iuxta Hebron quadringentis drachmis [10]) argenti speluncam duplicem et agrum circa

[1]) 1 Кор. 2. 8. 9.
[2]) сл. Hieronym. in Isaiam XVII: Unde apocryphorum deliramenta conticeant, quae in occasione huius testimonii ingeruntur ecclesiae Christi.
[3]) Объ этомъ, неоднократно упоминаемомъ, но не дошедшемъ до насъ апокрифѣ, см. Fabricius Codex apocryphus Veteris Testamenti T. 1, p. 1072.
[4]) Ис. 64. 4.
[5]) Въ Itala, которую приводитъ здѣсь Іеронимъ, прибавлено сл. vera, находящееся въ Греч. текстѣ LXX.
[6]) Римл. 9. 33.
[7]) Ис. 8. 14.
[8]) 1 Петр. 2. 7.
[9]) Дѣян. 7. 15. 16. Быт. 23. 16.
[10]) = сикль.

eam, sepelieritque in ea Saram uxorem suam. Atque in eodem legimus libro, postea revertentem de Mesopotamia Iacob cum uxoribus et filiis suis, posuisse tabernaculum ante Salem urbem Sychimorum, quae est in terra Chanaan, et habitasse ibi, et emisse partem agri, in quo habebat tentoria, ab Emor patre Sychem centum agnis, et statuisse ibi altare, et invocasse ibi Deum Israël [1]). Abraham non emit specum ab Emor patre Sychem, sed ab Ephron filio Seor, nec sepultus est in Sychem, sed in Hebron, quae corrupte dicitur Arboch. Duodecim autem patriarchae non sunt sepulti in Arboch, sed in Sychem, qui ager non est emptus ab Abraham, sed a Iacob [2]). Differo solutionem et istius quaestiunculae, ut obtrectatores mei quaerant et intellegant, non verba in Scripturis consideranda, sed sensus. Vicesimi primi psalmi iuxta Hebraeos id ipsum exordium est, quod Dominus locutus est in cruce: eli eli lama azabthani, quod interpretatur: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Reddant rationem, cur septuaginta translatores interposuerint: respice me. Ita enim verterunt: Deus, Deus meus, respice me, quare me dereliquisti? Respondebunt utique nihil damni in sensu esse, si duo verba sint addita. Audiant et a me non periclitari ecclesiarum statum, si celeritate dictandi aliqua verba dimiserim.

Cap. 11. Longum est nunc revolvere, quanta septuaginta de suo addiderint, quanta dimiserint, quae in exemplaribus ecclesiae [3]) obelis asteriscisque [4]) distincta sunt. Illud enim quod legimus in Isaia: Beatus qui habet semen in Sion et domesticos in Ierusalem [5]), solent Hebraei deridere, cum audierint. Nec non et in Amos post descriptionem luxuriae: Stantia putaverunt haec, et non fugientia [6]). Re vera sensus rhetoricus et declamatio Tulliana. Sed quid faciemus ad authenticos libros, in quibus haec non feruntur adscripta, et cetera his similia, quae si proferre nitamur, infinitis libris opus est. Porro quanta dimiserint, vel asterisci testes, ut dixi, sunt, vel nostra interpretatio, si a diligenti lectore translationi veteri conferatur; et tamen iure septuaginta editio obtinuit in ecclesiis, vel quia prima est et ante Christi facta adventum, vel quia ab Apostolis (in quibus tamen ab Hebraico non discrepat) usurpata. Aquila [7]) autem proselytus et contentiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est, iure proiicitur a nobis. Quis enim pro frumento et vino et oleo, possit vel legere, vel intellegere: χεῦμα, ὀπωρισμόν, στιλπνότητα, quod nos possumus dicere fusionem, pomationemque et splendentiam. Aut quia Hebraei non solum habent ἄρθρα, sed et πρόαρθρα, ille κακοζήλως et syllabas interpretatur et litteras, dicitque σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γήν, quod Graeca et Latina lingua omnino non recipit, cuius rei exemplum ex nostro sermone capere possumus. Quanta enim apud Graecos bene dicuntur, quae si ad verbum transferamus, in Latino non resonant, et e regione [1]), quae apud nos placent si vertantur iuxta ordinem, apud illos displicebunt.

Cap. 12. Sed ut infinita praeteream et ostendam tibi, vir omnium nobilium Christianissime et Christianorum nobilissime, cuiusmodi falsitatis me in epistolae translatione reprehendant, ipsius epistolae ponam cum Graeco sermone principium, ut ex uno crimine intellegantur et cetera: Ἔδει ἡμᾶς ἀγαπητὲ μὴ τῇ οἰήσει τῶν κλήρων φέρεσθαι, quod ita me vertisse memini: Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam. Ecce, inquiunt, in uno versiculo quanta mendacia. Primum ἀγαπητός dilectus est, non dilectissimus. Deinde οἴησις, aestimatio dicitur, non superbia; non enim dixit οἰήματι, sed οἰήσει: quorum alterum tumorem, alterum arbitrium sonat. Totumque quod sequitur: clericatus honore non abuti in superbiam, tuum est. Quid ais, o columen litterarum et nostrorum temporum Aristarche [2]), qui de universis scriptoribus sententiam feras? Ergo frustra tanto tempore studuimus, et saepe manum ferulae subduximus [3]). Egredientes de portu statim impegimus. Igitur quia et errasse humanum est, et confiteri errorem, prudentis. Tu quicumque reprehensor es, tu me, obsecro, emenda praeceptor, et verbum de verbo exprime. Debueras, inquit, dicere: Oportebat nos, dilecte, non aestimatione clericorum ferri. Haec est Plautina [4]) eloquentia, hic lepos Atticus et Musarum, ut dicunt, eloquio comparandus. Completur in me tritum vulgi sermone proverbium: Oleum perdit et impensas [5]), qui bovem mittit ad ceroma [6]). Haec non est illius culpa, cuius sub persona alius agit tragoediam, sed Ruffini et Melaniae magistrorum [7]) eius, qui illum magna mercede nihil scire docuerunt. Nec reprehendo in quolibet Christiano sermonis imperitiam; atque utinam

---

[1]) Быт. 33. 19.
[2]) Іис. Нав. 24. 32.
[3]) Въ спискахъ, употребляемыхъ въ церкви.
[4]) Obelus и asteriscus, значки, установленные Александрійскими грамматиками, и употреблявшіеся при критическихъ рецензіяхъ рукописей. Obĕlus (ὀβελός), вродѣ нашего тире, ставился противъ мѣстъ неправильно повторенныхъ или по чему либо сомнительныхъ и неодобрительныхъ; asteriscus, звѣздочка, ставился для обозначенія пропуска.
[5]) Ис. 31. 9. Vulg.: cuius ignis est in Sion et caminus eius in Ierusalem.
[6]) Ам. 6. 5. LXX: ὡς ἑστηκότα ἐλογίσαντο καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. Vulg.: Sicut David putaverunt se habere vasa cantici.
[7]) Aquila, которому императоромъ Адріаномъ было поручено возстановленіе Іерусалимскаго храма, перешелъ въ Іудейство (proselytus, προσήλυτος) и около 138 г. сдѣлалъ переводъ Библіи, предпочитавшійся нѣкоторыми даже переводу LXX.

[1]) = наоборотъ.
[2]) Aristarchus, Ἀρίσταρχος, съ Самооракіи, ок. 170, знаменитый грамматикъ и критикъ, особенно занимавшійся Гомеромъ.
[3]) Ювеналъ Сат. 1. 15.
[4]) Срв. Quintil. X. 1. 99. Musas Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent.
[5]) сл. Oleum et operam perdere.
[6]) ceroma, κήρωμα, мазь, которою мазались атлеты, и мѣсто, гдѣ мазались.
[7]) О Руфинѣ см. пр. къ началу этого письма. Меланія, благочестивая матрона, стоявшая въ дружескихъ связяхъ съ Руфиномъ.

Socraticum illud haberemus: Scio, quod nescio [1]); et alterius sapientis [2]): Te ipsum intellege. Venerationi mihi semper fuit non verbosa rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit apostolos, prius imitetur virtutes in vita illorum, in quibus loquendi simplicitatem excusabat sanctimoniae magnitudo, et syllogismos Aristotelis contortaque Chrysippi [3]) acumina resurgens mortuus confutabat. Ceterum ridiculum, si quis e nobis manens inter Croesi opes et Sardanapali [4]) delicias, de sola rusticitate se iactet, quasi omnes latrones et diversorum criminum rei diserti sint, et cruentos gladios philosophorum voluminibus, ac non arborum truncis occulant.

Cap. 13. Excessi mensuram epistolae, se non excessi doloris modum. Nam qui falsarius vocor et inter muliercularum radios [5]) et textrina dilanior, contentus sum crimen abnuere, non referre. Unde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epistolam, tam Graecam quam Latinam, et illico intelleges accusatorum meorum naenias [6]) et probrosas querelas. Porro mihi sufficit amicum instruxisse carissimum, et in cellula latitantem diem tantum exspectare iudicii. Optoque, si fieri potest, et si adversarii siverint, commentarios potius scripturarum, quam Demosthenis et Tullii Philippicas tibi scribere.

5.

De viris illustribus.

Praefatio ad Dextrum.

Hortaris, Dexter [7]), ut Tranquillum [8]) sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram et quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam, id est, ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii Imperatoris annum [9]), omnes qui de scripturis sanctis memoriae aliquid

---

[1]) Cic. Acad. 1. 4.
[2]) Γνῶθι σεαυτόν, изреченіе, приписывавшееся различнымъ мудрецамъ.
[3]) Chrysippus, Χρύσιππος, изъ Soli въ Киликіи, 290—208, стоическій философъ, отличавшійся особеннымъ остроуміемъ и діалектическою ловкостью.
[4]) Изнѣженность Сарданапала вошла въ пословицу. Срв. Iuven. 10. 362.
[5]) = челнокъ ткацкій.
[6]) Naenia, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam, жалобная, скорбная пѣснь.
[7]) Знатное лице, бывшее praefectus praetorio.
[8]) C. Suetonius Tranquillus (ок. 75—160 п. Р. Х.). Здѣсь намекается на недошедшее до насъ сочиненіе его: de viris illustribus, въ которомъ излагались историко-литературныя данныя о римскихъ поэтахъ, ораторахъ, историкахъ, философахъ, грамматикахъ и риторахъ. См. Reifferscheid Suetonii praeter Caesarum libros reliquiae. Lipsiae 1860.
[9]) 392.

prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus [1]), Antigonus Carystius [2]), Satyrus [3]) doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus [4]). Apud Latinos autem Varro [5]), Santra [6]), Nepos [7]), Hyginus [8]) et, ad cuius nos exemplum vis provocare, Tranquillus. Sed non mea et illorum similis est conditio. Illi enim, veteres historias annalesque replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato parvam sui opusculi coronam texere, ego quid acturus, qui nullum praevium sequens pessimum, ut dicitur, magistrum memetipsum habeo? Quamquam Eusebius Pamphili [9]) in decem ecclesiasticae historiae libris maximo nobis adiumento fuerit, et singulorum de quibus scripturi sumus volumina aetates auctorum suorum saepe testantur. Itaque Dominum Iesum Christum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanae stetit eloquentiae, non est facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinae linguae texens catalogum, id ego in ecclesiae illius scriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleam. Si qui autem de his qui usque hodie scriptitant a me in hoc volumine praetermissi sunt, sibi magis quam mihi debent imputare. Neque enim celantes scripta sua de his quae non legi nosse potui et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo [10]) fuerit ignotum. Certe, cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendio suspirabunt. Discant ergo Celsus, Porphyrius, Iulianus [11]), rabidi adversus Christum canes, discant eorum sectatores, qui putant ecclesiam nullos philosophos et eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti et quales viri eam fundaverint, exstruxerint et ornaverint, et desinant fidem nostram rusticae tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant.

Cap. 25. Clemens, de quo Apostolus Paulus ad Philippenses scribens, ait [12]): Cum Clemente et ceteris cooperatoribus meis, quorum

---

[1]) Гермиппъ изъ Смирны, 200 до Р. Х., авторъ большаго біографическаго и историко-литературнаго сочиненія, Βίοι.
[2]) Пергамскій грамматикъ, ок. 226 до Р. Х., авторъ нѣсколькихъ историко-литературныхъ сочиненій. Carystius называется онъ по мѣсту родины, Carystus, городѣ на о-вѣ Эввіѣ.
[3]) Перипатетикъ, 2-го в. до Р. Х., авторъ Βίοι, по содержанію сходныхъ съ Βίοι Гермиппа.
[4]) изъ Тарента, современникъ Александра В., особенно извѣстный своими занятіями музыкой.
[5]) современникъ и другъ Цицерона, знаменитый полигисторъ, писавшій нѣсколько сочиненій по исторіи литературы. См. Модестовъ Истор. р. литер. 1², стр. 424 сл.
[6]) современникъ Цицерона.
[7]) Cornelius Nepos (ок. 660—730 U.), авторъ сочиненія de viris illustribus, Модестовъ 1². 373 сл.
[8]) C. Iulius Hyginus (ок. 690—770 U.), авторъ сочиненія de viris claris.
[9]) см. пр. къ Іерон. письмо LVII, 5.
[10]) въ Виѳлеемѣ.
[11]) см. посл. LVII. 9.
[12]) Филип. 4. 3.

nomina scripta in libro vitae, quartus post Petrum Romanus episcopus, siquidem secundus Linus fuit, et tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanae ecclesiae ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quae et [1]) in nonnullis locis publice legitur, quae mihi videtur characteri epistolae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. Sed et multis de eadem epistola non solum sensibus, sed iuxta [2]) verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et secunda eius nomine epistola quae a veteribus reprobatur. Et disputatio Petri et Apionis [3]) longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiae ecclesiasticae volumine coarguit. Obiit tertio Traiani anno [4]) et nominis eius memoriam usque hodie Romae exstructa ecclesia custodit [5]).

Cap. 26. Ignatius Antiochenae ecclesiae tertius post Petrum Apostolum episcopus, commovente persecutionem Traiano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus auditor Iohannis episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos [6]), tertiam ad Trallenses [7]), quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelphaeos [8]) et ad Smyrnaeos, et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiam in qua et de evangelio, quod nuper a me translatum est, super [9]) persona Christi ponit testimonium, dicens: ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi et credo quia sit. Et quando venit ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: ecce, palpate me et videte, quia non sum daemonium corporale. Et statim tetigerunt eum et crediderunt. Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola eius quam ad Romanos scribit pauca ponere: De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari et in terra, nocte dieque, ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus qui me custodiunt, quibus et cum bene feceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est, sed non idcirco iustificatus sum. Utinam fruar bestiis quae mihi sunt praeparatae, quas et oro mihi veloces esse ad interitum et ad supplicia, et allici ad comedendum me, ne sicut et aliorum martyrum

[1]) = etiam.
[2]) = по отношенію къ.
[3]) Apion, Египтянинъ, по прозванію Μόχθος, извѣстный полигисторъ и антагонистъ Іудеевъ.
[4]) въ 101 г.
[5]) эта церковь существуетъ и понынѣ.
[6]) = Magnetes, жители города Магнезіи въ М. Азіи (одна ad Sipylum въ Лидіи, и другая ad Maeandrum въ Іоніи).
[7]) Tralles, гор. въ Лидіи; жители чаще зовутся Tralliani.
[8]) Philadelphia гор. въ Лидіи, жители: Philadelpheni. (Другая Филадельфія въ Келесиріи).
[9]) = de (срвн. фр. sur).

non audeant corpus attingere. Quodsi venire noluerint, ego vim faciam, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli, quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quae videntur desiderans, ut Iesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium, membrorum divisio et totius corporis contritio, et tota tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Christo fruar. Cumque iam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Traiani [1]). Reliquiae corporis eius Antiochiae iacent extra portam Daphniticam in coemeterio [2]).

Cap. 33. Iustinus philosophus, habitu quoque philosophorum incedens [3]), de Neapoli, urbe Palaestinae, patre Prisco Bacchii, pro religione Christi plurimum laboravit, in tantum ut Antonino quoque Pio et filiis eius et senatui librum contra gentes [4]) scriptum daret ignominiamque crucis non erubesceret et alium librum successoribus eiusdem Antonini M. Aurelio Vero et L. Aurelio Commodo. Exstat eius et aliud volumen contra gentes, ubi de daemonum quoque natura disputat, et quartum adversus gentes cui titulum praenotavit [5]): ἔλεγχος, sed et alium de monarchia Dei, et alium librum quem praenotavit Psalten [6]), et alium de anima [7]). Dialogus contra Iudaeum quem habuit adversus Tryphonem principem Iudaeorum [8]), sed et contra Marcionem [9]) insignia volumina, quorum Irenaeus quoque in quinto adversus haereses libro meminit, et alium librum contra omnes haereses, cuius facit mentionem in Apologetico quem dedit Antonino Pio. Hic cum in urbe Roma haberet τὰς διατριβὰς et Crescentem cynicum qui multa adversum Christianos blasphemabat redargueret gulosum et mortis timidum luxuriaeque et libidinum sectatorem, ad extremum studio eius et insidiis accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit [10]).

Cap. 45. Irenaeus Pothini episcopi qui Lugdunensem [11]) in Gallia regebat ecclesiam presbyter, martyribus [12]) eiusdem loci ob quasdam ecclesiae quaestiones legatus Romam missus honorificas super

[1]) Годъ страданія Св. Игнатія Богоносца новыми учеными относится или къ 107, или къ 114 г.
[2]) = κοιμητήριον, мѣсто упокоенія, кладбище.
[3]) философы, въ большинствѣ случаевъ, отличались особымъ костюмомъ: они носили длинный и широкій плащъ (pallium, abolla) и отпускали бороду.
[4]) подъ заглавіемъ: Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ.
[5]) = озаглавилъ.
[6]) ψάλτης.
[7]) περὶ ψυχῆς.
[8]) διάλογος πρὸς Τρυφῶνα Ἰουδαῖον.
[9]) ересіархъ II-го в.
[10]) ок. 166 г.
[11]) Lugdunum, теперешній Ліонъ.
[12]) = a martyribus; martyres = confessores.

nomine suo ad Eleutherium episcopum [1]) perfert litteras. Postea iam Pothino prope nonagenario, ob Christum martyrio coronato, in locum eius substituitur. Constat autem Polycarpi, cuius supra fecimus mentionem, sacerdotis et martyris hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque adversus haereses libros, et contra gentes volumen breve, et de disciplina aliud, ad Marcianum fratrem de apostolica praedicatione, et librum variorum tractatuum, et ad Blastum [2]) de schismate, et ad Florinum [3]) de monarchia sive quod Deus non sit conditor malorum, et περὶ τῶν ὀγδοαστῶν [4]) egregium commentarium, in cuius fine significans se apostolicorum temporum vicinum fuisse sic subscripsit: Adiuro te, qui transscribis librum istum, per Dominum Iesum Christum et per gloriosum eius adventum, quo iudicaturus est vivos et mortuos, ut conferas postquam transscripseris, et emendes ad exemplar, unde scripsisti, diligentissime, hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut invenisti. Feruntur eius et aliae ad Victorem episcopum Romanum [5]) de quaestione Paschae [6]) epistolae, in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiae et Orientis episcopos, quod decima quarta luna cum Iudaeis Pascha celebrabatur, damnandos crediderat. In qua sententia hi, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit [7]) maxime sub Commodo principe qui Marco Antonino Vero in imperium successerat.

Cap. 48. Clemens, Alexandrinae ecclessiae presbyter, Pantaeni [8]), de quo supra retulimus, auditor, post eius mortem Alexandriae ecclesiasticam scholam tenuit et κατηχήσεων magister fuit. Feruntur eius insignia volumina plenaque eruditionis et eloquentiae tam de scripturis divinis, quam de secularis litteraturae [9]) instrumento. E quibus illa sunt: στρωματεῖς libri octo, ὑποτυπώσεων libri octo, adversus gentes liber unus, paedagogi libri tres, de Pascha liber unus, de ieiunio disceptatio, et alius qui inscribitur: quisnam dives ille sit qui salvetur [10]). De obtrectatione [11]) liber unus, de canonibus ecclesiasticis et adversum eos qui Iudaeorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσεφώνησε [12]). Meminit autem in Stromatibus suis voluminis Tatiani [13]) adversus gentes, de quo supra diximus, et Cassiani cuiusdam χρονογραφίας, quod opusculum invenire non potui. Nec non et de Iudaeis Aristobulum [1]) quemdam et Demetrium [2]) et Eupolemum [3]) scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Iosephi [4]) ἀρχαιογονίας Moysi [5]) et Iudaicae gentis asseverant. Exstat Alexandri Hierosolymitanorum episcopi qui cum Narcisso [6]) postea rexit ecclesiam, epistola super ordinatione [7]) Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Haec vobis, domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum, quem vos quoque scitis et nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset iuxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxit Domini ecclesiam. Constat Originem huius fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filii eius temporibus [8]).

Cap. 55. Polycrates Ephesiorum episcopus cum ceteris episcopis Asiae, qui iuxta quamdam veterem consuetudinem cum Iudaeis decima quarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem episcopum Romanum synodicam epistolam [9]), in qua docet se Apostoli Iohannis et veterum auctoritatem sequi, de qua haec pauca excerpsimus: Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt [10]), quae resurgent die Domini quando venturus est de caelis in maiestate sua et suscitaturus omnes sanctos, Philippum loquor de duodecim apostolis qui dormivit Hierapoli [11]) et duas filias eius quae virgines senuerunt et aliam eius filiam, quae Spiritu Sancto plena in Epheso [12]) occubuit. Sed et Iohannes, qui super pectus Domini recubuit, et pontifex [13]) eius, auream lamminam in fronte portans [14]), martyr et doctor in Epheso dormivit, et Polycarpus [15]) episcopus et martyr Smyrnae cubat. Thraseas [16]) quoque episcopus et

---

[1]) Елевѳерій, епископъ римскій, 177—192.
[2]) римскій пресвитеръ.
[3]) гностикъ.
[4]) = περὶ ὀγδοάδος, при чемъ разумѣется ученіе Валентина о восьми эонахъ (αἰῶνες).
[5]) 193—202.
[6]) о времени празднованія Пасхи.
[7]) Иринеи умеръ въ 202 г.
[8]) ок. 179, въ Александріи; просвѣтитель Восточныхъ народовъ.
[9]) = литература.
[10]) τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος.
[11]) = περὶ κακολογίας.
[12]) = dedicavit, inscripsit.
[13]) родомъ Ассиріянинъ, † 170, извѣстный апологетъ, авторъ сочиненія: Λόγος πρὸς Ἕλληνας.

[1]) разумѣется Аристовулъ Іудеянинъ, современникъ Птоломея VI Филометора (181—146), авторъ толкованія на Пятикнижіе.
[2]) ближайшимъ образомъ неизвѣстенъ.
[3]) ок. 160 до Р. Х., жилъ въ Александріи и написалъ нѣсколько сочиненій по Іудейской исторіи и археологіи.
[4]) sc. Flavii. См. пр. къ Минуцію, 33.
[5]) Gen.; по аналогіи съ Neocli, Xerxi и т. п.
[6]) Александръ съ 212 г. былъ помощникомъ престарѣлаго Наркисса по управленію Іерусалимской епархіей, и пострадалъ при Декіѣ.
[7]) = посвященіе, χειροτονία.
[8]) умеръ ок. 217.
[9]) synodica epistola или просто synodica звалось посланіе, которое посылали вновь избранные епископы своимъ собратіямъ, съ изложеніемъ своего исповѣданія вѣры (окружное посланіе).
[10]) опочили; elementa sc. religionis Christianae.
[11]) городъ въ Фригіи, въ которомъ пострадалъ (= dormivit) Ап. Филиппъ.
[12]) = Ephesi.
[13]) = episcopus.
[14]) lammina, στέφανος, κίδαρις, узкая золотая пластинка, носившаяся на челѣ епископами древней церкви.
[15]) священномученикъ, епископъ Смирнскій, пострадалъ въ 162 г.
[16]) р. мартиров. 5 февр. Natalis beati Thraseae episcopi Eumeniae—г. во Фригіи.

martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris [1]) episcopi et martyris recordari qui in Laodicea soporatur [2]), et Papyrii beati et Melitonis [3]) in Sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis et exspectat in adventu eius resurrectionem? Hi omnes observaverunt Pascha diem decima quarta luna, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes et ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque, minimus omnium vestrum, Polycrates secundum doctrinam propinquorum meorum quos et secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi, et ego octavus), semper Pascha celebravi quando populus Iudaeorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos aetatis meae natus in Domino et a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni scriptura, non formidabo eos qui nobis minantur. Dixerunt enim maiores mei: Oboedire Deo magis oportet quam hominibus. Haec propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi principis [4]), eadem aetate, qua Narcissus Hierosolymae.

Cap. 63. Tertullianus presbyter, nunc demum primus post Victorem et Apollonium [5]) Latinorum ponitur, provinciae Africae civitatis Carthaginiensis, patre centurione proconsulari. Hic acris et vehementis ingenii sub Severo principe et Antonino Caracalla floruit, multaque scripsit volumina, quae quia nota sunt pluribus, praetermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiae [6]), quod oppidum Italiae est, senem qui se beati Cypriani iam grandis aetatis notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romae vidisse diceret referreque sibi solitum numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unum diem praetermisisse ac sibi crebro dicere: Da magistrum, Tertullianum videlicet significans. Hic cum usque ad mediam aetatem presbyter ecclesiae permansisset, invidia postea et contumeliis clericorum Romanae ecclesiae ad Montani [7]) dogma delapsus, in multis libris novae prophetiae meminit, specialiter autem adversum ecclesiam texuit volumina: de pudicitia, de persecutione, de ieiuniis, de monogamia, de extasi libros sex et septimum quem adversum Apollonium composuit. Ferturque vixisse usque ad decrepitam aetatem et multa quae non exstant opuscula condidisse.

Cap. 64. Origines, qui et Adamantius, decimo Severi Pertinacis [8]) anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonide

[1]) Sagar, одинъ изъ учениковъ Ап. Павла, священномученикъ, епископъ Лаодикіи—во Фригіи.
[2]) = dormit, requiescit.
[3]) Melito, еп. Сардійскій, апологетъ, современникъ Марка Аврелія.
[4]) 192—211.
[5]) римскій сенаторъ, при Коммодѣ, написавшій апологію Христіанства и тогда же пострадавшій.
[6]) городъ въ Gallia Transpadana.
[7]) ересіархъ II-го в.
[8]) Септимій Северъ.

patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus et matre vidua pauper relinquitur, annos natus circiter decem et septem [1]). Rem enim familiarem ob confessionem Christi fiscus [2]) occupaverat. Hic Alexandriae dispersa ecclesia decimo octavo aetatis suae anno κατηχήσεως opus aggressus, postea a Demetrio, eius urbis episcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus [3]), per multos annos floruit et cum iam mediae esset aetatis et propter ecclesias Achaiae [4]) quae pluribus haeresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticae epistolae [5]) Athenas per Palaestinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro Caesareae et Hierosolymorum episcopis presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum, qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mundum super nomine eius scriberet. Constat eum, antequam Caesaream migraret, fuisse Romae sub Zephyrino [6]) episcopo et statim Alexandriam reversum Heraclan presbyterum iterum, qui sub habitu philosophi perseverabat, adiutorem sibi fecisse κατηχήσεως, qui quidem et post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantae autem gloriae fuerit, hinc apparet, quod Firmillianus Caesareae episcopus cum omni Cappadocia eum invitavit et diu tenuit et postea sub occasione sanctorum locorum [7]) Palaestinam veniens diu Caesareae in sanctis scripturis ab eo eruditus est, sed et illud [8]) quod ad Mammaeam [9]) matrem Alexandri imperatoris, religiosam feminam rogatus venit Antiochiam et summo honore habitus est, quodque ad Philippum imperatorem [10]) qui primus de regibus Romanis Christianus fuit et ad matrem eius litteras fecit quae usque hodie exstant. Et quod tantum in scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebraeam linguam contra aetatis gentisque suae [11]) naturam edisceret, et exceptis septuaginta interpretibus alias quoque editiones in unum congregaret volumen, Aquilae [12]) scilicet Pontici proselyti et Theodotionis Hebionei [13]) et Symmachi [14]) eiusdem dogmatis qui in evangelium quoque κατὰ Ματθαῖον scripsit commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur. Praeterea quintam

[1]) Оригенъ родился въ 185 г.
[2]) императорская казна, въ которую поступали имущества осужденныхъ преступниковъ.
[3]) = поставленный.
[4]) = Graeciae.
[5]) т. е. посланіе отъ церкви свидѣтельствовало объ его личности.
[6]) папа Зефиринъ, 202—218.
[7]) т. е. при посѣщеніи Св. мѣстъ.
[8]) анаколуѳъ, по сравненію съ предшествующимъ: hinc apparet.
[9]) Iulia Mammaea, мать Севера Александра, † 235.
[10]) т. н. Philippus Arabs, 244—249. Его Христіанство еще не доказано.
[11]) т. е. Graecorum.
[12]) см. письмо LVII, 11. Аквила зовется Ponticus, потому что былъ родомъ изъ Синопа, города Понта.
[13]) Ѳеодотіонъ, тоже изъ Понта, ок. 175 г., перевелъ Свящ. Писаніе на Греческій языкъ. Евіониты, еретики 1-го вѣка.
[14]) Самаритянинъ, нач. III в., также Евіонитъ, перевелъ на Греческій Ветхій Завѣтъ.

et sextam et septimam editionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus, miro labore reperit et cum ceteris editionibus comparavit [1]). Et quoniam indicem operum eius in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui [2]), nunc omitto, illud de immortali eius ingenio non tacens, quod dialecticam quoque et geometriam, arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet et interpretaretur eis quotidie concursusque ad eum miri fierent quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione secularis litteraturae in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis quae adversum Christianos sub Decio [3]) consurrexit, eo quod in religionem Philippi desaeviret, quem et interfecit, sepurfluum est dicere, cum etiam Fabianus [4]) Romanae ecclesiae episcopus in ipsa occubuerit, et Alexander [5]) Babylasque Hierosolymorum et Antiochenae ecclesiae pontifices in carcere pro confessione dormierint. Et super Originis statu, si quis scire velit, quid actum sit, primum quidem de epistolis eius, quae post persecutionem ad diversos missae sunt, deinde et de sexto Eusebii Caesariensis ecclesiasticae historiae libro et pro eodem Origine in sex voluminibus possit liquido cognoscere. Vixit usque ad Gallum et Volusianum [6]), id est usque ad 69 aetatis suae annum et mortuus est Tyri, in qua urbe et sepultus est.

Cap. 68. Minucius Felix, Romae insignis causidicus, scripsit dialogum Christiani et ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur, sed et alius sub nomine eius fertur de fato vel contra mathematicos, qui cum sit et ipse diserti hominis non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire. Meminit huius Minucii et Lactantius in libris suis.

Cap. 77. Cyprianus Afer primum gloriose rhetoricam docuit, exinde suadente presbytero Caecilio, a quo et cognomentum sortitus est, Christianus factus omnem substantiam suam pauperibus erogavit ac post non multum temporis electus in presbyterum [7]), etiam episcopus Carthaginiensis constitutus est. Huius ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano et Gallieno [8]) principibus persecutione octava, eodem die quo Romae Cornelius [9]), sed non eodem anno.

---

[1]) = contulit.
[2]) См. Ritschl Rhein. Mus. f. Philol. N. F. VI. 1848. p. 485.
[3]) 249—251.
[4]) 236—250.
[5]) см. прим. къ § 48.
[6]) † 254.
[7]) = presbyter.
[8]) 258.
[9]) Папа Корнилій пострадалъ въ 251 г. при Декіѣ; р. мартирологъ празднуетъ его память, вмѣстѣ съ Киприаномъ, 14-го сентября.

Cap. 89. Arnobius sub Diocletiano principe Siccae apud Africam florentissime rhetoricam docuit scripsitque adversum gentes quae vulgo exstant volumina.

Cap. 90. Firmianus, qui et Lactantius, Arnobii discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio grammatico [1]), cuius de medicinalibus versu compositi exstant libri, Nicomediae rhetoricam docuit ac penuria discipulorum ob Graecam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus eius symposium, quod adolescentulus scripsit, ὁδοιπορικὸν de Africa ad Nicomediam, hexametris scriptum versibus, et alium librum qui inscribitur Grammaticus et pulcherrimum de ira Dei et institutionum divinarum adversum gentes libros septem et ἐπιτομὴν eiusdem operis in libro uno acephalo [2]) et ad Asclepiadem libros duos; de persecutione librum unum, ad Probum epistolarum libros quattuor, ad Severum [3]) epistolarum libros duos, ad eumdem de opificio Dei vel formatione hominis librum unum. Hic extrema senectute magister Caesaris Crispi, filii Constantini in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

Cap. 97. Athanasius Alexandrinae urbis episcopus, multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem fugit, unde reversus cum litteris et rursum post mortem eius [4]) fugatus usque ad Ioviani imperium [5]) latuit, a quo recepta ecclesia sub Valente moritur [6]). Feruntur eius adversum gentes duo libri et contra Valentem et Ursacium unus [7]), et de virginitate, et de persecutionibus Arianorum plurimi, et de psalmorum titulis, et historia Antonii monachi [8]) vitam continens, et ἑορταστικαὶ [9]) epistolae et multa alia quae enumerare longum est.

Cap. 110. Hilarius urbis Pictavorum [10]) Aquitaniae episcopus, factione Saturnini Arelatensis [11]) episcopi de synodo Bitterensi [12]) in Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros. Et alium librum de synodis quem ad Galliarum episcopos scripsit, et in psalmos commentarios, primum videlicet et secundum, et a quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, et a centesimo decimo octavo usque ad extremum, in quo opere imitatus Originem, nonnulla de suo addidit. Est eius et ad Constantium libellus

---

[1]) Teuffel Geschichte d. röm. Litteratur § 393, 1.
[2]) = безъ головы, т. е. безъ начала, которое утратилось.
[3]) личности неизвѣстныя.
[4]) 350.
[5]) 363.
[6]) въ 373 г.
[7]) Валентъ и Урсакій, о которыхъ неоднократно упоминается въ твореніяхъ Св. Аѳанасія, еретики-Аріане, впослѣдствіи покаявшіеся.
[8]) См. Іерон. письм. XXII. 36.
[9]) = на праздничные дни.
[10]) н. Пуатье.
[11]) Arelas, Arclate, н. Арль. Сатурнинъ былъ Аріанинъ.
[12]) соборъ Галльскихъ епископовъ въ 363 г. въ гор. Bitterae, н. Бизье.

quem viventi Constantinopoli porrexerat [1]), et alius in Constantium quem post mortem eius [2]) scripsit, et liber adversum Valentem et Ursacium, historiam Ariminensis et Seleuciensis synodi [3]) continens, et ad praefectum Sallustium sive contra Dioscorum, et liber hymnorum et mysteriorum alius, et commentarii in Matthaeum et tractatus in Iob quos de Graeco Originis ad sensum transtulit et alius elegans libellus contra Auxentium [4]) et nonnullae ad diversos epistolae. Aiunt quidem scripsisse eum et in Cantica Canticorum, sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis, Valentiniano et Valente regnantibus [5]).

Cap. 113. Damasus Romanae urbis episcopus elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque et brevia metro edidit et prope octogenarius sub Theodosio principe [6]) mortuus est.

Cap. 124. Epiphanius Cypri Salaminae episcopus scripsit adversum omnes haereses libros et multa alia quae ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur. Superest usque hodie et in extrema senectute varia cudit opera.

Cap. 125. Ephraim Edessenae [7]) ecclesiae diaconus multa Syro sermone composuit et ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis scripta eius recitentur. Legi eius de Spiritu Sancto Graecum volumen quod quidam de Syriaca lingua verterat et acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi. Decessit sub Valente principe [8]).

Cap. 126. Basilius Caesareae Cappadociae quae prius Mazaca vocabatur episcopus, egregios contra Eunomium [9]) elaboravit libros et de Spiritu Sancto volumen et in Hexaemeron homilias novem et ἀσκητικὸν et breves variosque tractatus. Moritur imperante Gratiano [10]).

Cap. 127. Gregorius, primum Sasimorum [11]), deinde Nazianzenus [12]) episcopus, vir eloquentissimus, praeceptor meus, a quo Scripturas explanante didici, ad triginta milia versuum [13]) opera sua composuit e quibus illa sunt: de morte fratris Caesarii, περὶ φιλοπτωχίας, laudes Machabaeorum, laudes Cypriani, laudes Athanasii,

[1]) въ 360 г.
[2]) 361.
[3]) Ariminum, т. Римини, въ Италіи. Seleucia (Isauriae) въ Киликіи; соборъ противъ Ріанъ, о которомъ здѣсь упоминается, былъ въ 359 г. Подробности о немъ есть въ сочиненіяхъ Св. Аѳанасія.
[4]) Ріанинъ, предшественникъ Св. Амвросія Медіоланскаго.
[5]) въ 367 г.
[6]) въ 384 г.
[7]) Edessa, городъ въ Сиріи.
[8]) послѣ 379 г.
[9]) Епископъ гор. Кизика въ Мизіи, неправильно учившій о Христѣ.
[10]) въ 379 г.
[11]) Sasima, мѣстечко въ Каппадокіи.
[12]) Naziansus или Diocaesarea, въ Cappadocia Magna.
[13]) = строка.

laudes Maximi philosophi, post exilium reversi [1]), quem falso nomine Heronis quidam superscripserunt [2]), quia est et alius liber, vituperationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eumdem et laudare et vituperare pro tempore. Et liber hexametro versu virginitatis et nuptiarum contra se disserentium; adversum Eunomium liber unus, de Spiritu Sancto liber unus, contra Iulianum imperatorem liber unus. Secutus est autem Polemonem [3]) dicendi charactere, vivoque se episcopum in loco suo ordinans, ruri vitam monachi exercuit, decessitque ante hoc ferme triennium sub Theodosio principe [4]).

Cap. 134. Ambrosius Mediolanensis episcopus usque in praesentem diem scribit, de quo, quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas.

Cap. 140. Gelasius [5]) Caesareae Palaestinae post Euzoium episcopus, accurati limatique sermonis, fertur quaedam scribere, sed celare.

Cap. 144. Sophronius vir apprime eruditus, laudes Bethleem adhuc puer, et nuper de subversione Sarapis insignem librum composuit, de virginitate quoque ad Eustochium et vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in Graecum eleganti sermone transtulit, Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de Hebraeo in Latinum vertimus.

Cap. 145. Hieronymus, patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod a Gothis versum, Dalmatiae quondam Pannoniaeque confinium fuit, usque in praesentem annum, id est Theodosii principis decimum quartum, haec scripsit: vitam Pauli monachi, epistolarum ad diversos librum unum, ad Heliodorum exhortatoriam, altercationem Luciferiani [6]) et Orthodoxi, chronicon omnimodae historiae, in Hieremiam et in Ezechiel homilias Origenis viginti octo, quas de Graeco in Latinum verti, de Seraphin, de Osanna, et de frugi et luxurioso filio, de tribus quaestionibus legis veteris, homilias in Cantica Canticorum duas, adversus Helvidium [7]) de virginitate Mariae perpetua, ad Eustochium de virginitate servanda, ad Marcellam

[1]) философъ-циникъ, въ 372 г. былъ изгнанъ Ріанами, а въ 378 возвратился; былъ епископомъ въ Константинополѣ.
[2]) слѣдов., по словамъ Іеронима, нѣкоторые считали енкоміонъ Григорія принадлежащимъ не ему, а какому-то (Александрійскому философу) Герону, но считали ложно.
[3]) софистъ, современникъ Траяна и Адріана. Позднѣйшіе высоко цѣнили его краснорѣчіе, сопоставляя его даже съ Демосѳеномъ.
[4]) ок. 390.
[5]) участвовалъ на 2 вселенскомъ соборѣ; епископъ Кесарійскій съ 380 г.
[6]) Lucifer, епископъ Каралитанскій, въ Сардиніи († 371), произведъ расколъ нежеланіемъ вступать въ общеніе съ возвратившимися въ лоно православія Ріанами.
[7]) см. посл. XXII, 22.

epistolarum librum unum, consolatoriam de morte filii ad Paulam, in epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libri tres, in epistolam ad Titum librum unum, in epistolam ad Philemonem librum unum, in Ecclesiasten commentarios, Quaestionum Hebraicorum in Genesim librum unum, de locis librum unum, Hebraicarum nominum librum unum, de Spiritu Sancto Didymi [1]) quem in Latinum transtuli, librum unum, in Lucam homilias triginta novem, in Psalmos a decimo usque ad decimum sextum tractatus septem, Malchi, captivi monachi vitam et beati Hilarionis, Novum Testamentum Graecae fidei reddidi [2]), vetus iuxta Hebraicam transtuli, epistolarum autem ad Paulam et Eustochium, quia quotidie scribuntur, incertus est numerus. Scripsi praeterea in Michaeam explanationum libros duos, in Sophoniam librum unum, in Naum librum unum, in Habacuc libros duos, in Aggaeum librum unum, multaque alia de opere prophetali, quae nunc habeo in manibus et necdum expleta sunt; adversus Iovinianum [3]) libros duos, et ad Pammachium apologeticum et epitaphium.

Изъ дополненія Геннадія [4]).

Cap. 13. Prudentius vir seculari litteratura eruditus, composuit διττοχαῖον de toto veteri et novo Testamento personis exceptis [5]). Commentatus est et in morem Graecorum Hexaemeron de mundi fabrica, usque ad conditionem [6]) primi hominis et praevaricationem [7]) eius. Composuit et libellos quos Graeca appellatione praetitulavit [8]): ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id est de Divinitate, de compugnantia [9]) animi, de origine peccatorum. Fecit et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus invitatorium ad martyrium librum unum, et hymnorum alterum. Speciali tamen intentione adversum Symmachum idololatriam defendentem, ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles [10]) fuisse.

[1]) Дидимъ Слѣпой, стоявшій во главѣ Александрійскаго училища оглашенныхъ, † 394.
[2]) fides = подлинникъ; указывается на исправленіе греческаго текста четвероевангелія, на основаніи древнихъ списковъ.
[3]) Іовиніанъ училъ такой же ереси, какъ и Гельвидій.
[4]) Геннадій, пресвитеръ Массилійскій, ок. 495 г., кромѣ различныхъ богословскихъ сочиненій, оставилъ продолженіе сочиненія Іеронима de viris illustribus.
[5]) т. е. не называя лицъ.
[6]) = созданіе.
[7]) = грѣхопаденіе.
[8]) = озаглавить.
[9]) = борьба.
[10]) придворная гвардія. Это извѣстіе находится не въ предисловіи къ сочиненію: contra Symmachum, но въ предисловіи къ Cathemerinon.

Cap. 38. Augustinus Afer, Hipponensis oppidi episcopus, vir eruditione divina [1]) et humana orbi clarus, fide integer et vita purus scripsit quanta nec inveniri possunt. Quis ergo glorietur omnia se illius habere, aut quis tanto studio legat, quanto ille scripsit? Unde et multa loquenti accidit quod dixit per Salomonem Spiritus Sanctus: Ex multiloquio non effugies peccatum [2]). Edidit tamen senex, quod iuvenis coeperat, de Trinitate libros duodecim. In quibus, ut Scriptura ait [3]), introductus in cubiculum Regis et decoratus veste multifaria, sapientia Dei exhibuit ecclesiam sine macula aut ruga aut aliquid eiusmodi [4]). De incarnatione quoque Domini idoneam edidit pietatem. De resurrectione mortuorum etiam simili cucurrit sinceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortivis fecerit [5]). Error tamen illius sermone multo, ut superius dixi, contractus, lucta hostium exaggeratus, necdum haeresis quaestionem dedit.

Cap. 70. Leo urbis Romae episcopus scripsit ad Flavianum Constantinopolitanae ecclesiae episcopum [6]) adversum Eutychen presbyterum, qui tunc ambitione episcopatus nova in ecclesiam moliebatur inducere, epistolam in qua admonet eum, ut si confiteretur errorem et polliceretur emendationem, reciperet eum; si autem persisteret in incepto cum sua haeresi damnaretur. Simul docet in ipsa epistola et divinis confirmat testimoniis Dominum Iesum Christum, sicut paternae divinitatis verum filium, ita verum humanae naturae esse hominem credendum, id est, ex carne virginis carnem traxisse et non de caelo corpus sibi exhibuisse, sicut Eutyches asserebat. Moritur Leone et Maioriano imperatoribus [7]).

[1]) = богословскій.
[2]) Притч. 10. 19.
[3]) Есе. 2. 16.
[4]) Ефес. 5. 27.
[5]) см. de Civ. Dei. XXII. 13.
[6]) съ 447. Участіе его въ борьбѣ съ Евтихіемъ общеизвѣстно.
[7]) въ 461 г.

IX.

Бл. Августинъ.

Однимъ изъ величайшихъ и вліятельнѣйшихъ писателей христіанскаго Запада былъ Аврелій Августинъ. Онъ родился въ Африканскомъ городѣ Тагастѣ (Tagasta) 13 ноября 354, отъ отца, занимавшаго почетное мѣсто въ городѣ и остававшагося почти до самой смерти язычникомъ, и матери Моники, ревностной христіанки, нѣжно любившей своего сына и благотворно на него дѣйствовавшей. Получивъ первоначальное образованіе въ родномъ городѣ и обнаруживъ необычайныя способности, Августинъ былъ предназначенъ отцомъ къ карьерѣ ритора и посланъ для довершенія образованія сперва въ гор. Мадавру, а затѣмъ въ Карѳагенъ. Но риторика не особенно плѣняла молодой умъ, искавшій разрѣшенія болѣе высокихъ задачъ идеальной спекуляціи, стремившійся къ достиженію истины и высшей мудрости. Для удовлетворенія этому стремленію Августинъ обратился къ источнику истинной мудрости, Св. Писанію, но не былъ еще достаточно подготовленъ къ тому, чтобы понимать его надлежащимъ образомъ. Тогда онъ обратился къ учителямъ, обѣщавшимъ разрѣшить всѣ вопросы религіи и философіи: это были Манихеи. Но не долго оставался Августинъ послѣдователемъ этой таинственно-нелѣпой секты, и свѣтлый умъ его не могъ помириться съ ученіемъ послѣдователей Манеса. Между тѣмъ, окончивъ свое образованіе, онъ сдѣлался учителемъ риторики сперва въ Карѳагенѣ, а затѣмъ вскорѣ переѣхалъ въ Римъ. Его дарованія не могли не обратить на себя общее вниманіе, и когда Симмахъ, городской префектъ (praefectus Urbi), искалъ преподавателя риторики для Миланской школы, выборъ его палъ на Августина. Переѣздъ въ Миланъ, гдѣ епископская каѳедра была занята Св. Амвросіемъ, имѣлъ огромное значеніе во внутренней жизни Августина. Сблизившись со Святителемъ, изъ ученія его и бесѣды съ нимъ Августинъ вынесъ ту подготовку, которая необходима для плодотворнаго чтенія и изученія Св. Писанія, и съ жаромъ принялся за этотъ источникъ истины. Послѣдствіемъ было то, что онъ вступилъ въ Церковь, въ качествѣ оглашеннаго. Тогда наступила для него пора нравственнаго очищенія отъ ошибокъ и увлеченій, которыми была богата его молодость, особенно во время жизни въ Карѳагенѣ. Удалившись, вмѣстѣ съ матерью и нѣкоторыми друзьями въ одно помѣстье, Cassiciacum, въ окрестностяхъ Милана, Августинъ провелъ цѣлый годъ, приготовляясь достойнымъ образомъ принять Св. крещеніе, коего и сподобился въ 387 году, будучи крещенъ Св. Амвросіемъ. Сдѣлавшись христіаниномъ, онъ рѣшился посвятить себя всецѣло Богу, и съ этою цѣлію поѣхалъ на родину, желая тамъ вполнѣ уединиться. Съ нимъ поѣхала и Моника, но на пути тяжко заболѣла и умерла въ Остіѣ, недалеко отъ Рима. Августинъ остановился въ этомъ городѣ на годъ и только осенью 388 г. возвратился на родину, гдѣ провелъ около трехъ лѣтъ въ отшельнической жизни. Въ 391 г. онъ поѣхалъ въ городъ Гиппонъ (Hippo regius), гдѣ уже раньше былъ извѣстенъ своимъ благочестіемъ и ученостью, и, подобно Амвросію, несмотря на отказъ, былъ рукоположенъ во Пресвитера, а четыре года спустя въ викарнаго Епископа, помощника старцу Валерію; за вскорѣ послѣдовавшей его смертью, Августинъ сдѣлался самостоятельнымъ епископомъ Гиппона.

Съ самого начала своего епископства Августинъ проявилъ необычайную дѣятельность, во многомъ напоминающую дѣятельность его учителя, Св. Амвросія. Онъ сдѣлался помощникомъ и покровителемъ бѣдныхъ и униженныхъ, нравственнымъ и духовнымъ руководителемъ своей паствы, которой подавалъ образецъ своею жизнью и которую наставлялъ своими проповѣдями. Вмѣстѣ съ тѣмъ онъ ревностно и успѣшно боролся съ различными еретиками, преимущественно Манихеями, Донатистами, Пелагіанами и много способствовалъ окончательной побѣдѣ надъ ними Церкви. И будучи епископомъ, Августинъ не покидалъ монашеской жизни: онъ основалъ въ Гиппонѣ монастырь, въ которомъ и жилъ въ числѣ братіи. И при всѣхъ разнообразныхъ занятіяхъ Блаженный находилъ время для составленія литературныхъ произведеній, которыхъ число весьма значительно. Святитель скончался въ 430 году, во время осады Гиппона Вандалами.

Изъ многочисленныхъ его сочиненій важны въ историко-литературномъ отношеніи два его извѣстнѣйшіе труда: Confessiones и de civitate Dei, оба имѣвшіе огромное вліяніе на послѣдующее время. Въ томъ и другомъ вполнѣ рисуется личность автора: въ первомъ, со стороны сердца и нравственно-религіозныхъ убѣжденій, во второмъ, со стороны мышленія и знанія.

1) «Исповѣдь» (Confessiones) въ XIII книгахъ (изъ которыхъ три послѣднія соединены съ предъидущими лишь внѣшнимъ образомъ) рисуетъ намъ картину внутренней жизни автора, и притомъ съ особенною подробностью періодъ ея, предшествовавшій смерти

матери (конецъ IX книги), когда онъ искалъ Бога и истину, и затѣмъ (X книга) то его состояніе, въ которое онъ пришелъ, удовлетворивъ своему исканію. Въ трехъ послѣднихъ книгахъ заключаются размышленія по поводу повѣствованія книги Бытія о твореніи міра. По формѣ это сочиненіе представляетъ исповѣдь сочинителя передъ Богомъ, исповѣдь не только въ содѣянномъ и помышленномъ, но и въ тѣхъ движеніяхъ души, которыя привели къ извѣстному поступку или мысли. Съ психологической точки зрѣнія «Исповѣдь» Августина представляетъ весьма значительный интересъ.

2) «О градѣ Божіемъ» (de civitate Dei) имѣетъ задачею показать пути, коими велъ Промыслъ человѣчество въ его развитіи. Первоначально, это сочиненіе имѣло апологетическій характеръ, будучи вызвано тѣми нападками на Христіанство, которыя слышались отъ язычниковъ послѣ завоеванія Рима Аларихомъ, и обнаружившагося при этомъ конечнаго паденія римской имперіи. Язычники укоряли Христіанъ въ отступничествѣ отъ боговъ, поддерживавшихъ ея величіе, и отвѣтить на эти укоры, разъяснивъ вмѣстѣ съ тѣмъ истинныя причины паденія Рима и всего языческаго, указавъ вмѣстѣ съ тѣмъ на начала и цѣль Христіанства и его развитіе—поставилъ себѣ Августинъ задачей въ сочиненіи «о градѣ Божіемъ». Оно, обнимая XXXII книги, дѣлится главнымъ образомъ на двѣ половины, изъ коихъ первая—X книгъ—носитъ апологетико-полемическій характеръ, вторая же—характеръ положительно—спекулятивный. Первая половина въ свою очередь распадается на двѣ части, изъ коихъ въ первой (кн. 1—V) опровергается мнѣніе, будто многобожіе необходимо для земнаго счастія, а во второй (кн. VI—X) полемизируется съ тѣми, кои полагали, что оно полезно ради будущей, загробной жизни. Въ частности: 1-ая книга заключаетъ какъ бы приступъ, въ которомъ Августинъ указываетъ на неблагодарность язычниковъ, укоряющихъ Христіанство въ томъ, будто бы оно виновно въ паденіи Рима, между тѣмъ, какъ многіе язычники обязаны своимъ спасеніемъ Христіанству, и затѣмъ разсматриваетъ вопросъ, почему и благочестивые, наравнѣ съ безбожниками, терпятъ несчастія въ этой жизни. Во II и III книгахъ указывается на то, какія бѣдствія терпѣла римская имперія до Христіанства и до запрещенія жертвоприношеній, и притомъ бѣдствія какъ духовныя (II кн.), такъ и матеріальныя (III кн.). Въ IV и V кн. указывается на то, какимъ нравственнымъ качествамъ обязаны Римляне своимъ величіемъ, которое есть слѣдствіе дозволенія Божія, а никакъ не даръ ихъ боговъ. Во второмъ отдѣлѣ первой половины, направленномъ противъ философовъ, преимущественно противъ Неоплатониковъ, Августинъ доказываетъ, что многобожіе точно такъ же безполезно и для будущей жизни, какъ безполезно оно для настоящей. Съ этой цѣлію онъ подвергаетъ подробной критикѣ миѳологію, слѣдуя въ ея изложеніи знаменитому сочиненію

Варрона, современника Цицерона: Antiquitates rerum humanarum et divinarum. Эта критика занимаетъ VI и VII книги. Въ VIII авторъ переходитъ къ философскому воззрѣнію Неоплатониковъ на миѳологію и доказываетъ несостоятельность ихъ ученія о богахъ и демонахъ, какъ посредникахъ между человѣкомъ и божествомъ, и приходитъ къ заключенію, что единственный таковой посредникъ есть Христосъ. Развитіе этихъ мыслей заключается и въ IX и въ X кн. Затѣмъ слѣдуетъ вторая главная половина, въ которой излагается истинность Христіанства и его значеніе въ противоположеніи язычеству. Выйдя изъ настоящаго, изъ отношенія современнаго ему Христіанства къ римскому государству, Августинъ обобщаетъ его въ понятіе земнаго, не христіанскаго града (civitas terrena), и съ другой стороны современное Христіанство обобщается въ понятіе града небеснаго (civitas caelestis). Оба эти града суть факторы всего историческаго развитія, при чемъ въ этомъ мірѣ градъ небесный перемѣшанъ и переплетенъ съ градомъ земнымъ, ибо жители перваго, Христіане, являются лишь какъ странники между безбожниками. Задача Августина—представить возникновеніе, ростъ и исходъ или цѣль обоихъ градовъ, и преимущественно града Божія. Сообразно съ этимъ въ XI книгѣ говорится о возникновеніи сперва civitas Dei, а черезъ отпаденіе части ангеловъ и civitas terrena. Тутъ же разъясняются вопросы о твореніи міра, природѣ ангеловъ, сущности зла и т. п. Въ XII кн. переходится къ творенію человѣка и подробно опровергаются различныя философскія теоріи, касающіяся этого вопроса. Въ XIII кн. повѣствуется о грѣхопаденіи и слѣдствіи его—смерти, а въ XIV—о грѣхѣ. Съ XV книги начинается повѣствованіе о ростѣ обоихъ градовъ, при чемъ въ XV говорится о времени до потопа, въ XVI—до Давида и въ XVII до Вавилонскаго плѣненія. XVIII-ая книга представляетъ какъ бы дополненіе двухъ предъидущихъ, и затѣмъ излагаетъ вкратцѣ исторію—преимущественно града Божія—отъ Вавилонскаго плѣненія до Христа и далѣе. Наконецъ съ XIX книги говорится о конечной цѣли (finis) обоихъ civitates. Въ XIX— разбирается вопросъ о крайнемъ добрѣ и крайнемъ злѣ, въ XX—о страшномъ судѣ, въ XXI—о finis civitatis terrenae, о наказаніи діавола и всѣхъ служащихъ ему, а въ XXII—о finis civitatis Dei, о блаженствѣ праведныхъ, обѣтованномъ Богомъ. Этотъ общій ходъ изложенія сочиненія прерывается очень часто различными вставками, отдѣльными разъясненіями и т. д., которыя, хотя и связаны съ общимъ ходомъ изложенія, представляютъ тѣмъ не менѣе нѣчто отдѣльное, самостоятельное, и тѣмъ облегчаютъ чтеніе объемистаго сочиненія. Изложеніе его ясно и просто, во многихъ мѣстахъ оно глубоко прочувствовано, и вездѣ показываетъ въ сочинителѣ философа и ученаго, просвѣтленнаго Христіанствомъ. См. Проф. А. Красинъ. Твореніе блаженнаго Августина: de Civitate Dei. Казань. 1873.

3) Для историка литературы важно еще сочиненіе Августина: Retractationes, въ II-хъ книгахъ, въ которыхъ заключается перечень его сочиненій, писанныхъ послѣ принятія Христіанства, составленный съ цѣлію исправить всѣ ошибки, которыя оказались въ произведеніяхъ Августина, и сгладить заключающіяся въ нихъ противорѣчія.

Остальныя сочиненія Бл. Августина могутъ быть подведены подъ слѣдующіе отдѣлы.

1) Догматико-полемическія, о коихъ см. Пр. Филарета Уч. объ отцахъ цер. §§ 196—199.

2) Философскія, именно: a) Contra Academicos libri III, б) de vita beata, в) de ordine (т. е. rerum), г) soliloquia 2 книги, дополняющія Confessiones, ибо заключаютъ указанія на богопознаніе и на познаніе человѣческаго духа, д) de immortalitate animae, е) de quantitate animae, ж) de magistro и з) de musica, отрывокъ изъ обширнаго, но неоконченнаго сочиненія, въ которомъ должны были быть изложены всѣ дисциплины.

3) Нравственно-аскетическія, какъ напр. de bono coniugali, de sancta virginitate, de mendacio, contra mendacium, de opere monachorum, de divinitate daemonum, de cura pro mortuis gerenda. Послѣднія три особенно любопытны.

4) Проповѣди (sermones), число которыхъ весьма значительно, весьма важныя для характеристики нравственнаго ученія Августина. Къ этому же классу поученій могутъ быть отнесены и сочиненія: de doctrina Christiana libri IV и de catechizandis rudibus.

5) Толкованія на книги Св. Писанія и

6) Письма, до 270, важный источникъ для знакомства какъ съ личностью Августина, такъ и съ его временемъ.

Наконецъ, отъ Августина дошло одно стихотвореніе (psalmus), подъ заглавіемъ Abecedarius, пѣтое въ церкви при участіи народа и написанное съ цѣлію ознакомить его съ заблужденіями Донатистовъ и предостеречь отъ оныхъ. Названіе свое этотъ псаломъ получилъ отъ того, что каждая строфа начинается съ буквы, по порядку ихъ нахожденія въ азбукѣ.

Жизнь Бл. Августина составлена его ученикомъ и другомъ Поссидіемъ (Possidius) ок. 432. Напечатана въ полныхъ изданіяхъ сочиненій Авг. Изъ новыхъ слѣдуетъ указать на: Tillemont Mémoires T. XIII. Paris 1702. I. Böhringer Die Kirche Christi und ihre Zeugen Stuttg. 1873—1875. Poujoulat. Histoire de St. Augustin. Paris 1846. 3 voll. C. Bindemann Der heilige Augustin. Greifswald 1854—59. 3 voll. Flottes. Etudes sur St. Augustin, son génie, son âme, sa philosophie. Montpellier 1861. E. Feuerlein Ueber die Stellung Augustin's in der Kirchen-und Culturgeschichte въ Sybel's Zeiltschr. XI (1869) p. 270—313. Христ. Чтеніе 1845.

Лучшее изданіе всѣхъ сочиненій Авг. сдѣлано Бенедиктинцами Paris 1679 sqq. 11 voll. fol. Въ патрологіи Миня v. XXXII—XLVII.

Отдѣльныя изданія: confessiones—Neander Berlin 1823. и K. v. Raumer Stuttg. 1856. de civitate Dei—Vivis Basileae 1570 и B. Dombart Leipzig 1877. 2 voll.

Переводъ нѣкоторыхъ изъ твореній Бл. Августина на русскій языкъ изданъ при Трудахъ Кіевской духовной Академіи, въ Христіанскомъ Чтеніи, а также и отдѣльно.

1.

Confessiones. Lib. IX.

Cap. 1. O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus, et filius ancillae tuae; disrupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis [1]). Laudet te cor meum, et lingua mea, et omnia ossa mea dicant: Domine, quis similis tibi? Dicant, et responde mihi, et dic animae meae: Salus tua ego sum [2]). Quis ego et qualis ego? Quid non mali aut facta mea, aut si non facta, dicta mea, aut si non dicta, voluntas mea fuit [3])? Tu autem, Domine, bonus et misericors, et dextera tua respiciens profunditatem mortis meae, et a fundo cordis mei exhauriens abyssum corruptionis. Et hoc erat totum: nolle quod volebam, et velle quod volebas. Sed ubi erat tam annoso tempore, et de quo imo altoque secreto evocatum est in momento [4]) liberum arbitrium meum, quo subderem cervicem leni iugo tuo, et umeros levi sarcinae tuae [5]), Christe Iesu, adiutor meus, et redemptor meus? Quam suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum [6]), et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat! Eiiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas, eiiciebas, et intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, sed non carni et sanguini; omni luce clarior, sed omni secreto interior; omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi, et acquirendi, et volutandi, atque scalpendi scabiem libidinum: et garriebam [7]) tibi, claritati meae, et divitiis meis, et saluti meae, Domino Deo meo.

Cap. 2. Et placuit mihi in conspectu tuo non tumultuose abripere, sed leniter subtrahere ministerium linguae meae nundinis lo-

---

[1]) Псал. 115. 16. 17.
[2]) Псал. 34. 3. 10.
[3]) Quid non mali fuit = quid boni habuit?
[4]) = вдругъ, въ одну минуту.
[5]) Матѳ. 11. 26.
[6]) = пустыя удовольствія.
[7]) = laetari et exsultare loquendo.

quacitatis [1]), ne ulterius pueri meditantes non legem tuam, non pacem tuam, sed insanias mendaces et bella forensia mercarentur ex ore meo arma furori suo. Et opportune iam paucissimi dies supererant ad vindemiales ferias [2]); statui tolerare illos, ut solemniter [3]) abscederem, et redemptus a te iam non redirem venalis. Consilium ergo nostrum erat coram te, coram hominibus autem nisi nostris non erat. Et convenerat inter nos, ne passim cuiquam effunderetur; quamquam tu nobis a convalle plorationis adscendentibus et cantantibus canticum graduum [4]), dederas sagittas acutas et carbones vastatores adversus linguam subdolam [5]), velut consulendo contradicentem, et sicut cibum assolet amando consumentem [6]). Sagittaveras tu cor nostrum caritate tua, et gestabamus verba tua transfixa visceribus [7]); et exempla servorum tuorum, quos de nigris lucidos et de mortuis vivos feceras, congesta in sinum cogitationis nostrae urebant, et absumebant gravem torporem, ne in ima vergeremus; et accendebant nos valide, ut omnis ex lingua subdola contradictionis flatus inflammare nos acrius posset, non exstinguere. Verum tamen quia propter nomen tuum, quod sanctificasti per terras, etiam laudatores utique haberet votum et propositum nostrum, iactantiae simile videbatur, non opperiri tam proximum feriarum tempus, sed de publica professione atque ante oculos omnium sita ante discedere, ut conversa in factum meum ora cunctorum intuentium, quam vicinum vindemialium [8]) diem praevenire voluerim, multa dicerent, quod quasi appetissem magnus videri. Et quo mihi erat istud, ut putaretur et disputaretur de animo meo, et blasphemaretur bonum nostrum? Quin etiam, quod ipsa aestate litterario [9]) labori nimio pulmo meus cedere coeperat et difficulter trahere suspiria doloribusque pectoris testari se saucium vocemque clariorem productioremve recusare, primo perturbaverat me, quia magisterii illius sarcinam paene iam necessitate deponere cogebat, aut si curari et convalescere potuissem, certe intermittere. Sed ubi plena voluntas vacandi et vivendi, quoniam tu es Dominus, oborta mihi est atque firmata, nosti, Deus meus, etiam gaudere coepi, quod haec quoque suberat non mendax excusatio, quae offensionem hominum temperaret, qui propter liberos suos me liberum esse numquam volebant. Plenus igitur tali gaudio tolerabam illud intervallum temporis, donec decurreret, nescio utrum vel [10])

[1]) разумѣется преподаваніе риторики, при которомъ главное вниманіе обращалось на краснорѣчіе судебное (bella forensia).
[2]) вакаціи, наступавшія во время сбора винограда; срвн. ниже: vindemialia.
[3]) = по обыкновенію.
[4]) = пѣснь степеней.
[5]) Псал. 119. 3. 4.
[6]) излишняя любовь къ пищѣ вредно дѣйствуетъ на здоровье. Cibum=cibus.
[7]) = во внутренностяхъ.
[8]) vindemialia, праздникъ въ Октябрѣ мѣсяцѣ, при сборѣ винограда, продолжавшійся нѣсколько дней и называвшійся также vinalia.
[9]) = преподавательскій.
[10]) = было ли даже.

viginti dies erant; sed tamen fortiter [1]) tolerabantur, quia recesserat cupiditas, quae mecum solebat ferre grave negotium, et ego premendus remanseram [2]), nisi patientia succederet. Peccasse me in hoc quisquam servorum tuorum fratrum meorum dixerit, quod iam pleno corde militia tua passus me fuerim vel una hora sedere in cathedra mendacii. At ego non contendo. Sed tu, Domine misericordissime, nonne et hoc peccatum cum ceteris horrendis et funereis [3]) in aqua sancta ignovisti et remisisti mihi?

Cap. 3. Macerabatur anxietudine Verecundus [4]) de isto nostro bono, quod propter vincula sua, quibus tenacissime tenebatur, deseri se nostro consortio videbat, nondum Christianus coniuge fideli [5]); ea ipsa tamen arctiore prae ceteris compede ab itinere, quod aggressi eramus, retardabatur. Nec Christianum esse alio modo se velle dicebat, quam illo, quo non poterat. Benigne sane obtulit, ut quam diu ibi [6]) essemus, in rure eius essemus. Retribues illi, Domine, in resurrectione iustorum, quia iam ipsam sortem [7]) retribuisti ei. Quamvis enim absentibus nobis cum Romae iam essemus, corporali aegritudine correptus et in ea Christianus et fidelis factus, ex hac vita emigravit: ita misertus es non solum eius, sed etiam nostri, ne cogitantes egregiam erga nos amici humanitatem, nec eum in grege tuo numerantes, dolore intolerabili cruciaremur. Gratias tibi, Deus noster, tui sumus; indicant hortationes et consolationes tuae, fidelis promissor. Reddes Verecundo pro rure illo eius Cassiciaco, ubi ab aestu seculi requievimus in te, amoenitatem sempiternę virentis paradisi tui, quoniam dimisisti ei peccata super terram, in monte incaseato [8]), monte tuo, monte uberi. Angebatur ergo tunc ipse, Nebridius [9]) autem collaetabatur. Quamvis enim et ipse nondum Christianus in illam foveam perniciosissimi erroris inciderat, ut veritatis filii tui carnem phantasma crederet [10]), tamen inde emergens sic sibi erat, nondum ullis ecclesiae tuae sacramentis imbutus, sed inquisitor ardentissimus veritatis. Quem non multo post conversionem nostram et regenerationem per baptismum tuum, ipsum etiam fidelem catholicum castitate perfecta atque continentia tibi servientem in Africa apud suos, cum tota domus eius per eum Christiana facta

[1]) = съ трудомъ.
[2]) = opprimerer.
[3]) = смертный.
[4]) Verecundus изъ Милана, по профессіи грамматикъ, задушевный пріятель Августина.
[5]) = Христіанка.
[6]) въ Миланѣ.
[7]) Августинъ молитъ Господа вознаградить за это Верекунда въ день судный, потому что въ земной жизни онъ уже былъ достаточно вознагражденъ тѣмъ, что сподобился принять Христіанство.
[8]) incaseatus = τετυρωμένος. См. Псал. 67. 16.
[9]) Nebridius, Африканецъ, пріятель Августина, также занимавшійся преподаваніемъ грамматики; впослѣдствіи принялъ Христіанство.
[10]) по ученію Манихеевъ.

esset, carne solvisti [1]); et nunc ille vivit in sinu Abraham [2]). Quicquid illud est, quod illo significatur sinu, ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem, Domine, adoptivus ex liberto filius [3]); ibi vivit. Nam quis alius tali animae locus? Ibi vivit, unde [4]) me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Iam non ponit aurem ad os meum, sed spiritale os ad fontem tuum, et bibit quantum potest sapientiam pro aviditate sua, sine fine felix. Nec sic eum arbitror inebriari ex ea, ut obliviscatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, nostri sis memor. Sic ergo eramus Verecundum consolantes tristem, salva amicitia de [5]) tali conversione nostra, et exhortantes ad fidem gradus sui [6]), vitae scilicet coniugalis; Nebridium autem opperientes, quando sequeretur, quod de tam proximo poterat et erat iam iamque facturus: cum ecce evoluti sunt dies illi tandem; nam longi et multi videbantur prae amore libertatis otiosae, ad cantandum de medullis omnibus: Tibi dixit cor meum: quaesivi vultum tuum, vultum tuum, Domine, requiram [7]).

Cap. 4. Et venit dies, in quo etiam actu solverer a professione rhetorica, unde iam cogitatu solutus eram. Et factum est, et eruisti linguam meam, unde iam crueras cor meum, et benedicebam tibi gaudens, profectus in villam cum meis omnibus. Ibi quid egerim in litteris, iam quidem servientibus tibi, sed adhuc superbiae scholam tamquam in pausatione [8]) anhelantibus, testantur libri disputati cum praesentibus [9]) et cum ipso me solo coram te, quae autem cum absente Nebridio, testantur epistolae. Et quando mihi sufficiat tempus commemorandi omnia magna erga nos beneficia tua in illo tempore, praesertim ad alia maiora properanti? Revocat enim me recordatio mea et dulce mihi fit, Domine, confiteri tibi, quibus internis me stimulis perdomueris, et quemadmodum me complanaveris humilitatis [10]) montibus et collibus cogitationum mearum, et tortuosa mea direxeris, et aspera lenieris; quoque modo ipsum etiam Alypium [11]) fratrem cordis mei subegeris nomini unigeniti tui, Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi, quod primo dedignabatur inseri litteris nostris. Magis enim eas volebat redolere gymnasiorum cedros [12]), quas iam contri-

[1]) — освободить отъ плотскихъ узъ.
[2]) Лук. 16. 22.
[3]) = factus filius adoptivus, qui prius libertus sive servus erat.
[4]) = объ чемъ.
[5]) = propter.
[6]) = увѣщавая его принять Христіанство въ своемъ положеніи, т. е. не разставаясь съ своею женою; срв. нач. III гл.
[7]) Псал. 26. 8. Vulg. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. LXX: ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω.
[8]) = въ промежуткахъ.
[9]) См. Retractat. 1. 1—4.
[10]) partic. perf. pass.
[11]) Alypius, землякъ, ученикъ и другъ Августина, принявшій вмѣстѣ съ нимъ крещеніе и бывшій затѣмъ епископомъ въ Тагастѣ.
[12]) т. е. риторическія украшенія, обычныя въ свѣтскихъ школахъ. Кедры употребляются Авг. нерѣдко для обозначенія гордости, величія міра.

vit Dominus, quam salubres herbas ecclesiasticas adversas serpentibus. Quas tibi, Deus meus, voces dedi, cum legerem psalmos David, cantica fidelia, et sonos pietatis excludentes turgidum spiritum, rudis in germano amore tuo, catechumenus in villa, cum catechumeno Alypio feriatus, matre adhaerente nobis muliebri habitu, virili fide, anili securitate, materna caritate, Christiana pietate! Quas tibi voces dabam in psalmis illis, et quomodo in te inflammabar ex eis, et accendebar eos recitare, si possem, toto orbe terrarum, adversus typhum [1]) generis humani! Et tamen toto orbe cantantur, et non est qui se abscondat a calore tuo. Quam vehementi et acri dolore indignabar Manichaeis, et miserabar eos rursus, quod illa sacramenta, illa medicamenta nescirent et insani essent adversus antidotum, quo sani esse potuissent! Vellem, ut alicubi iuxta essent tunc, et, me nesciente quod ibi essent, intuerentur faciem meam et audirent voces meas, quando legi quartum psalmum, in illo tunc otio, quid de me fecerit ille psalmus. Cum invocarem, exaudivit me Deus iustitiae meae; in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, Domine, et exaudi orationem meam [2]). Audirent, ignorante me utrum audirent, ne me propter se illa dicere putarent, quae inter haec verba dixerim; quia et re vera nec ea dicerem, nec sic ea dicerem, si me ab eis audiri viderique sentirem, nec si dicerem, sic acciperent, quomodo mecum et mihi coram te de familiari affectu animi mei. Inhorrui timendo, ibidemque inferbui sperando et exsultando in tua misericordia, Pater. Et haec omnia exibant per oculos meos et vocem meam, cum conversus ad nos spiritus tuus bonus ait nobis: Filii hominum, quo usque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium [3])? Dilexeram enim vanitatem et quaesieram mendacium. Et tu, Domine, iam magnificaveras [4]) sanctum tuum, suscitans eum a mortuis, et collocans ad dexteram tuam, unde mitteret ex alto promissionem suam, Paracletum, spiritum veritatis. Et miserat eum iam, sed ergo nesciebam. Miserat eum, quia iam magnificatus erat, resurgens a mortuis et ascendens in caelum. Ante autem Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. Et clamabat prophetia: Quo usque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium? Et scitote, quoniam Dominus magnificavit sanctum suum [5]). Clamat: quo usque? Clamat: scitote. Et ego tam diu nesciens vanitatem dilexi et mendacium quaesivi; et ideo audivi, et contremui, quoniam talibus dicitur, qualem me fuisse reminiscebar. In phantasmatis enim, quae pro veritate tenueram, vanitas erat et mendacium. Et insonui multa graviter ac fortiter in dolore recor-

[1]) = superbia, fastidium.
[2]) Псал. 4. 1. 2.
[3]) Псал. 4. 3.
[4]) = δοξάζειν. Vulg. mirificare.
[5]) Псал. 4. 3. 4.

dationis meae. Quae utinam audissent, qui adhuc usque diligunt vanitatem et quaerunt mendacium! Forte conturbarentur et evomuissent illud; et exaudires eos, cum clamarent ad te, quoniam vera morte carnis mortuus est pro nobis, qui te interpellat pro nobis. Legebam: Irascimini, et nolite peccare [1]). Et quomodo movebar, Deus meus, qui iam didiceram irasci mihi de praeteritis, ut de cetero [2]) non peccarem; et merito irasci, quia non alia natura gentis tenebrarum de me [3]) peccabat, sicut dicunt [4]), qui sibi non irascuntur et thesaurizant [5]) sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii tui? Nec iam bona mea foris erant, nec oculis carneis in isto sole quaerebantur. Volentes enim gaudere forinsecus [6]), facile evanescunt et effunduntur in ea, quae videntur et temporalia sunt, et imagines eorum famelica cogitatione lambunt. Et o si fatigentur inedia et dicant: Quis ostendet nobis bona [7])? Et dicamus, et audiant: Signatum est in nobis lumen vultus tui, Domine [8]). Non enim lumen nos sumus, quod illuminat omnem hominem, sed illuminarum a te, ut qui fuimus aliquando tenebrae, simus lux in te. O si viderent internum lumen aeternum, quod ego, quia gustaveram, frendebam, quoniam non eis poteram ostendere, si afferrent ad me cor in oculis [9]) suis foris a te, et dicerent: Quis ostendet nobis bona? Ibi enim, ubi mihi iratus eram intus in cubili, ubi compunctus eram [10]), ubi sacrificaveram mactans vetustatem meam, et inchoata meditatione renovationis meae, sperans in te, ibi dulcescere coeperas et dederas laetitiam in corde meo. Et exclamabam legens haec foris et agnoscens intus; nec volebam multiplicari terrenis bonis, devorans tempora, et devoratus temporibus, cum haberem in aeterna simplicitate aliud frumentum et vinum et oleum [11]). Et clamabam in consequenti versu clamore alto cordis mei: O in pace! o in id ipsum! (o quid dixit!) obdormiam et somnum capiam [12])! Quoniam quis resistet nobis, cum fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoriam [13])? Et tu es id ipsum valde [14]), qui non mutaris; et in te requies obliviscens laborum omnium, quoniam nullus alius tecum [15]), nec ad alia multa adipiscenda, quae non sunt, quod tu. Sed tu, Domine, singulariter

[1]) Псал. 4. 5.
[2]) = въ остальномъ, т. е. впредь.
[3]) = in me.
[4]) Манихеи.
[5]) = θησαυρίζειν.
[6]) = ἔξωθεν.
[7]) Псал. 4. 6.
[8]) Псал. 4. 7.
[9]) т. е. съ помышленіями, устремленными лишь на земное.
[10]) = умилялься.
[11]) Псал. 4. 8.
[12]) Псал. 4. 9.
[13]) 1 Кор. 15. 55.
[14]) = именно.
[15]) т. е. съ тобою и равный тебѣ.

in spe constituisti me [1]). Legebam, et ardebam; nec inveniebam, quid facerem surdis mortuis, ex quibus fueram pestis, latrator amarus, et caecus adversus litteras de melle caeli melleas, et de lumine tuo luminosas; et super inimicis scripturae huius tabescebam. Quando recordabor omnia dierum illorum feriatorum? Sed nec oblitus sum, nec silebo flagelli tui asperitatem et misericordiae tuae mirabilem celeritatem. Dolore dentium tunc excruciabas me; et cum in tantum ingravesceret, ut non valerem loqui, ascendit in cor meum, admonere omnes meos qui aderant, ut deprecarentur te pro me, Deum salutis omnimodae. Et scripsi hoc in cera [2]), et dedi, ut eis legeretur. Mox ut genua supplici affectu fleximus, fugit dolor ille. Sed quis dolor? aut quomodo fugit? Expavi, fateor, Domine meus, Deus meus; nihil enim tale ab ineunte aetate expertus fueram. Et insinuati sunt mihi in profundo nutus [3]) tui, et gaudens in fide laudavi nomen tuum. Et ea fides me securum esse non sinebat de praeteritis peccatis meis, quae mihi per baptismum tuum remissa nondum erant.

Cap. 5. Renuntiavi peractis vindemialibus, ut scholasticis suis Mediolanenses venditorem verborum [4]) alium providerent, quod et tibi ego servire delegissem, et illi professioni prae difficultate spirandi ac dolore pectoris non sufficerem. Et insinuavi [5]) per litteras antistiti tuo, viro sancto Ambrosio, pristinos errores meos et praesens votum meum, ut moneret, quid potissimum mihi de libris tuis legendum esset, quo percipiendae tantae gratiae paratior aptiorque fierem. At ille iussit Esaiam prophetam; credo, quod prae ceteris evangelii vocationisque [6]) gentium sit praenuntiator apertior. Verum tamen ego primam huius lectionem non intellegens, totumque talem arbitrans, distuli repetendum exercitatior in dominico eloquio [7]).

Cap. 6. Inde ubi tempus advenit, quo me nomen dare [8]) oporteret, relicto rure Mediolanum remeavimus. Placuit et Alypio renasci in te mecum, iam induto humilitate sacramentis tuis congrua, et fortissimo domitori corporis, usque ad Italicum solum glaciale nudo pede obterendum insolito ausu. Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum, ex me natum carnaliter de peccato meo. Tu bene feceras eum. Annorum erat ferme quindecim, et ingenio praeveniebat multos graves et doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, creator omnium, et multum potens reformare nostra deformia; nam ego in illo puero praeter delictum nihil [*] habebam.

[1]) Псал. 4. 9.
[2]) = навосченая табличка (tabella cerata).
[3]) = волл.
[4]) съ презрѣніемъ про наставника риторики, учащаго за плату.
[5]) = сообщить.
[6]) призваніе къ Христіанству.
[7]) = языкъ Св. Писанія.
[8]) собств. про воина, записывающагося въ службу.

Quod enim enutriebatur a nobis in disciplina tua, tu inspiraveras nobis, nullus alius: munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui inscribitur de Magistro: ipse ibi mecum loquitur [1]). Tu scis, illius esse sensa omnia, quae inseruntur ibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sedecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium: et quis praeter te talium miraculorum opifex? Cito de terra abstulisti vitam eius, et securior eum recordor, non timens quicquam pueritiae, nec adolescentiae, nec omnino homini illi. Sociavimus eum coaevum nobis in gratia tua, educandum in disciplina tua; et baptizati sumus, et fugit a nobis sollicitudo vitae praeteritae. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilii tui super salutem [2]) generis humani. Quantum flevi in hymnis et canticis tuis, suave sonantis [3]) ecclesiae tuae vocibus commotus acriter! Voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas tua in cor meum, et exaestuabat inde affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat cum eis.

Cap. 7. Non longe coeperat Mediolanensis ecclesia genus hoc consolationis et exhortationis celebrare, magno studio fratrum [4]) concinentium vocibus et cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina, Valentiniani regis pueri mater [5]), hominem tuum Ambrosium persequeretur haeresis suae causa, qua fuerat seducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum episcopo suo, servo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis et vigiliarum primas tenens, orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore spiritus tui, excitabamur tamen civitate attonita atque turbata. Tunc hymni et psalmi ut canerentur, secundum morem Orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret institutum est, et ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac paene omnibus gregibus tuis et per cetera orbis imitantibus. Tunc memorato antisiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent martyrum corpora Protasii et Gervasii [6]), quae per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, unde opportune promeres ad coercendam rabiem femineam, sed regiam. Cum enim propalata [7]) et effossa digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam [8]), non solum quos immundi vexabant spiritus confessis eisdem daemonibus sanabantur, verum etiam quidam plures annos caecus

[1]) См. retractat. 1. 11.
[2]) = de salute.
[3]) одно слово.
[4]) = вѣрные, Христіане.
[5]) О Юстинѣ и Валентиніанѣ см. предисловіе къ рѣчи Св. Амвросія: de obitu Valentiniani.
[6]) Протасій и Гервасій, мученики 1-го в., мощи которыхъ обрѣтены въ Миланѣ Св. Амвросіемъ и находятся тамъ и понынѣ.
[7]) propalare = φανερόυν.
[8]) Базилика Св. Амвросія, сооруженная имъ на развалинахъ храма Вахуса, существуетъ въ Миланѣ и понынѣ.

civis civitatique notissimus, cum populi tumultuantis laetitiae causam quaesisset atque audisset, exsilivit, eoque se ut duceret, suum ducem rogavit. Quo perductus impetravit admitti, ut sudario [1]) tangeret feretrum pretiosae in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod ubi fecit atque admovit oculis, confestim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuae ferventer lucentes, inde illius inimicae animus, etsi ad credendi sanitatem non ampliatus, a persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi, Deus meus. Unde et quo duxisti recordationem meam, ut haec etiam confiterer tibi, quae magna oblitus praeterieram? Et tamen tunc, cum ita fragraret odor unguentorum tuorum, non currebamus post te [2]) et ideo plus flebam inter cantica hymnorum tuorum, olim suspirans tibi, et tandem respirans, quantum patet aura in domo foenea [3]).

Cap. 8. Qui habitare facis unanimes in domo, consociasti nobis et Evodium [4]) iuvenem ex nostro municipio. Qui cum agens in rebus [5]) militaret, prior nobis ad te conversus est et baptizatus, et relicta militia seculari accinctus in tua. Simul eramus, simul habitaturi placito sancto. Quaerebamus, quisnam locus nos utilius haberet servientes tibi. Pariter remeabamus in Africam. Et cum apud ostia Tiberina essemus, mater defuncta est. Multa praetereo, quia multum festino. Accipe confessiones meas et gratiarum actiones, Deus meus, de rebus innumerabilibus etiam in silentio. Sed non praeteribo, quicquid mihi anima parturit de illa famula tua, quae me parturivit, et carne, ut in hanc temporalem, et corde, ut in aeternam lucem nascerer. Non eius, sed tua dicam dona in ea; neque enim se ipsam fecerat, aut educaverat se ipsam. Tu creasti eam, nec pater nec mater sciebat, qualis ex eis fieret. Et erudivit eam in timore tuo virga [6]) Christi tui, regimen unici filii tui in domo fideli, bono membro ecclesiae tuae. Nec tantam erga suam disciplinam diligentiam matris praedicabat, quantam famulae cuiusdam decrepitae, quae patrem eius infantem portaverat, sicut dorso grandiusculorum [7]) puellarum parvuli portari solent. Cuius rei gratia et propter senectam ac mores optimos in domo Christiana satis a dominis honorabatur. Unde etiam curam dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, et erat in eis coercendis, cum opus esset, sancta severitate vehemens atque in docendis sobria prudentia. Nam eas praeter illas horas, quibus ad mensam parentum moderatissime alebantur, etiamsi exardescerent siti, nec aquam bibere sine-

[1]) sudarium, платокъ, коимъ обтирали лицо отъ пота.
[2]) Пѣснь П. 1. 3.
[3]) т. е. на сколько вліяніе Твоего духа можетъ проникнуть въ эту бренную храмину моего тѣла.
[4]) Evodius, земляк Августина, вмѣстѣ съ нимъ принявшій крещеніе.
[5]) см. прим. къ Амвр. de offic. 2. 29.
[6]) т. е. virga disciplinae.
[7]) grandiusculus, слово вновь образованное отъ grandis.

bat, praecavens consuetudinem malam, et addens verbum sanum: Modo aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis; cum autem ad maritos veneritis, factae dominae apothecarum [1]) et cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi praevalebit. Hac ratione praecipiendi et auctoritate imperandi frenabat aviditatem tenerioris aetatis, et ipsam puellarum sitim formabat ad honestum modum, ut iam nec liberet, quod non deceret. Et surrepserat tamen, sicut mihi filio famula tua narrabat, surrepserat ei vinolentia. Nam cum de more tamquam puella sobria iuberetur a parentibus de cupa [2]) vinum depromere, summisso poculo, qua desuper patet, priusquam in lagunculam [3]) funderet merum, primoribus labris sorbebat exiguum, quia non poterat amplius sensu recusante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus aetatis excessibus, qui ludicris motibus ebulliunt et in puerilibus animis maiorum pondere premi solent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, quoniam qui modica spernit, paulatim decidit [4]), in eam consuetudinem lapsa erat, ut prope iam plenos mero caliculos [5]) inhianter hauriret. Ubi tunc sagax anus, et vehemens illa prohibitio? Numquid valebat aliquid adversus latentem morbum, nisi tua medicina, Domine, vigilaret super nos? Absente patre et matre et nutritoribus tu praesens, qui creasti, qui vocas, qui etiam per praepositos homines boni aliquid agis ad animarum salutem. Quid tunc egisti, Deus meus? Unde curasti? Unde sanasti? Nonne protulisti durum et acutum ex altera anima convitium tamquam medicinale ferrum ex occultis provisionibus tuis, et uno ictu putredinem illam praecidisti? Ancilla enim, cum qua solebat accedere ad cupam, litigans cum domina minore, ut fit, sola cum sola, obiecit hoc crimen, amarissima insultatione vocans meribibulam [6]). Quo illa stimulo percussa respexit foeditatem suam, confestimque damnavit atque exuit. Sicut amici adulantes pervertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. Nec tu, quod per eos agis, sed quod ipsi voluerunt, retribuis eis. Illa enim irata exagitare appetivit minorem dominam, non sanare, et ideo clanculo, aut quia ita eas invenerat locus et tempus litis, aut ne forte et ipsa periclitaretur, quod tam sero prodidisset. At tu, Domine, rector caelitum [7]) et terrenorum,

[1]) apotheca, ἀποθήκη, складъ для различныхъ домашнихъ припасовъ, преимущественно: винный погребъ. Cellarius, рабъ, приставленный къ кладовой и погребу (cella penaria et vinaria).
[2]) cupa, большой сосудъ, вродѣ нашей бочки.
[3]) lagunicula, κεράμιον, небольшой глиняный сосудъ, соотвѣтствующій нашей бутылкѣ.
[4]) Прем. Сирах. 19. 1.
[5]) caliculus, demin. отъ calix, круглый и неглубокій сосудъ съ ножкою и ручками.
[6]) = quae bibit merum, т. е. чистое вино, безъ воды. Люди, пившіе таковое, считались пьяницами.
[7]) = небесное.

ad usus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum seculorum ordinans turbulentum, etiam de alterius animae insania sanasti alteram; ne quisquam, cum hoc advertit, potentiae suae tribuat, si verbo eius alius corrigatur, quem vult corrigi.

Cap. 9. Educata itaque pudice as sobrie, potiusque a te subdita parentibus, quam a parentibus tibi, ubi plenis annis nubilis facta est, tradita viro servivit veluti domino, et sategit [1]) eum lucrari tibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas et reverenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autem toleravit cubilis iniurias [2]), ut nullam de hac re cum marito haberet umquam simultatem. Exspectabat enim misericordiam tuam super eum, ut in te credens castificaretur. Erat vero ille praeterea sicut benevolentia praecipuus, ita ira fervidus. Sed noverat haec non resistere irato viro, non tantum facto, sed ne verbo quidem. Iam vero refracto [3]) et quieto, cum opportunum videret, rationem facti sui reddebat, si forte ille inconsideratius commotus fuerat. Denique cum martonae multae, quarum viri mansuetiores erant, plagarum vestigia etiam dehonestata facie gererent, inter amica colloquia illae arguebant maritorum vitam, haec earum linguam, veluti per iocum graviter admonens, ex quo illas tabulas, quae martimoniales [4]) vocantur, recitari audissent, tamquam instrumenta [5]), quibus ancillae factae essent, deputare debuisse; proinde memores conditionis superbire adversus dominos non oportere. Cumque mirarentur illae, scientes quam ferocem coniugem sustineret [6]), numquam fuisse auditum, aut aliquo indicio claruisse quod Patricius ceciderit uxorem, aut quod a se invicem vel unum diem domestica lite dissenserint, et causam familiariter quaererent, docebat illa institutum suum, quod supra memoravi. Quae observabant, expertae gratulabantur; quae non observabant, subiectae vexabantur. Socrum etiam suam, primo susurriis [7]) malarum ancillarum adversus se irritatam, sic vicit obsequiis, perseverans tolerantia et mansuetudine, ut illa ultro filio suo medias [8]) linguas famularum proderet, quibus inter se et nurum pax domestica turbabatur, expeteretque vindictam. Itaque postea quam ille et matri obtemperans, et curans familiae [9]) disciplinam, et concordiae suorum consulens, proditas ad prodentis arbitrium verberibus coercuit, promisit illa, talia de se praemia sperare debere, quaecumque de sua nuru sibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur; nulla-

[1]) заботиться.
[2]) выражавшіяся въ невѣрности.
[3]) = когда гнѣвъ его терялъ свою силу.
[4]) т. е. тѣ условія, при которыхъ заключался бракъ и которыя прочитывались брачущимся въ присутствіи свидѣтелей; contrat de mariage.
[5]) юридическій терминъ, въ см. нашего документа.
[6]) = haberet.
[7]) — susurris, нашептываніе.
[8]) = переносившія, наговаривавшія.
[9]) = рабы.

que iam audente, memorabili inter se benevolentiae suavitate vixerunt. Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius utero me creasti, Deus meus, misericordia mea [1]), munus grande donaveras, quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, ubi poterat, tam se praebebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem [2]) audiret amarissima, qualia solet eructare [3]) turgens atque indigesta discordia, quando praesenti amicae de absente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret. Parvum hoc bonum mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experirer nescio qua horrenda pestilentia peccatorum latissime pervagante, non solum iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, sed etiam, quae non dicta sunt, addere; cum contra homini humano parum esse debeat inimicitias hominum nec excitare, nec augere male loquendo, nisi eas etiam exstinguere bene loquendo studuerit, qualis illa erat docente te magistro intimo in schola pectoris. Denique etiam virum suum iam in extremo vita temporali eius lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli toleraverat. Erat etiam serva servorum tuorum. Quisquis eorum noverat eam, multum in ea laudabat et honorabat et diligebat te; quia sentiebat praesentiam tuam in corde eius sanctae conversationis [4]) fructibus testibus. Fuerat enim unius viri uxor [5]), mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractaverat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios, totiens eos parturiens [6]), quotiens a te deviare cernebat. Postremo nobis, Domine, omnibus, quia ex munere tuo sinis loqui servis tuis, qui ante dormitionem [7]) eius in te iam consociati vivebamus, percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit, quasi omnes genuisset, ita servivit, quasi ab omnibus genita fuisset.

Cap. 10. Impendente autem die, quo ex hac vita erat exitura, quem diem tu noveras ignorantibus nobis, provenerat [8]), ut, credo, procurante te occultis tuis modis, et ego et ipsa soli staremus incumbentes ad quamdam fenestram, unde hortus intra domum, quae nos habebat, prospectabatur, illic apud ostia Tiberina, ubi remoti a turbis, post longi itineris laborem, instaurabamus nos navigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter, et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti [9]), quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit [1]). Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitae, qui est apud te, ut inde pro captu nostro aspersi quoquo modo rem tantam cogitaremus. Cumque ad eum finem sermo perduceretur, ut carnalium sensuum delectatio quantalibet, in quantalibet luce corporea, prae illius vitae iucunditate non comparatione, sed ne commemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardentiore affectu in id ipsum, perambulavimus gradatim cuncta corporalia, et ipsum caelum, unde sol et luna et stellae lucent super terram. Et adhuc ascendebamus interius cogitando et loquendo, et mirando opera tua, et venimus in mentes nostras, et transcendimus eas, ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi pascis Israël in aeternum veritatis pabulo, et ubi vita sapientia est, per quam fiunt omnia ista, et quae fuerunt, et quae futura sunt; et ipsa non fit, sed sic est ut fuit, et sic erit semper; quin potius fuisse et futurum esse non est in ea, sed esse solum, quoniam aeterna est. Nam fuisse et futurum esse non est aeternum. Et dum loquimur et inhiamus illi, attigimus eam modice toto ictu cordis, et suspiravimus et reliquimus ibi religatas primitias spiritus [2]), et remeavimus ad strepitum oris nostri, ubi verbum et incipitur et finitur. Et quid simile Verbo tuo, Domino nostro, in se permanenti sine vetustate atque innovanti omnia? Dicebamus ergo: si cui sileat tumultus carnis, sileant phantasiae [3]) terrae et aquarum et aëris, sileant et poli [4]), et ipsa sibi anima sileat, et transeat se non se cogitando: sileant somnia et imaginariae [5]) revelationes, omnis lingua et omne signum, et quicquid transeundo fit [6]), si cui sileat omnino; quoniam, si quis audiat, dicunt haec omnia: non ipsa nos fecimus, sed fecit nos qui manet in aeternum. His dictis si iam taceant, quoniam erexerunt aurem [7]) in eum, qui fecit ea, et loquatur ipse solus, non per ea, sed per se ipsum, ut audiamus verbum eius, non per linguam carnis, neque per vocem angeli, nec per sonitum nubis, nec per aenigma similitudinis, sed ipsum, quem in his amamus, ipsum sine his audiamus, sicut nunc extendimus nos [8]), et rapida cogitatione attigimus aeternam sapientiam super omnia manentem; si continuetur hoc, et subtrahantur aliae visiones longe imparis generis, et haec una rapiat et absorbeat et recondat in interiora gaudia spectatorem suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intellegentiae, cui [9])

---

[1]) = erga me.
[2]) = одна объ другой.
[3]) = edere, proferre.
[4]) = жизнь.
[5]) сл. 1. Тим. 5. 9.
[6]) т. е. претерпѣвая тяжкія страданія.
[7]) = mors.
[8]) = evenerat.
[9]) = обративъ свои мысли.

[1]) 1 Кор. 2. 3.
[2]) Римл. 8. 23.
[3]) = изображенія, образы предметовъ, находящихся на землѣ.
[4]) = caelum.
[5]) являющіяся слѣдствіемъ нашего воображенія.
[6]) = все преходящее.
[7]) sc. nostram.
[8]) = мысленно возноситься, парить.
[9]) suspirare alicui—вздыхать по комъ.

suspiravimus; nonne hoc est: Intra in gaudium Domini tui [1])? Et istud quando? An cum omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur [2])? Dicebam talia, et si non isto modo et his verbis, tamen, Domine, tu scis, quod illo die cum talia loqueremur, et mundus iste nobis inter verba vilesceret cum omnibus delectationibus suis, tunc ait illa: Fili, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, et cur hic sim nescio, iam consumptâ spe huius seculi. Unum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum catholicum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, ut te etiam contempta felicitate terrena servum eius videam. Quid hic facio?

Cap. 11. Ad haec ei quid responderim, non satis recolo [3]), cum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febribus. Et cum aegrotaret quodam die, defectum animae passa est, et paululum subtracta a praesentibus. Nos concurrimus, sed cito reddita est sensui, et adspexit adstantes, me et fratrem meum, et ait nobis quasi quaerenti similis: Ubi eram? Deinde nos intuens moerore attonitos: Ponetis hic, inquit, matrem vestram? Ego silebam, et fletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria defungi [4]) tamquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio [5]) reverberans [6]) eum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens: Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Ponite, inquit, hoc corpus ubicumque, nihil vos eius cura conturbet: tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei, ubi fueritis. Cumque hanc sententiam verbis quibus poterat explicasset, conticuit, et ingravescente morbo exercebatur [7]). Ego vero cogitans dona tua, Deus invisibilis, quae immittis in corda fidelium tuorum, et proveniunt inde fruges admirabiles, gaudebam et gratias agebam tibi, recolens quod noveram, quanta cura semper aestuasset de sepulcro, quod sibi providerat iuxta corpus viri sui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, ut est animus humanus minus capax divinorum, adiungi ad illam felicitatem, et commemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut coniunctâ terrâ amborum coniugum terra [8]) tegeretur. Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tuae coeperat in eius corde non esse, nesciebam et laetabar admirans, quod sic mihi aperuisset; quamquam et in illo sermone nostro ad fenestram, cum dixit: iam quid hic facio? non apparuit desiderare in patria mori. Audivi etiam postea, quod iam cum Ostiis essemus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu vitae huius et bono mortis, ubi ipse non aderam; illisque stupentibus virtutem feminae, quam tu dederas ei, quaerentibusque utrum non formidaret tam longe a sua civitate corpus relinquere: Nihil, inquit, longe est Deo, neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine seculi, unde me resuscitet. Ergo die nono aegritudinis suae, quinquagesimo et sexto anno aetatis suae, trigesimo et tertio aetatis meae, anima illa religiosa et pia corpore soluta est.

Cap. 12. Premebam oculos eius, et confluebat in praecordia mea moestitudo [1]) ingens, et transfluebat in lacrimas, ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum usque ad siccitatem, et in tali luctamine [2]) valde [3]) male mihi erat. Tum vero ubi efflavit extremum spiritum, puer Adeodatus exclamavit in planctum, atque ab omnibus nobis coërcitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile, quod labebatur in fletus, iuvenili voce cordis coërcebatur et tacebat. Neque enim decere arbitrabamur, funus illud questibus lacrimosis gemitibusque celebrare, quia his plerumque solet deplorari quaedam miseria morientium, aut quasi omnimoda [4]) exstinctio. At illa nec misere moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc et documentis morum eius, et fide non ficta, rationibusque certis tenebamus. Quid ergo erat, quod intus mihi graviter dolebat, nisi ex consuetudine simul vivendi dulcissima et carissima repente disrupta vulnus recens? Gratulabar quidem testimonio eius, quod in ea ipsa ultima aegritudine obsequiis meis interblandiens [5]) appellabat me pium, et commemorabat grandi dilectionis affectu, numquam se audisse ex ore meo iaculatum in se durum aut contumeliosum sonum. Sed tamen quid tale, Deus meus, qui fecisti nos, quid comparabile habebat honor a me delatus illi, et servitus ab illa mihi? Quoniam itaque deserebar tam magno eius solatio, sauciabatur anima mea, et quasi dilaniabatur vita, quae una facta erat ex mea et illius. Cohibito ergo a fletu illo puero, psalterium arripuit Evodius, et cantare coepit psalmum, cui respondebamus omnis domus: Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine [6]). Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religiosae feminae; et de more illis, quorum officium erat, funus curantibus, ego in parte, ubi decenter poteram, cum eis qui me non deserendum esse censebant, quod erat tempori congruum disputabam, eoque fomento veritatis mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus et intente audientibus, et

[1]) Матѳ. 25. 21.
[2]) 1 Кор. 15. 51.
[3]) sc. mente = memini.
[4]) sc. vita = mori.
[5]) ira et dolore commota.
[6]) = укорять.
[7]) ибо въ болѣзни испытывается человѣкъ.
[8]) = прахъ.

[1]) = moestitia.
[2]) = luctatio.
[3]) = multum.
[4]) = конечное.
[5]) = съ ласкою прерывать.
[6]) Псал. 100. 1.

sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem affectus mei, et constringebam fluxum moeroris, cedebatque mihi paululum, rursusque impetu suo ferebatur non usque ad eruptionem lacrimarum nec usque ad vultus mutationem, sed ego sciebam, quid corde premerem. Et quia mihi vehementer displicebat, tantum in me posse haec humana, quae ordine debito et sorte conditionis nostrae accidere necesse est, alio dolore dolebam dolorem meum et duplici tristitia macerabar. Cum ecce corpus elatum est, imus, redimus sine lacrimis. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri [1]), iam iuxta sepulcrum posito cadavere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego flevi, sed toto die graviter in occulto moestus eram, et mente turbata rogabam te ut poteram, quo [2]) sanares dolorem meum, nec faciebas, credo commendans [3]) memoriae meae, vel hoc uno documento omnis consuetudinis vinculum, etiam adversus mentem, quae iam non fallaci verbo pascitur. Visum etiam mihi est, ut irem lavatum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Graeci βαλανεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo [4]). Ecce et hoc confiteor misericordiae tuae, pater orphanorum, quoniam lavi, et talis eram, qualis priusquam lavissem. Neque enim exsudavit de corde meo moeroris amaritudo. Deinde dormivi et evigilavi, et non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum; atque ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii tui: Tu es enim

Deus creator omnium
Polique rector, vestiens
Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia;
Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui
Mentesque fessas allevet,
Luctusque solvat anxios.

Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum [5]) ancillam tuam conversationemque eius piam in te et sancte in nos blandam atque morigeram, qua subito destitutus sum; et libuit flere in conspectu tuo de illa et pro illa, de me et pro me. Et dimisi lacrimas, quas continebam, ut effluerent, quantum vellent, substernens [6])

[1]) = нашего искупленія.
[2]) = ut.
[3]) т. е. указывая мнѣ на то, какъ сильна связь, пріобрѣтаемая привычкой, даже въ душѣ, не питающейся лживыми словами.
[4]) имѣется въ виду совершенно вирочемъ неправильное производство сл. βαλανεῖον, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὰς ἀνίας.
[5]) = возвращался къ прежнимъ мыслямъ о—
[6]) = помогая, облегчая ими.

eas cordi meo; et requievit in eis, quoniam ibi erant aures tuae, non cuiusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum. Et nunc, Domine, confiteor tibi in litteris. Legat qui volet, et interpretetur ut volet, et si peccatum invenerit, flevisse me matrem exigua parte horae, matrem oculis meis interim [1]) mortuam, quae me multos annos fleverat, ut oculis tuis viverem, non irrideat; sed potius si est grandi caritate, pro peccatis meis fleat ipse ad te, Pater omnium fratrum Christi tui.

Cap. 18. Ego autem iam sanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi, Deus noster, pro illa famula tua longe aliud lacrimarum genus, quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animae, quae in Adam moritur. Quamquam illa in Christo vivificata etiam nondum a carne resoluta sic vixerit, ut laudetur nomen tuum in fide moribusque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptismum regenerasti, nullum verbum exiisse ab ore eius contra praeceptum tuum. Et dictum est a veritate, Filio tuo: Si quis dixerit fratri suo: fatue, reus erit gehennae ignis [2]). Et vae etiam laudabili vitae hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter [3]) speramus aliquem apud te locum invenire indulgentiae. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se homines homines; et qui gloriatur, in Domino glorietur [4])! Ego itaque, laus mea et vita mea, Deus cordis mei, sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gtatias ago, nunc pro peccatis matris meae deprecor te: exaudi me per medicinam vulnerum nostrorum, quae pependit in ligno, et sedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatam [5]), et ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi et tu debita sua, si qua etiam contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte, Domine, dimitte, obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexaltet [6]) misericordia iudicium, quoniam eloquia tua vera sunt, et promisisti misericordiam misericordibus. Quod ut essent, tu dedisti eis, qui misereberis, cui misertus eris, et misericordiam praestabis, cui misericors fueris [7]). Et credo iam feceris, quod te rogo; sed voluntaria [8]) oris mei approba, Domine. Namque illa imminente die resolutionis [9]) suae non cogitavit suum corpus sumptuose contegi aut condiri aro-

[1]) можно относить ко временной смерти, до общаго воскресенія, въ противоположность: ut oculis tuis viverem.
[2]) Матѳ. 5. 22.
[3]) = cum fiducia.
[4]) 1 Кор. 1. 31.
[5]) субъектъ: matrem meam.
[6]) = преодолѣть, побѣдить.
[7]) Римл. 9. 15.
[8]) = желаніе.
[9]) = ἀνάλυσις, mors.

matibus aut monumentum electum concupivit, aut curavit sepulcrum patrium. Non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit, cui nullius diei praetermissione servierat, unde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum, quod erat contrarium nobis [1]), qua triumphatus est hostis, computans delicta nostra et quaerens quid obiiciat, et nihil inveniens in illo, in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet pretium, quo nos emit, ut nos auferat ei [2])? Ad cuius pretii nostri sacramentum ligavit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo a protectione tua disrumpat eam. Non se interponat nec vi nec insidiis leo et draco. Neque enim respondebit illa nihil se debere, ne convincatur et obtineatur ab accusatore callido, sed respondebit, dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, et post quem nulli nupta est, cui servivit, fructum tibi afferens cum tolerantia, ut eum quoque lucraretur tibi. Et inspira, Domine meus, Deus meus, inspira servis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus et voce, et corde, et litteris servio, ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monicae famulae tuae cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, et fratrum meorum sub te patre in matre catholica, et civium [3]) meorum in aeterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu usque ad reditum, ut quod a me illa poposcit extremum, uberius illi praestetur in multorum orationibus per confessiones, quam per orationes meas.

Liber X.

Cap. 1. Cognoscam te, genitor meus, cognoscam te, sicut et cognitus sum [4]). Virtus animae meae, intra in eam, et coapta tibi, ut habeas et possideas sine macula et ruga [5]). Haec est spes mea; ideo loquor, et in ea spe gaudeo, quando sanum gaudeo. Cetera vero vitae huius tanto minus flenda, quanto magis fletur, et tanto magis flenda, quanto minus fletur in eis. Ecce enim veritatem dilexisti,

[1]) Колос. 2. 14.
[2]) = hosti.
[3]) = сограждане.
[4]) 1 Кор. 13. 12.
[5]) Ефес. 5. 27.

quoniam qui facit eam, venit ad lucem [1]). Volo eam facere [2]) in corde meo coram te in confessione, in stilo autem meo coram multis testibus.

Cap. 2. Et tibi quidem, Domine, cuius oculis nuda [3]) est abyssus humanae conscientiae, quid occultum esset in me, etiam si nollem confiteri tibi? Te enim mihi absconderem, non me tibi. Nunc autem quod gemitus meus testis est displicere me mihi, tu refulges, et places, et amaris, et desideraris, ut erubescam de me, et abiiciam me, atque eligam te, et nec tibi nec mihi placeam, nisi de te. Tibi ergo, Domine, manifestus sum, quicumque sim, et quo fructu tibi confitear dixi. Neque enim id ago verbis carnis et vocibus, sed verbis animae et clamore cogitationis, quem novit auris tua. Cum enim malus sum, nihil est aliud confiteri tibi, quam displicere mihi; cum vero pius, nihil est aliud confiteri tibi, quam hoc non tribuere mihi: quoniam tu, Domine, benedicis iustum [4]), sed prius eum iustificas impium [5]). Confessio itaque mea, Deus meus, in conspectu tuo tibi tacite fit, et non tacite. Tacet enim strepitu [6]), clamat affectu. Neque dico recti aliquid hominibus, quod non a me tu prius audieris, aut etiam tu aliquid tale audis a me, quod non mihi tu prius dixeris.

Cap. 3. Quid mihi ergo est cum hominibus, ut audiant confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint omnes languores meos? Curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam. Quid a me quaerunt audire, qui sim, qui nolunt a te audire, qui sint? Et unde sciunt, cum a me ipso de me ipso audiunt, an verum dicam, quandoquidem nemo scit hominum, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est [7]). Si autem a te audiant de se ipsis, non poterunt dicere: mentitur Dominus. Quid est enim a te audire de se, nisi cognoscere se? Quis porro cognoscit et dicit: falsum est, nisi ipse mentiatur? Sed quia caritas omnia credit [8]), inter eos utique, quos connexos sibimet unum facit, ego quoque, Domine, etiam sic tibi confiteor, ut audiant homines, quibus demonstrare non possum, an vera confitear, sed credunt mihi, quorum mihi aures caritas aperit. Verum tamen tu, medice meus intime, quo fructu ista faciam, eliqua [9]) mihi. Nam confessiones praeteritorum malorum meorum, quae remisisti et texisti, ut beares me in te, mutans animam meam fide et sacramento [10]) tuo, cum

[1]) Іоан. 3. 21.
[2]) = sequi.
[3]) = открытый.
[4]) Псал. 5. 13.
[5]) т. е. ты благословляешь праведнаго, сдѣлавъ его таковымъ изъ беззаконнаго.
[6]) = въ словахъ.
[7]) 1 Кор. 2. 11.
[8]) 1 Кор. 13. 7.
[9]) = обнаруживать, разъяснять.
[10]) — крещеніе.

leguntur et audiuntur, excitant cor, ne dormiat in desperatione, et dicat: non possum; sed evigilet in amore misericordiae tuae et dulcedine gratiae tuae, qua potens est omnis infirmus, qui sibi per ipsam fit conscius infirmitatis suae. Et delectat bonos audire praeterita mala eorum, qui iam carent eis, nec ideo delectat, quia mala sunt, sed quia fuerunt, et non sunt. Quo itaque fructu, Domine meus, cui quotidie confitetur conscientia mea, spe misericordiae tuae securior, quam innocentia sua, quo fructu, quaeso, etiam hominibus coram te confiteor per has litteras, adhuc quis ego sim, non quis fuerim? Nam illum fructum vidi, et commemoravi. Sed quis adhuc sim, ecce in ipso tempore confessionum mearum, et multi hoc nosse cupiunt, qui me noverunt, et non me noverunt, qui ex me vel de me aliquid audierunt. Sed auris eorum non est ad cor meum, ubi ego sum, quicumque sum. Volunt ergo audire confitentem me, quid ipse intus sim, quo nec oculum, nec aurem, nec mentem possunt intendere; credituri tamen volunt; numquid cognituri? Dicit enim eis caritas qua boni sunt, non mentiri me de me confitentem, et ipsa in eis credit mihi.

Cap. 4. Sed quo fructu id volunt? An congratulari mihi cupiunt, cum audierint, quantum ad te accedam munere tuo, et orare pro me, cum audierint, quantum retarder pondere meo [1])? Indicabo me talibus. Non enim parvus est fructus, Domine Deus meus, ut a multis tibi gratiae agantur de nobis, et a multis rogeris pro nobis. Amet in me fraternus animus, quod amandum doces, et doleat in me, quod dolendum doces. Animus ille hoc faciat fraternus, non extraneus, non filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis [2]), sed fraternus ille, qui cum approbat me, gaudet de me; cum autem improbat me, contristatur pro me; quia sive approbet me, sive improbet, diligit me. Indicabo me talibus: respirent in bonis meis, suspirent in malis meis. Bona mea instituta tua sunt et dona tua; mala mea delicta mea sunt et iudicia tua. Respirent in illis, et suspirent in his; et hymnus et fletus ascendant in conspectum tuum de fraternis cordibus, thuribulis tuis. Tu autem, Domine, delectatus odore sancti templi tui, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, propter nomen tuum, et nequaquam deserens coepta tua, consumma [3]) imperfecta mea. Hic est fructus confessionum mearum, non qualis fuerim, sed qualis sim, ut hoc confitear, non tantum coram te secreta exsultatione cum tremore, et secreto moerore cum spe, sed etiam in auribus credentium filiorum hominum, sociorum gaudii mei, et consortium mortalitatis meae, civium meorum et mecum peregrinorum, praecedentium et consequentium, et comitum vitae meae. Hi sunt

[1]) = тяжестью моихъ грѣховъ.
[2]) Псал. 143. 8.
[3]) = окончательно уничтожать.

servi tui fratres mei, quos filios tuos esse voluisti, dominos meos, quibus iussisti ut serviam, si volo tecum de te vivere. Et hoc mihi verbum tuum parum erat, si loquendo praeciperet, nisi et faciendo praeiret. Et ego id ago factis et dictis, id ago sub alis tuis nimis cum ingenti periculo, nisi quia sub alis tuis tibi subdita est anima mea, et infirmitas mea tibi nota est. Parvulus sum; sed vivit semper pater meus, et idoneus est mihi tutor meus. Idem ipse est enim qui genuit me et tuetur me; et tu ipse es omnia bona mea, tu omnipotens, qui mecum es, et priusquam tecum sim. Indicabo ergo talibus, qualibus iubes ut serviam, non quis fuerim, sed quis iam sim, et quis adhuc sim. Sed neque me ipsum diiudico. Sic itaque audiar.

Cap. 5. Tu enim, Domine, diiudicas me, quia etsi nemo scit hominum, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est [1]), tamen est aliquid hominis, quod nec ipse scit spiritus hominis, qui in ipso est. Tu autem, Domine, scis eius omnia, qui fecisti eum. Ego vero quamvis prae tuo conspectu me dispiciam, et aestimem me terram et cinerem, tamen aliquid de te scio, quod de me nescio. Et certe nunc videmus per speculum in aenigmate, nondum facie ad faciem [2]), et ideo quam diu peregrinor abs te, mihi sum praesentior quam tibi, et tamen te novi nullo modo posse violari. Ego vero quibus tentationibus resistere valeam, quibusve non valeam, nescio. Et spes est, quia fidelis es, qui nos non sinis tentari supra quam possumus ferre; sed facis cum tentatione etiam exitum, ut possimus sustinere [3]). Confitear ergo quid de me sciam, confitear et quid de me nesciam; quoniam et quod de me scio, te mihi lucente scio; et quod de me nescio, tam diu nescio, donec fiant tenebrae meae sicut meridies in vultu tuo [4]).

Cap. 6. Non dubia, sed certa conscientia, Domine, amo te. Percussisti cor meum verbo tuo, et amavi te. Sed et caelum, et terra, et omnia, quae in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Altius autem tu misereberis, cui misertus eris, et misericordiam praestabis, cui misericors fueris [5]): alioquin caelum et terra surdis loquuntur laudes tuas. Quid autem amo, cum te amo? Non speciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis, ecce istis amicum oculis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum et unguentorum et aromatum suaveolentiam, non manna et mella, non membra acceptabilia [6]) carnis amplexibus. Non haec amo, cum amo Deum meum; et tamen amo quamdam lucem, et quamdam vocem, et quemdam odorem, et quemdam cibum, et quemdam amplexum, cum amo Deum

[1]) 1 Кор. 2. 11.
[2]) 1 Кор. 13. 12.
[3]) 1 Кор. 10. 13.
[4]) = предъ лицомъ Твоимъ.
[5]) Римл. 9. 15.
[6]) = доступный и пріятный.

meum, lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei: ubi fulget animae meae, quod non capit locus, et ubi sonat, quod non rapit tempus, et ubi olet, quod non spargit flatus, et ubi sapit, quod non minuit edacitas, et ubi haeret, quod non divellit satietas. Hoc est quod amo, cum Deum meum amo. Et quid est hoc? Interrogavi terram, et dixit: non sum; et quaecumque in eadem sunt, idem confessa sunt. Interrogavi mare et abyssos, et reptilia animarum vivarum, et responderunt: non sumus Deus tuus, quaere super nos. Interrogavi auras flabiles, et inquit universus aër cum incolis suis: fallitur Anaximenes [1]), non sum Deus. Interrogavi caelum, solem, lunam, stellas: neque nos sumus Deus, quem quaeris, inquiunt. Et dixi omnibus iis, quae circumstant fores [2]) carnis meae: dixistis mihi de Deo meo, quod vos non estis; dicite mihi de illo aliquid. Et exclamaverunt voce magna: Ipse fecit nos. Interrogatio mea, intentio mea, et responsio eorum, species eorum. Et direxi me ad me, et dixi mihi: tu quis es? Et respondi: Homo. Et ecce corpus et anima in me mihi praesto sunt, unum exterius, et alterum interius. Quid horum est, unde quaerere debui Deum meum, quem iam quaesiveram per corpus a terra usque ad caelum, quousque potui mittere nuntios, radios oculorum meorum? Sed melius, quod interius. Ei quippe renuntiabant omnes nuntii corporales praesidenti et iudicanti de singulis responsionibus caeli et terrae, et omnium quae in eis sunt dicentium: non sumus Deus, sed ipse fecit nos. Homo interior cognovit haec per exterioris ministerium, ego interior cognovi haec, ego, ego animus per sensus corporis mei. Interrogavi mundi molem de Deo meo, et respondit mihi: non ego sum, sed ipse me fecit. Nonne omnibus, quibus integer sensus est, apparet haec species? Cur non omnibus eadem loquitur? Animalia pusilla et magna vident eam, sed interrogare nequeunt, non enim praeposita est in eis nuntiantibus sensibus iudex ratio. Homines autem possunt interrogare, ut invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciantur [3]), sed amore subduntur eis, et subditi iudicare non possunt. Nec respondent ista interrogantibus, nisi iudicantibus, nec vocem suam mutant, id est, speciem suam, si alius tantum videat, alius autem videns interroget, ut aliter illi appareat, aliter huic; sed eodem modo utrique apparens, illi muta est, huic loquitur; imo vero omnibus loquitur, sed illi intellegunt, qui eius vocem acceptam foris intus cum veritate conferunt. Veritas enim dicit mihi: non est Deus tuus caelum et terra, neque omne corpus. Hoc dicit eorum natura videnti: moles est, moles minor est in parte, quam in toto. Iam tu melior es, tibi dico, anima, quoniam tu vegetas molem

[1]) Anaximěnes, Ἀναξιμένης, изъ Милета, VI в., училъ, что все происходитъ изъ воздуха и все въ него возвращается.
[2]) т. е. чувства.
[3]) Римл. 1, 20.

corporis tui, praebens ei vitam, quod nullum corpus praestat corpori. Deus autem tuus etiam tibi vitae vita est.

Cap. 7. Quid ergo amo, cum Deum meum amo? Quis est ille super caput animae meae? Per ipsam animam meam ascendam ad illum. Transibo vim meam, qua haereo corpori, et vitaliter compagem eius repleo. Non ea vi reperio Deum meum; nam reperiret et equus et mulus, quibus non est intellectus, quia est eadem vis, qua vivunt etiam eorum corpora. Est alia vis non solum qua vivifico, sed etiam qua sensifico carnem meam, quam mihi fabricavit Dominus, iubens oculo, ut non audiat, et auri, ut non videat, sed illi, per quem videam, huic, per quam audiam; et propria singillatim ceteris sensibus sedibus suis et officiis suis, quae diversa per eos ago, unus ego animus. Transibo et istam vim meam; nam et hanc habet equus et mulus: sentiunt enim etiam ipsi per corpus.

Cap. 8. Transibo ergo et istam vim naturae meae, gradibus ascendens ad eum, qui fecit me; et venio in campos et lata praetoria [1]) memoriae, ubi sunt thesauri innumerabilium imaginum de cuiuscemodi rebus sensis invectarum. Ibi reconditum est, quicquid etiam cogitamus, vel augendo vel minuendo, vel utcumque variando ea, quae sensus attigerit; et si quid aliud commendatum et repositum est, quod nondum absorbuit et sepelivit oblivio. Ibi quando sum, posco, ut proferatur quicquid volo, et quaedam statim prodeunt; quaedam requiruntur diutius, et tamquam de abstrusioribus quibusdam receptaculis eruuntur; quaedam catervatim se prorumpunt, et dum aliud petitur et quaeritur, prosiliunt in medium, quasi dicentia: de forte nos sumus? Et abigo ea manu cordis a facie recordationis meae, donec enubiletur [2]) quod volo atque in conspectum prodeat ex abditis. Alia faciliter atque imperturbata serie, sicut poscuntur, subgeruntur, et cedunt praecedentia consequentibus, et cedendo conduntur, iterum cum voluero processura. Quod totum fit, cum aliquid narro memoriter. Ibi sunt omnia distincte generatimque servata, quae suo quaeque aditu ingesta sunt, sicut lux atque omnes colores formaeque corporum per oculos; per aures autem omnia genera sonorum, omnesque odores per aditum narium, omnesque sapores per oris aditum; a sensu [3]) autem totius corporis, quid durum, quid molle, quid calidum frigidumve, lene aut asperum, grave seu leve, sive extrinsecus sive intrinsecus corpori. Haec omnia recipit recolenda, cum opus est, et retractanda grandis memoriae recessus, et nescio qui secreti atque ineffabiles sinus eius, quae omnia suis quaeque foribus intrant ad eam et reponuntur in ea. Nec ipsa tamen intrant, sed rerum sensarum imagines illic praesto sunt cogitationi reminiscenti eas. Quae quomodo fabricatae sint, quis

[1]) praetorium здѣсь въ смыслѣ помѣщенія знатнаго лица, виллы, и метаф.
[2]) = сдѣлаться яснымъ.
[3]) = per sensum.

dicit, cum appareat, quibus sensibus raptae sint, interiusque reconditae? Nam et in tenebris atque in silentio dum habito, in memoria mea profero, si solo, colores, et discerno inter album et nigrum, et inter quos alios volo; nec incurrunt soni atque perturbant, quod per oculos haustum considero, cum et ipsi ibi sint, et quasi seorsum repositi lateant. Nam et ipsos posco, si placet, atque adsunt illico. Et quiescente lingua ac silente gutture canto quantum volo, imaginesque illae colorum, quae nihilo minus ibi sunt, non se interponunt, neque interrumpunt, cum thesaurus alius retractatur, qui influxit ab auribus. Ita cetera, quae per sensus ceteros ingesta atque congesta sunt, recordor, prout libet: et auram liliorum discerno a violis nihil olfaciens, et mel defruto [1]), lene aspero, nihil tunc gustando neque contrectando, sed reminiscendo antepono. Intus haec ago in aula ingenti memoriae meae. Ibi enim mihi caelum et terra et mare praesto sunt, cum omnibus, quae in eis sentire potui, praeter illa, quae oblitus sum. Ibi et ipse mihi occurro, meque recolo, quid, quando, et ubi egerim, quoque modo, cum agerem, affectus fuerim. Ibi sunt omnia, quae sive experta a me, sive credita memini. Ex eadem copia etiam similitudines rerum, vel expertarum, vel ex eis quas expertus sum creditarum, alias atque alias, et ipse contexo praeteritis, atque ex his etiam futuras actiones, et eventa, et spes; et haec omnia rursus quasi praesentia meditor. Faciam hoc aut illud: dico apud me, in ipso ingenti sinu animi mei pleno tot et tantarum rerum imaginibus: Et hoc aut illud sequetur. O si esset hoc aut illud! Avertat Deus hoc aut illud! Dico apud me ista: et cum dico, praesto sunt imagines omnium, quae dico, ex eodem thesauro memoriae, nec omnino aliquid eorum dicerem, si defuissent. Magna ista vis est memoriae, magna nimis, Deus meus, penetrale amplum et infinitum. Quis ad fundum eius pervenit? Et vis est haec animi mei atque ad meam naturam pertinet, nec ego ipse capio totum, quod sum. Ergo animus ad habendum se ipsum angustus est. Et ubi sit, quod sui non capit. Numquid extra ipsum ac non in ipso? Quomodo ergo non capit? Multa mihi super hoc oboritur admiratio; stupor apprehendit me. Et eunt homines admirari alta montium, et ingentes fluctus maris, et latissimos lapsus fluminum, et oceani ambitum, et gyros siderum, et relinquunt se ipsos, nec mirantur, quod haec omnia cum dicerem, non ea videbam oculis: nec tamen dicerem, nisi montes et fluctus et flumina et sidera, quae vidi, et oceanum, quem credidi, intus in memoria mea viderem spatiis tam ingentibus, quasi foris viderem. Nec ea tamen videndo absorbui, quando vidi oculis; nec ipsa sunt apud me, sed imagines eorum. Et novi quid ex quo sensu corporis impressum sit mihi.

[1]) defrutum (defruo), отваръ, преимущественно изъ ягодъ, морсъ.

Cap. 9. Sed non ea sola gestat immensa ista capacitas memoriae meae. Hic sunt illa omnia, quae de doctrinis liberalibus [1]) percepta nondum exciderunt, quasi remota interiore loco, non loco [2]), nec eorum imagines, sed res ipsas gero. Nam quid sit litteratura [3]), quid peritia disputandi [4]), quot genera quaestionum [5]), quicquid horum scio, sic est in memoria mea, ut non retenta imagine rem foris reliquerim, aut sonuerit et praeterierit, sicut vox impressa per aures vestigio, quo recoleretur quasi sonaret, cum iam non sonaret; aut sicut odor, dum transit et evanescit in ventos, olfactum afficit, unde traiicit in memoriam imaginem sui, quam reminiscendo repetamus; aut sicut cibus, qui certe in ventre iam non sapit, et tamen in memoria quasi sapit; aut sicut aliquid, quod corpore tangendo sentitur, quod etiam separatum a nobis imaginatur memoria. Istae quippe res non intromittuntur ad eam, sed earum solae imagines mira celeritate capiuntur, et miris tamquam cellis reponuntur, et mirabiliter recordando proferuntur.

Cap. 10. At vero cum audio tria genera esse quaestionum: an sit, quid sit, quale sit, sonorum quidem, quibus haec verba confecta sunt, imagines teneo, et eos per auras cum strepitu transiisse ac iam non esse scio; res vero ipsas, quae illis significantur sonis, neque ullo sensu corporis attigi, nec uspiam vidi praeter animum meum; et in memoria recondidi non imagines earum, sed ipsas: quae unde ad me intraverint, dicant, si possunt. Nam percurro ianuas omnes carnis meae, nec invenio, qua earum ingressae sint. Quippe oculi dicunt: si coloratae sunt, nos eas nuntiavimus. Aures dicunt: si sonuerunt, a nobis indicatae sunt. Nares dicunt: si oluerunt, per nos transierunt. Dicit etiam sensus gustandi: si sapor non est, nihil me interroges. Tactus dicit: si corpulentum non est, non contrectavi; si non contrectavi, non indicavi. Unde et quâ haec intraverunt in memoriam meam? Nescio quomodo; nam cum ea didici, non credidi alieno cordi, sed in meo recognovi, et vera esse approbavi, et commendavi ei, tamquam reponens, unde proferrem, cum vellem. Ibi ergo erant et ante quam ea didicissem, sed id memoria non erant. Ubi ergo? Aut quare cum dicerentur agnovi, et dixi: ita est, verum est; nisi quia iam erant in memoria, sed tam remota et retrusa, quasi in caveis abditioribus, ut nisi admonente aliquo eruerentur, eo fortasse cogitare non possem?

Cap. 11. Quocirca invenimus, nihil esse aliud discere ista, quorum non per sensus haurimus imagines, sed sine imaginibus, sicuti

[1]) doctrinae liberales, artes l., bonae, ingenuae, humanae, науки, которыми довершалось высшее образованіе свободнорожденнаго человѣка.

[2]) прибавкою этою показывается, что locus здѣсь не должно принимать въ буквальномъ, матеріальномъ смыслѣ.

[3]) собственно: алфавитъ; здѣсь = грамматика.

[4]) діалектика.

[5]) см. гл. 10, нач.

sunt, per se ipsa intus cernimus; nisi ea, quae passim atque indisposite memoria continebat, cogitando quasi colligere atque animadvertendo curare, ut tamquam ad manum posita in ipsa memoria, ubi sparsa prius et neglecta latitabant, iam familiari intentioni [1]) facile occurrant. Et quam multa huiusmodi gestat memoria mea, quae iam inventa sunt, sicut dixi, quasi ad manum posita, quae didicisse et nosse dicimur! Quae si modestis temporum intervallis recolere desivero, ita rursus demerguntur, et quasi in remotiora penetralia dilabuntur, ut denuo velut nova excogitanda sint indidem iterum (neque enim est alia regio eorum) et cogenda rursus, ut sciri possint, id est, velut ex quadam dispersione colligenda, unde dictum est cogitare. Nam cogo et cogito sic est, ut ago et agito, facio et facito. Verum tamen sibi animus hoc verbum proprie vindicavit, ut non quod alibi, sed quod in animo colligitur, id est cogitur, cogitari proprie iam dicatur.

Cap. 12. Item continet memoria numerorum dimensionumque rationes et leges innumerabiles, quarum nullam corporis sensus impressit; quia nec ipsae coloratae sunt, aut sonant, aut olent, aut gustatae, aut contrectatae sunt. Audivi sonos verborum, quibus significantur, cum de his disseritur; sed illi alii, istae autem aliae sunt. Nam illi aliter Graece, aliter Latine sonant; istae vero nec Graecae nec Latinae sunt, nec aliud eloquiorum genus. Vidi lineas fabrorum, vel etiam tenuissimas, sicut filum araneae; sed illae aliae sunt; non sunt imagines earum, quas mihi nuntiavit carnis oculus. Novit eas quisquis sine ulla cogitatione qualiscumque corporis, intus agnovit eas. Sensi etiam numeros omnibus corporis sensibus, quos numeramus; sed illi alii sunt, quibus numeramus, nec imagines istorum sunt; et ideo valde [2]) sunt. Rideat me ista dicentem qui eos non videt, et ego doleam ridentem me.

Cap. 13. Haec omnia memoria teneo, et quomodo ea didicerim, memoria teneo. Multa etiam, quae adversus haec falsissime disputantur, audivi, et memoria teneo, quas tametsi falsa sunt, tamen ea meminisse me non est falsum, et discrevisse me inter illa vera et haec falsa, quae contradicuntur: et hoc memini. Aliterque nunc video discernere me ista, aliter autem memini saepe me discrevisse, cum ea saepe cogitarem. Ergo et intellexisse me saepius ista memini; et quod nunc discerno et intellego, recondo in memoria, ut postea me nunc intellexisse meminerim. Ergo et meminisse me memini, sicut postea quod haec reminisci nunc potui, si recordabor, utique per vim memoriae recordabor. Affectiones quoque animi mei eadem memoria continet, non illo modo, quo eas habet ipse animus, cum patitur eas, sed alio multum diverso, sicut sese habet vis memoriae. Nam et laetatum me fuisse, reminiscor non laetus; et tri-

[1]) = cogitatio.
[2]) = optime.

stitiam meam praeteritam recordor non tristis; et me aliquando timuisse, recolo sine timore; et pristinae cupiditatis sine cupiditate sum memor. Aliquando e contrario tristitiam meam transactam laetus reminiscor, et tristis laetitiam.

Cap. 14. Quod mirandum non est de corpore; aliud enim animus, aliud corpus. Itaque si praeteritum dolorem corporis gaudens memini, non ita mirum est; hic vero, cum animus sit etiam ipsa memoria. Nam et cum mandamus aliquid, ut memoriter habeatur, dicimus: vide, ut illud in animo habeas; et cum obliviscimur, dicimus: non fuit in animo, et: elapsum est animo, ipsam memoriam vocantes animum. Cum ergo ita sit, quid est hoc, quod cum tristitiam meam praeteritam laetus memini, animus habet laetitiam, et memoria tristitiam, laetusque est animus ex eo, quod inest ei laetitia, memoria vero ex eo, quod inest ei tristitia, tristis non est? Num forte non pertinet ad animum? Quis hoc dixerit? Nimirum ergo memoria quasi venter est animi, laetitia vero atque tristitia quasi cibus dulcis et amarus; cum memoriae commendantur, quasi traiecta in ventrem, recondi illic possunt, sapere non possunt. Ridiculum est haec illis similia putare, nec tamen sunt omni modo dissimilia. Sed ecce de memoria profero, cum dico quattuor esse perturbationes animi: cupiditatem, laetitiam, metum, tristitiam; et quicquid de his disputare potuero, dividendo singula per species sui cuiusque generis, et definiendo, ibi invenio quid dicam atque inde profero, nec tamen ulla earum perturbatione perturbor, cum eas reminiscendo commemoro, et ante quam recolerentur a me et retractarentur, ibi erant; propterea inde per recordationem potuere depromi. Forte ergo, sicut de ventre cibus ruminando, sic ista de memoria recordando proferuntur. Cur igitur in ore cogitationis non sentitur a disputante, hos est, a reminiscente, laetitae dulcedo vel amaritudo moestitiae? An in hoc dissimile est, quod non undique simile est? Quis enim talia volens loqueretur, si quotiens tristitiam metumve nominamus, totiens moerere vel timere cogeremur? Et tamen non ea loqueremur, nisi in memoria nostra non tantum sonos nominum secundum imagines impressas a sensibus corporis, sed etiam rerum ipsarum notiones inveniremus, quas nulla ianua carnis accepimus, sed eas ipse animus per experientiam passionum suarum sentiens memoriae commendavit, aut ipsa sibi haec etiam non commendata retinuit.

Cap. 15. Sed utrum per imagines, an non, quis facile dixerit? Nomino quippe lapidem, nomino solem, cum res ipsa non adsunt sensibus meis; in memoria sane mea praesto sunt imagines earum. Nomino dolorem corporis, nec mihi adest, dum nihil dolet; nisi tamen adesset imago eius in memoria mea, nescirem, quid dicerem, nec eum in disputando a voluptate discernerem. Nomino salutem corporis, cum salvus sum corpore: adest mihi quidem res ipsa, verum tamen nisi et imago eius inesset in memoria mea, nullo modo

recordarer, quid huius nominis significaret sonus; nec aegrotantes agnoscerent salute nominata, quid esset dictum, nisi eadem imago vi memoriae teneretur, quamvis ipsa res abesset a corpore. Nomino numeros quibus numeramus, et adsunt in memoria mea non imagines eorum, sed ipsi. Nomino imaginem solis, et haec adest in memoria mea; neque enim imaginem imaginis eius, sed ipsam recolo; ipsa mihi reminiscenti praesto est. Nomino memoriam, et agnosco quod nomino. Et ubi agnosco nisi in ipsa memoria? Num et ipsa per imaginem suam sibi adest, ac non per se ipsam?

Cap. 16. Quid cum oblivionem nomino, atque itidem agnosco quod nomino, unde agnoscerem, nisi meminissem? Non eumdem sonum nominis dico, sed rem quam significat, quam si oblitus essem, quid ille valeret sonus, agnoscere utique non valerem. Ergo cum memoriam memini, per se ipsam sibi praesto est ipsa memoria; cum vero memini oblivionem, et memoria praesto est et oblivio, memoria qua meminerim, oblivio quam meminerim. Sed quid est oblivio nisi privatio memoriae? Quomodo ergo adest, ut eam meminerim, quando cum adest, meminisse non possum? At si quid meminimus, memoria retinemus: oblivionem autem nisi meminissemus, nequaquam possemus, audito isto nomine, rem quae illo significatur agnoscere. Memoria retinetur oblivio. Adest [1]) ergo, ne obliviscamur, quae cum adest, odliviscimur. An ex hoc intellegitur, non per se ipsam inesse memoriae, cum eam meminimus, sed per imaginem suam, quia si per se ipsam praesto esset oblivio, non ut meminissemus, sed ut oblivisceremur efficeret? Et hoc quis tandem indagabit? Quis comprehendet quomodo sit. Ego certe, Domine, laboro hic, et laboro in me ipso: factus sum mihi terra difficultatis et sudoris nimii. Neque enim nunc scrutamur plagas caeli, aut siderum intervalla demetimur, vel terrae libramenta quaerimus; ego sum, qui memini, ego animus. Non ita mirum, si a me longe est, quicquid ego non sum. Quid autem propinquius me ipso mihi? Et ecce memoriae meae vis non comprehenditur a me, cum ipsum me non dicam praeter illam [2]). Quid enim dicturus sum, quando mihi certum est meminisse me oblivionem? An dicturus sum non esse in memoria mea quod memini? An dicturus sum ad hoc inesse oblivionem in memoria mea, ut non obliviscar? Utrumque absurdissimum est. Quid illud tertium, quo pacto dicam imaginem oblivionis teneri memoria mea, non ipsam oblivionem, cum eam memini? Quo pacto et hoc dicam, quando quidem cum imprimitur rei cuiusque imago in memoria, prius necesse est, ut adsit res ipsa, unde illa imago possit imprimi? Sic enim Carthaginis memini, sic omnium locorum,

[1]) sc. oblivio. Смыслъ: забвеніе заключается въ нашей памяти—иначе оно исчезло бы—но, заключаясь, въ силу своего свойства, способствуетъ тому, что мы забываемъ другіе предметы.

[2]) т. е. безъ нея, памяти, я даже не могу назвать самого себя.

quibus interfui, sic facies hominum quas vidi, et ceterorum sensuum nuntiata: sic ipsius corporis salutem, sive dolorem. Cum praesto essent ista, cepit ab eis imagines memoria, quas intuerer praesentes, et retractarem animo, cum illa et absentia reminiscerer. Si ergo per imaginem suam, non per se ipsam in memoria tenetur oblivio, ipsa utique aderat, ut eius imago caperetur. Cum autem adesset, quomodo imaginem suam in memoria conscribebat [1]), quando id etiam, quod iam notatum invenit, praesentia sua delet oblivio? Et tamen quocumque modo, licet sit modus iste incomprehensibilis et inexplicabilis, etiam ipsam oblivionem meminisse me, certus sum, quia id quod meminerimus obruitur.

Cap. 17. Magna vis est memoriae, nescio quid horrendum, Deus meus, profunda et infinita multiplicitas; et hoc animus est, et hoc ego ipse sum. Quid ergo sum, Deus meus? Quae natura sum? Varia, multimoda vita, et immensa vehementer. Ecce in memoriae meae campis, et antris, et cavernis innumerabilibus atque innumerabiliter plenis innumerabilium rerum generibus, sive per imagines, sicut omnium corporum; sive per praesentiam, sicut artium; sive per nescio quas notiones vel notationes, sicut affectionum animi, quas et cum animus non patitur, memoria tenet, cum in animo sit, quicquid est in memoria: per haec omnia discurro et volito hac atque illac; penetro etiam quantum possum, et finis nusquam. Tanta vis est memoriae, tanta vitae vis est in homine vivente mortaliter! Quid igitur agam, tu vera mea vita, Deus meus? Transibo et hanc vim meam, quae memoriae vocatur, transibo eam, ut pertendam ad te, dulce lumen. Quid dicis mihi? Ecce ego ascendens per animum meum ad te, qui desuper mihi manes, transibo et istam vim meam, quae memoria vocatur, volens te attingere, unde attingi potes, et inhaerere tibi, unde inhaereri tibi potest. Habent enim memoriam et pecora et aves; alioquin non cubilia nidosve repeterent, non alia multa, quibus assuescunt; neque enim et assuescere valerent ullis rebus, nisi per memoriam. Transibo ergo et memoriam, ut attingam eum, qui separavit me a quadrupedibus, et volatilibus caeli sapientiorem me fecit. Transibo et memoriam. Et ubi te inveniam, vere bona et secura suavitas? Et ubi te inveniam?

Cap. 18. Si praeter [2]) memoriam meam te invenio, immemor tui sum. Et quomodo iam inveniam te, si memor non sum tui? Perdiderat enim mulier drachmam, et quaesivit eam cum lucerna [3]), et nisi memor eius esset, non inveniret eam. Cum enim esset inventa, unde sciret, utrum ipsa esset, si memor eius non esset? Multa memini me perdita quaesisse atque invenisse. Inde istud scio, quia cum quaererem aliquid eorum, et diceretur mihi: num forte hoc

[1]) = запечатлѣвать.

[2]) = внѣ.

[3]) Лук. 15. 18.

est? num forte illud? tam diu dicebam: non est, donec id offeretur, quod quaerebam. Cuius nisi memor essem, quicquid illud esset, etiam si mihi offerretur, non invenirem, quia non agnoscerem. Et semper ita fit, cum aliquid perditum quaerimus, et invenimus. Verum tamen si forte aliquid ab oculis perit, non a memoria, veluti corpus quodlibet visibile, tenetur intus imago eius, et quaeritur, donec reddatur aspectui. Quod cum inventum fuerit, ex imagine quae intus est recognoscitur; nec invenisse nos dicimus, quod perierat, si non agnoscimus; nec agnoscere possumus, si non meminimus. Sed hoc perierat quidem oculis; memoria tenebatur.

Cap. 19. Quid cum ipsa memoria perdit aliquid, sicut fit cum obliviscimur, et quaerimus, ut recordemur? Ubi tandem quaerimus, nisi in ipsa memoria? Et ibi si aliud pro alio forte offeratur, respuimus, donec illud occurrat, quod quaerimus, et cum occurrerit, dicimus: hoc est; quod non diceremus, nisi agnosceremus; nec agnosceremus, nisi meminissemus. Certe ergo obliti fueramus. An non totum exciderat? Sed ex parte, qua tenebatur, pars alia quaerebatur, quia sentiebat se memoria non simul volvere, quod simul solebat, et quasi detruncata consuetudine claudicans, reddi quod decrat flagitabat; tamquam si homo notus sive conspiciatur oculis, sive cogitetur, et nomen eius obliti requiramus, quicquid aliud occurrerit, non connectitur, quia non cum illo cogitari consuevit, ideoque respuitur, donec illud adsit, ubi simul assuefacta notitia non inaequaliter acquiescat. Et unde adest, nisi ex ipsa memoria? Nam et cum ab alio commoniti recognoscimus, inde adest. Non enim quasi novum credimus, sed recordantes approbamus hoc esse, quod dictum est. Si autem penitus aboleatur ex animo, nec admoniti, reminiscimur. Neque enim omnimodo adhac obliti sumus quod vel oblitos nos esse meminimus. Hoc ergo nec amissum quaerere poterimus, quod omnino obliti fuerimus.

Cap. 20. Quomodo ergo te quaero, Domine? Cum enim te Deum meum quaero, vitam beatam quaero. Quaeram te, ut vivat anima mea. Vivit enim corpus meum de anima mea, et vivit anima mea de te. Quomodo ergo quaero vitam beatam; quia non est mihi, donec dicam: sat est, illic ubi oportet ut dicam? Quomodo eam quaero? Utrum per recordationem, tamquam eam oblitus sim, oblitumque me esse adhuc teneam; an per appetitum discendi incognitam, sive quam numquam scierim, sive quam sic oblitus fuerim, ut me nec oblitum esse meminerim? Nonne ipsa est beata vita, quam omnes volunt, et omnino, qui nolit, nemo est? Ubi noverunt eam, quod sic volunt eam? Ubi viderunt, ut amarent eam? Nimirum habemus eam, nescio quomodo. Et est alius quidam modus, quo quisque, cum habet eam, tunc beatus est. Et sunt qui spe beati sunt. Inferiore modo isti habent eam, quam illi, qui iam re ipsa beati sunt; sed tamen meliores quam illi, qui nec re, nec spe beati sunt; qui tamen etiam ipsi, nisi aliquo modo haberent eam, non ita vellent beati

esse, quod eos velle certisssimum est. Nescio quomodo noverunt eam; ideoque habent eam in nescio qua notitia, de qua satago, utrum in memoria sit; quia si ibi est, iam beati fuimus aliquando. Utrum singillatim omnes, an illo homine, qui primus peccavit, in quo et omnes mortui sumus, et de quo omnes cum miseria nati sumus, non quaero nunc, sed quaero, utrum in memoria sit beata vita. Neque enim amaremus eam, nisi nossemus. Audimus nomen hoc, et rem ipsam omnes nos appetere fatemur; non enim sono delectamur. Nam hoc cum Latine audit Graecus, non delectatur, quia ignorat, quid dictum sit: nos autem delectamur, sicut etiam ille, si Graece hoc audierit; quoniam res ipsa nec Graeca nec Latina est, cui adipiscendae Graeci Latinique inhiant, ceterarumque linguarum homines. Nota est igitur omnibus, quia una voce, si interrogari possent, utrum beati esse vellent, sine ulla dubitatione velle responderent. Quod non fieret, nisi res ipsa, cuius hoc nomen est, eorum memoria teneretur.

Cap. 21. Numquid ita, ut meminit Carthaginem, qui vidit? Non. Vita enim beata non videtur oculis, quia non est corpus. Numquid sicut meminimus numeros? Non. Hos enim qui habet in notitia, non adhuc quaerit adipisci; vitam vero beatam habemus in notitia, ideoque amamus eam, et tamen adhuc adipisci eam volumus, ut beati simus. Numquid sicut meminimus eloquentiam? Non. Quamvis enim hoc nomine audito recordentur ipsam rem, qui etiam nondum sunt eloquentes, multique esse cupiant, unde apparet eam esse in eorum notitia; tamen per corporis sensus alios eloquentes animadverterunt, et delectati sunt, et hoc esse desiderant, quamquam nisi ex interiore notitia non delectarentur, neque hoc esse vellent, nisi delectarentur. Beatam vero vitam nullo sensu corporis in aliis experimur. Numquid sicut meminimus gaudium? Fortasse ita. Nam gaudium meum etiam tristis memini, sicut vitam beatam miser; neque umquam corporis sensu gaudium meum vel vidi, vel audivi, vel odoratus sum, vel gustavi, vel tetigi, sed expertus sum in animo meo, quando laetatus sum; et adhaesit eius notitia memoriae meae, ut id reminisci valeam aliquando cum aspernatione, aliquando cum desiderio, pro earum rerum diversitate, de quibus me gavisum esse memini. Nam et de turpibus gaudio quodam perfusus sum, quod nunc recordans detestor atque exsecror; aliquando de bonis et honestis, quod desiderans recolo, tametsi forte non adsunt, et ideo tristis gaudium pristinum recolo. Ubi ergo et quando expertus sum vitam meam beatam, ut recorder eam, et amem, et desiderem? Nec ego tantum, aut cum paucis, sed beati prorsus omnes esse volumus. Quod nisi certa notitia nossemus, non tam certa voluntate vellemus. Sed quid est hoc, quod si quaeratur a duobus, utrum militare velint, fieri possit, ut alter eorum velle se, alter nolle respondeat; si autem ab eis quaeratur, utrum beati esse velint, fieri possit, ut uterque statim se sine ulla dubitatione dicat optare, nec ob aliud

velit ille militare, nec ob aliud iste nolit, nisi ut beati sint? Num forte, quoniam alius hinc, alius inde gaudet, ita se omnes beatos esse velle consonant, quemadmodum consonarent, si hoc interrogarentur, se velle gaudere; atque ipsum gaudium vitam beatam vocant? Quod et si alius hinc, alius illinc assequitur, unum est tamen, quo pervenire omnes nituntur, ut gaudeant. Quae quoniam res est, quam se expertum non esse nemo potest dicere, propterea reperta in memoria recognoscitur, quando beatae vitae nomen auditur.

Cap. 22. Absit, Domine, absit a corde servi tui, qui confitetur tibi, absit, ut, quocumque gaudio gaudeam, beatum me putem. Est enim gaudium, quod non datur impiis, sed eis, qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es. Et ipsa est beata vita gaudere ad te, de te, propter te: ipsa est, et non altera. Qui autem aliam putant esse, aliud sectantur gaudium, neque ipsum verum. Ab aliqua tamen imagine gaudii voluntas eorum non avertitur.

Cap. 23. Non ergo certum est, quod omnes esse beati volunt, quoniam qui non de te gaudere volunt, quae sola vita beata est, non utique vitam beatam volunt. An omnes hoc volunt? Sed quoniam caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non faciant quod volunt, cadunt in id quod valent, eoque contenti sunt; quia illud, quod non valent, non tantum volunt, quantum sat est, ut valeant. Nam quaero ab omnibus, utrum malint de veritate, quam de falsitate gaudere. Tam non dubitant dicere, de veritate se malle, quam non dubitant dicere, beatos esse se velle. Beata quippe vita est gaudium de veritate. Hoc est enim gaudium de te, qui viritas es, Deus, illuminatio mea, salus faciei meae, Deus meus. Hanc vitam beatam omnes volunt, hanc vitam, quae sola beata est, omnes volunt: gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus sum, qui vellent fallere, qui autem falli, neminem. Ubi ergo noverunt hanc vitam beatam, nisi ubi noverunt etiam veritatem? Amant enim et ipsam, quia falli nolunt. Et cum amant beatam vitam, quod non est aliud, quam de veritate gaudium, utique amant etiam veritatem; nec amarent, nisi esset aliqua notitia eius in memoria eorum. Cur ergo non de illa gaudent? Cur non beati sunt? Quia fortius occupantur in aliis, quae potius eos faciunt miseros, quam illud beatos, quod tenuiter meminerunt. Adhuc enim modicum lumen est in hominibus. Ambulent, ambulent, ne eos tenebrae comprehendant [1]). Cur autem veritas parit odium, et inimicus eis factus est homo tuus verum praedicans, cum ametur beata vita, quae non est nisi gaudium de veritate; nisi quia sic amatur veritas, ut quicumque aliud amant, hoc quod amant velint esse veritatem; et quia falli nolunt, nolunt convinci, quod falsi sint? Itaque propter eam rem oderunt veritatem, quam pro veritate amant. Amant eam lucentem, oderunt eam redarguentem. Quia enim falli nolunt et fallere volunt, amant eam, cum se ipsa indicat, et oderunt eam, cum eos ipsos indicat. Inde retribuet eis, ut qui se ab ea manifestari nolunt, et eos nolentes manifestet, et eis ipsa non sit manifesta. Sic, sic etiam, sic animus humanus etiam, sic caecus et languidus, turpis atque indecens latere vult; se autem ut lateat aliquid, non vult. Contra illi redditur, ut ipse non lateat veritatem, ipsum autem veritas lateat. Tamen etiam sic dum miser est, veris mavult gaudere quam falsis. Beatus ergo erit, si nulla interpellante molestia de ipsa, per quam vera sunt omnia, sola veritate gaudebit.

[1]) Ioan. 12. 35.

Cap. 24. Ecce quantum spatiatus sum in memoria mea, quaerens te, Domine, et non te inveni extra eam. Neque enim aliquid de te inveni, quod non meminissem, ex quo didici te. Nam ex quo didici te, non sum oblitus tui. Ubi enim inveni veritatem, ibi inveni Deum meum, ipsam veritatem, quam, ex quo didici, non sum oblitus. Itaque ex quo didici te, manes in memoria mea, et illic te invenio, cum reminiscor tui, et delector in te. Hae sunt sanctae deliciae meae, quas donasti mihi misericordia tua, respiciens paupertatem meam.

Cap. 25. Sed ubi manes in memoria mea, Domine? Ubi illic manes? Quale cubile fabricasti illic tibi? Quale sanctuarium aedificasti tibi? Tu dedisti hanc dignationem memoriae meae, ut maneas in ea; sed in qua eius parte maneas, hoc considero. Transscendi enim partes eius, quas habent et bestiae, cum te recordarer; quia non ibi te inveniebam inter imagines rerum corporalium, et veni ad partes eius, ubi commendavi affectiones animi mei, nec illic inveni te. Et intravi ad ipsius animi mei sedem, quae illi est in memoria mea, quoniam sui quoque meminit animus, nec ibi tu eras; quia sicut non es imago corporalis, nec affectio viventis, qualis est, cum laetamur, contristamur, cupimus, metuimus, meminimus, obliviscimur et quicquid huiusmodi est: ita nec ipse animus est, quia Dominus Deus animi tu es. Et commutantur haec omnia, tu autem incommutabilis manes super omnia, et dignatus es habitare in memoria mea, ex quo te didici. Et quid quaero, quo loco eius habites, quasi vero loca ibi sint? Habitas certe in ea, quoniam tui memini, ex quo te didici; et in ea te invenio, cum recordor te.

Cap. 26. Ubi ergo te inveni, ut discerem te? Neque enim iam eras in memoria mea, priusquam te discerem. Ubi ergo inveni te, ut discerem te, nisi in te supra me? Et nusquam locus, et recedimus, et accedimus, et nusquam locus. Ubique veritas praesides omnibus consulentibus te, simulque respondes omnibus, etiam diversa consulentibus. Liquide tu respondes, sed non liquide omnes audiunt. Omnes, unde [1]) volunt, consulunt; sed non semper, quod volunt, audiunt. Optimus minister tuus est, qui non magis intuetur hoc a

[1]) = de quo.

te audire, quod ipse voluerit, sed potius hoc velle, quod a te audierit.

Cap. 27. Sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova, sero te amavi. Et ecce intus eras, et ego foris, et ibi te quaerebam; et in ista formosa, quae fecisti, deformis irruebam. Mecum eras, et tecum non eram. Ea me tenebant longe a te, quae, si in te non essent, non essent. Vocasti, et clamasti, et rupisti surditatem meam. Coruscasti, splenduisti et fugasti caecitatem meam. Fragrasti, et duxi spiritum, et anhelo tibi. Gustavi, et esurio, et sitio. Tetigisti me, et exarsi in pacem tuam.

Cap. 28. Cum inhaesero tibi ex omni me [1]), nusquam erit mihi dolor et labor; et vita erit vita mea, tota plena te. Nunc autem quoniam, quem tu imples, sublevas eum, quoniam tui plenus non sum, oneri mihi sum. Contendunt laetitiae meae flendae cum laetandis moeroribus, et ex qua parte stet victoria, nescio. Hei mihi, Domine, miserere mei. Contendunt moerores mei mali cum gaudiis bonis, et ex qua parte stet victoria, nescio. Hei mihi, Domine, miserere mihi, hei mihi! Ecce vulnera mea non abscondo. Medicus es, aeger sum; misericors es, miser sum. Numquid non tentatio est vita humana super terram? Quis velit molestias et difficultates? Tolerari iubes eas, non amari. Nemo, quod tolerat, amat, etsi tolerare amat. Qnamvis enim gaudeat se tolerare, mavult tamen non esse, quod toleret. Prospera in adversis desidero, adversa in prosperis timeo. Quis inter haec medius locus, ubi non sit humana vita tentatio? Vae prosperitatibus seculi, semel et iterum, a timore adversitatis et a corruptione laetitiae! Vae adversitatibus seculi, semel et iterum et tertio, a desiderio prosperitatis, et quia ipsa adversitas dura est, et naufragat tolerantia! Numquid non tentatio est vita humana super terram sine ullo interstitio?

Cap. 29. Et tota spes mea non nisi in magna valde misericordia tua. Da quod iubes, et iube quod vis. Imperas nobis continentiam. Et cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det; et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum [2]). Per continentiam quippe colligimur et redigimur in unum, a quo in multa defluximus. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui semper ardes, et numquam exstingueris, caritas, Deus meus, accende me. Continentiam iubes. Da quod iubes, et iube quod vis.

Cap. 30. Iubes certe, ut contineam [3]) a concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et ambitione seculi [4])...

[1]) т. е. всѣми силами моей души.
[2]) Прем. 8. 21.
[3]) = abstineam.
[4]) 1 Іоан. 2. 16.

Cap. 31. Est alia malitia diei [1]), quae utinam sufficiat ei. Reficimus enim quotidianas ruinas corporis edendo et bibendo, priusquam escas et ventrem destruas, cum occideris indigentiam meam satietate mirifica, et corruptibile [2]) hoc indueris incorruptione sempiterna [3]). Nunc autem suavis est mihi necessitas; et adversus istam suavitatem pugno, ne capiar, et quotidianum bellum gero in ieiuniis, saepius in servitutem redigens corpus meum, et dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames et sitis quidam dolores sunt: urunt, et sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat. Quae quoniam praesto est ex consolatione munerum tuorum, in quibus nostrae infirmitati terra et aqua et caelum [4]) serviunt, calamitas deliciae vocantur. Hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentiae molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiae. Ipse enim transitus voluptas est, et non est alius, qua transeatur, quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi et bibendi, adiungit se tamquam pedissequa periculosa iucunditas, et plerumque praeire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo; nec idem modus utriusque est. Nam quod saluti satis est, delectationi parum est. Et saepe incertum fit, utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infelix anima, et in eo praeparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere, quid satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, et invoco dexteram tuam ad salutem meam, et ad te refero aestus meos, quia consilium mihi de hac re nondum stat. Audio vocem iubentis Dei mei: Non graventur corda vestra in crapula et ebrietate [5]). Ebrietas longe est a me; misereberis, ne appropinquet mihi. Crapula autem nonnumquam subrepit servo tuo; misereberis, ut longe fiat a me. Nemo enim potest esse continens, nisi tu des. Multa nobis orantibus tribuis; et quicquid boni, antequam oraremus, accepimus, a te accepimus; et ut hoc postea cognosceremus, a te accepimus. Ebriosus numquam fui, sed ebriosos a te sobrios factos ego novi. Ergo a te factum est, ut hoc non essent qui numquam fuerunt; a quo factum est, ut hoc non essent, qui fuerunt; a quo etiam factum est, ut scirent utrique, a quo factum est. Audivi aliam vocem tuam: Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere [6]). Audivi et illam ex mu-

[1]) «лукавствомъ дня» называется здѣсь ежедневное житейское искушеніе. Августинъ желаетъ, чтобы это было единственнымъ искушеніемъ.
[2]) = φθαρτός.
[3]) 1 Кор. 15. 53.
[4]) = aër.
[5]) Лук. 21. 34.
[6]) Сирах. 18. 30.

nere tuo, quam multum amavi: Neque si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deerit nobis [1]). Hoc est dicere, nec illa res me copiosum faciet, nec illa aerumnosum. Audivi et alteram: Ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse: et abundare novi, et penuriam pati novi; omnia possum in eo, qui me confortat [2]). Ecce miles castrorum caelestium, non pulvis, quod nos sumus. Sed memento, Domine, quia pulvis sumus, et de pulvere fecisti hominem, et perierat, et inventus est. Nec ille [3]) in se potuit, quia idem pulvis fuit, quem talia dicentem afflatu tuae inspirationis adamavi. Omnia possum, inquit, in eo, qui me confortat. Conforta me, ut possim. Da quod iubes, et iube quod vis. Iste se accepisse confitetur, et quod gloriatur, in Domino gloriatur. Audivi alium rogantem, ut accipiat: Aufer a me, inquit, concupiscentias ventris [4]. Unde apparet, sancte Deus meus, te dare, cum fit, quod imperas fieri. Docuisti me, pater bone, omnia munda mundis; sed malum esse homini, qui per offensionem manducat [5]); et omnem creaturam tuam bonam esse, nihilque abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur [6]); et quia esca nos non commendat Deo [7]); et ut nemo nos iudicet in cibo, aut in potu [8]); et, ut qui manducat, non manducantem non spernat; et qui non manducat, manducantem non iudicet [9]). Didici haec; gratias tibi, laudes tibi, Deo meo, magistro meo, pulsatori aurium mearum, illustratori cordis mei. Eripe me ab omni tentatione. Non ego immunditiam opsonii timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio, Noë omne carnis genus, quod cibo esset usui, manducare permissum; Eliam cibo carnis refectum; Iohannem, mirabili abstinentia praeditum, animalibus, hoc est, locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio, Esau lenticulae concupiscentia deceptum; et David propter aquae desiderium a se ipso reprehensum; et regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum. Ideoque et populus in eremo, non quia carnes desideravit, sed quia escae desiderio adversus Dominum murmuravit, meruit improbari. In his ergo tentationibus positus certo quotidie adversus concupiscentiam manducandi et bibendi. Non enim est, quod semel praecidere et ulterius non attingere decernam... Itaque freni gutturis temperata relaxatione et constrictione tenendi sunt. Et quis est, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est; magnificet nomen tuum. Ego autem non sum,

[1]) Кор. 8. 8.
[2]) Филип. 4. 11 сл.
[3]) Ап. Павелъ.
[4]) Сирах. 23. 5.
[5]) Римл. 14. 20.
[6]) 1 Тим. 4. 4.
[7]) 1 Кор. 8. 8.
[8]) Колос. 2. 16.
[9]) Римл. 14. 3.

quia peccator homo sum. Sed et ego magnifico nomen tuum; et interpellat te pro peccatis meis qui vicit seculum, numerans me inter infirma membra corporis sui; quia et imperfectum eius viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur [1]).

Cap. 32. De illecebra odorum non satago nimis. Cum absunt, non requiro, cum adsunt, non respuo, paratus etiam eis semper carere. Ita mihi videor: fortasse fallor. Sunt enim et istae plangendae tenebrae, in quibus me latet facultas mea, quae in me est, ut animus meus de viribus suis ipse se interrogans, non facile sibi credendum existimet, quia et quod inest, plerumque occultum est, nisi experientia manifestetur. Et nemo securus esse debet in ista vita, quae tota tentatio nominatur: utrum qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Una spes, una fiducia, una firma promissio, misericordia tua.

Cap. 33. Voluptates aurium tenacius me implicaverant et subiugaverant: sed resolvisti, et liberasti me. Nunc in sonis, quos animant eloquia tua, cum suavi et artificiosa voce cantantur, fateor, aliquantulum acquiesco, non quidem ut haeream, sed ut surgam, cum volo. At tamen cum ipsis sententiis, quibus vivunt, ut admittantur ad me, quaerunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, et vix eis praebeo congruentem. Aliquando enim plus mihi videor honoris eis tribuere quam decet, dum ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius sentio moveri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur; et omnes affectus spiritus nostri pro sui diversitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meae, cui mentem enervandam non oportet dari, saepe me fallit, dum rationem sensus non ita comitatur, ut patienter sit posterior; ut tantum quia propter illam meruit admitti, etiam praecurrere ac ducere conatur. Ita in his pecco non sentiens; sed postea sentio. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatius cavens erro nimia severitate; sed valde interdum, ut melos [2]) omne cantilenarum suavium, quibus Davidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim, atque ipsius ecclesiae, tutiusque mihi videtur, quod de Alexandrino episcopo Athanasio [3]) saepe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti. Verum tamen cum reminiscor lacrimas meas, quas fudi ad cantus ecclesiae tuae in primordiis recuperatae fidei meae, et nunc ipso quod moveor non cantu, sed rebus, quae cantantur, cum liquida voce et convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius utilitatem

[1]) Псал. 138. 16.
[2]) = мелодія.
[3]) Св. Аѳанасій Великій, епископъ Александрійскій, IV в., знаменитый своею борьбою съ Аріанствомъ.

rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis et experimentum salubritatis; magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat: tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quam res, quae canitur, moveat, poenaliter [1]) me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem. Ecce ubi sum. Flete mecum, et pro me flete, qui aliquid boni vobiscum intus agitis, unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent. Tu autem, Domine Deus meus, exaudi, respice, et vide, et miserere, et sana me, in cuius oculis mihi quaestio factus sum [2]), et ipse est languor meus [3]).

Cap. 34. Restat voluptas oculorum istorum carnis meae, de qua loquar confessiones, quas audiant aures templi tui [4]), aures fraternae ac piae, ut concludamus tentationes concupiscentiae carnis, quae me adhuc pulsant ingemiscentem, et habitaculum meum, quod de caelo est, superindui cupientem [5]). Pulchras formas et varias, nitidos et amoenos colores amant oculi. Non teneant haec animam meam; teneat eam Deus, qui fecit haec, bona quidem valde; se ipse est bonum meum, non haec. Et tangunt me vigilantem totis diebus, nec requies ab eis datur mihi, sicut datur a vocibus canoris aliquando ab omnibus in silentio. Ipsa enim regina colorum lux ista, perfundens cuncta, quae cernimus, ubi ubi per diem fuero, multimodo allapsu [6]) blanditur mihi aliud agenti, et eam non advertenti. Insinuat autem se ita vehementer, ut si reponte subtrahatur, cum desiderio requiratur; et si diu absit, contristat animum. O lux, quam videbat Tobias, cum clausis oculis istis [7]) filium docebat vitae viam, et ei praeibat pede caritatis nusquam errans; aut quam videbat Isaac praegravatis et opertis senectute carneis luminibus, cum filios non agnoscendo benedicere, sed benedicendo agnoscere meruit; aut quam videbat Iacob, cum et ipse prae grandi aetate captus oculis, in filiis praesignata futuri populi genera luminoso corde radiavit [8]), et nepotibus suis ex Ioseph divexas [9]) mystice manus non sicut pater eorum foris corrigebat [10]), sed sicut ipse intus discernebat, imposuit! Ipsa est lux, una est, et unum [11]) omnes qui vident et amant eam. At ista corporalis, de qua loquebar, illecebrosa ac periculosa dulcedine condit [12]) vitam seculi caecis amatoribus. Qui autem et de ipsa laudare

[1]) = заслуживъ наказаніе.
[2]) я самъ сдѣлалъ себя предметомъ разслѣдованія.
[3]) т. е. et in cuius oculis est ipse languor meus.
[4]) тѣхъ, изъ кого Ты сдѣлалъ Себѣ храмы.
[5]) 2 Кор. 5. 2. Superinduere = ἐπενδύσιν.
[6]) = впечатлѣнія.
[7]) sc. carnalibus.
[8]) = освѣтилъ, въ блескѣ узрѣлъ.
[9]) положенный крестъ на крестъ.
[10]) = направлять.
[11]) sc. sunt.
[12]) отъ condire.

te norunt, Deus creator omnium, assumunt eam in hymno tuo, non absumuntur ab ea in somno suo: sic esse cupio. Resisto seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuam; et erigo ad te invisibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos [1]). Tu subinde [2]) evellis eos, nam illaqueantur. Tu non cessas evellere, ego autem crebro haereo in ubique sparsis insidiis; quoniam non dormies, neque dormitabis, qui custodis Israël [3]). Quam innumerabilia variis artibus et opificiis in vestibus, calceamentis, vasis, et cuiuscemodi fabricationibus, picturis etiam, diversisque figmentis, atque his usum necessarium atque moderatum et piam significationem [4]) longe transgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras sequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti sunt, et exterminantes quod facti sunt. At ego, Deus meus et decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, et sacrifico laudem sanctificatori meo; quoniam pulchra traiecta per animas in manus artificiosas [5]) ab illa pulchritudine veniunt, quae super animas est, cui suspirat anima mea die ac nocte. Sed pulchritudinum exteriorum operatores et sectatores inde trahunt approbandi modum, non autem inde trahunt utendi modum. Et ibi est, et non vident eum, ut non eant longius, et fortitudinem [6]) suam de te custodiant, nec eam spargant in deliciosas lassitudines [7]). Ego autem haec loquens atque discernens etiam istis pulchris gressum innecto [8]), sed tu evellis, Domine, evellis tu, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Nam et ego capior miserabiliter, et tu evellis misericorditer aliquando non sentientem, quia suspensius [9]) incideram, aliquando cum dolore, quia iam inhaeseram.

Cap. 35. Huc accedit alia forma tentationis multiplicius periculosa. Praeter eam enim concupiscentiam carnis, quae inest in delectatione omnium sensuum et voluptatum, cui servientes depereunt, qui longe se faciunt a te, inest animae per eosdem sensus corporis quaedam non se oblectandi in carne, sed experiendi per carnem vana et curiosa cupiditas, nomine cognitionis et scientiae palliata [10]). Quae quoniam in appetitu noscendi est, oculi autem sunt ad cognoscendum in sensibus principes, concupiscentia oculorum eloquio divino appellata est [11]). Ad oculos enim proprie videre perti-

[1]) Псал. 24. 15.
[2]) = saepe.
[3]) Псал. 120. 4.
[4]) благочестивое назначеніе.
[5]) т. е. прекрасныя произведенія являются сперва въ видѣ образовъ въ душѣ художника и затѣмъ уже исполняются его руками.
[6]) силы своего ума, таланта.
[7]) ибо ложныя наслажденія влекутъ за собою усталость и пресыщеніе.
[8]) какъ въ силкахъ.
[9]) = suspenso animo.
[10]) съ намекомъ на pallium, длинную и широкую одежду, употреблявшуюся преимущественно философами.
[11]) 1 Іоан. 2. 16.

net. Utimur autem hoc verbo etiam in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus. Neque enim dicimus: audi, quid rutilet; aut: olfac, quam niteat; aut: gusta, quam splendeat; aut: palpa, quam fulgeat. Videri enim dicuntur haec omnia. Dicimus autem non solum: vide, quid luceat, quod soli oculi sentire possunt; sed etiam: vide, quid sonet; vide, quid oleat; vide, quid sapiat; vide, quam durum sit. Ideoque generalis experientia sensuum concupiscentia (sicut dictum est) oculorum vocatur, quia videndi officium, in quo primatum oculi tenent, etiam ceteri sensus sibi de similitudine usurpant, cum aliquid cognitionis explorant. Ex hoc autem evidentius discernitur, quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus: quod voluptas pulchra, canora, suavia, sapida, lenia sectatur; curiositas autem etiam his contraria tentandi causa, non ad subeundam molestiam, sed experiendi noscendique libidine. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadavere quod exhorreas? Et tamen sicubi iaceat, concurrunt, ut contristentur, ut palleant. Timent etiam, ne in somnis hoc videant; quasi quisquam eos vigilantes videre coëgerit, aut pulchritudinis ulla fama persuaserit. Ita et in ceteris sensibus, quae persequi longum est. Ex hoc morbo cupiditatis in spectaculis exhibentur quaeque miracula. Hinc ad perscrutanda naturae (quae praeter nos est [1]) operta proceditur, quae scire nihil prodest, et nihil aliud quam scire homines cupiunt. Hinc etiam, si quid eodem perversae scientiae fine per artes magicas quaeritur. Hinc etiam in ipsa religione Deus tentatur, cum signa et prodigia flagitantur, non ad aliquam salutem, sed ad solam experientiam desiderata. In hac tam immensa silva plena insidiarum et periculorum, ecce multa praeciderim et a meo corde dispulerim, sicuti donasti me facere, Deus salutis meae. At tamen quando audeo dicere, cum circumquaque [2]) quotidianam vitam nostram tam multa huius generis rerum circumstrepant, quando audeo dicere, nulla re tali me intentum fieri ad spectandum et vana cura capiendum? Sane me iam theatra non rapiunt, nec caro nosse transitus siderum, nec anima mea umquam responsa quaesivit umbrarum; omnia sacrilega sacramenta [3]) detestor. A te, Domine Deus meus, cui humilem famulatum ac simplicem debeo, quantis mecum suggestionum [4]) machinationibus agit inimicus, ut signum aliquod petam? Sed obsecro te per regem nostrum, et patriam Hierusalem, simplicem, castam, ut quemadmodum a me longe est ista consensio [5]), ita sit semper longe atque longius. Pro salute autem cuiusquam cum te rogo, alius multum differens finis est intentionis [6]) meae, et te facientem quod vis,

[1]) которыя до насъ не касаются.
[2]) sc. parte, regione = кругомъ, всюду.
[3]) = mysteria.
[4]) = внушеніе.
[5]) согласіе на это вражеское искушеніе.
[6]) = consilium; сл. франц. intention.

das mihi et dabis libenter sequi. Verum tamen in quam multis minutissimis et contemptibilibus [1]) rebus curiositas quotidie nostra tentatur! Et quam saepe labamur, quis enumerat? Quotiens narrantes inania primo quasi toleramus, ne offendamus infirmos, deinde paulatim libenter advertimus? Canem currentem post leporem iam non specto, cum in circo fit; at vero in agro, si casu transeam, avertit me fortassis et ab aliqua magna cogitatione atque ad se converit illa venatio, non deviare cogens corpore iumenti, sed cordis inclinatione. Et nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea cito admoneas, aut ex ipsa visione per aliquam considerationem in te assurgere, aut totum contemnere atque transire, vanus hebesco. Quid cum me domi sedentem stellio muscas captans, vel aranea retibus suis irruentes implicans, saepe intentum facit? Num quia parva sunt animalia, ideo non res eadem geritur? Pergo inde ad laudandum te creatorem mirificum atque ordinatorem rerum omnium; sed non inde intentus esse incipio. Aliud est cito surgere, aliud est non cadere. Et talibus vita mea plena est, et una spes mea magna valde misericordia tua. Cum enim huiuscemodi rerum conceptaculum fit cor nostrum, et portat copiosae vanitatis catervas, hinc et orationes nostrae saepe interrumpuntur atque turbantur, et ante conspectum tuum, dum ad aures tuas vocem cordis intendimus, nescio unde irruentibus nugatoriis cogitationibus, res tanta praeciditur.

Cap. 36. Numquid etiam hoc inter contemnenda deputabimus, aut aliquid nos reducet in spem, nisi tota misericordia tua, quoniam coepisti mutare nos? Et tu scis, quanta ex parte mutaveris, qui me primitus sanas a libidine vindicandi me, ut propitius fias etiam ceteris omnibus iniquitatibus meis, et sanes omnes languores meos, et redimas de corruptione vitam meam, et corones me in miseratione et misericordia [2]), et saties in bonis desiderium meum; qui compressisti timore tuo superbiam meam, et mansuefecisti iugo tuo cervicem meam. Et nunc porro illud, et lene est mihi, quoniam sic promisisti et fecisti; et vere sic erat, et nesciebam, quando id sibire metuebam. Sed numquid, Domine, qui solus sine typho [3]) dominaris, quia solus verus Dominus es, qui non habes dominum, numquid hoc quoque tertium tentationis genus cessavit a me, aut cessare in hac tota vita potest: timeri et amari velle ab hominibus, non propter aliud, sed ut inde sit gaudium, quod non est gaudium? Misera vita est et foeda iactantia. Hinc fit vel maxime non amare te, nec caste timere te. Ideoque tu superbis resistis, humilibus autem das gratiam [4]) et intonas super ambitiones seculi, et contremunt fundamenta montium. Itaque nobis, quoniam propter quaedam

[1]) = dignis contemptu.
[2]) Псал. 102. 4.
[3]) = superbia.
[4]) Іак. 4. 6.

humanae societatis officia necessarium est amari et timeri ab hominibus, instat adversarius verae beatitudinis nostrae, ubique spargens in laqueis: euge, euge! [1]), ut dum avide colligimus, incaute capiamur, et a veritate tua gaudium nostrum deponamus, atque in hominum fallacia ponamus; libeatque nos amari et timeri non propter te, sed pro te; atque isto modo sui similes factos secum habeat, non ad concordiam caritatis, sed ad consortium supplicii, qui statuit sedem suam ponere in aquilone [2]), ut te perversa et distorta via imitanti tenebrosi frigidique servirent. Nos autem, Domine, pusillus grex tuas ecce sumus [3]); tu nos posside. Praetende alas tuas, et fugiamus sub eas. Gloria nostra tu esto; propter te amemur, et verbum tuum timeatur in nobis. Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, nec eripietur damnante te. Cum autem non peccator laudatur in desideriis animae suae, nec qui iniqua gerit benedicitur [4]) sed laudatur homo propter aliquod donum, quod dedisti ei, at ille plus gaudet sibi laudari se, quam ipsum donum habere unde laudatur, etiam iste te vituperante laudatur. Et melior iam ille, qui laudavit, quam iste, qui laudatus est. Illi enim placuit in homine donum Dei, huic amplius placuit donum hominis, quam Dei.

Cap. 37. Tentamur his tentationibus quotidie, Domine; sine cessatione tentamur. Quotidiana fornax nostra est humana lingua [5]). Imperas nobis et in hoc genere continentiam. Da quod iubes, et iube quod vis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, et flumina oculorum meorum. Neque enim facile colligo, quam sim ab ista peste mundatior [6]), et multum timeo occulta mea, quae norunt oculi tui, mei autem non. Est enim qualiscumque in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me; in hoc paene nulla est. Nam et a voluptatibus carnis, et a curiositate supervacanea cognoscendi, video, quantum assecutus sim posse refrenare animum meum, cum eis rebus careo, vel voluntate, vel cum absunt. Tunc enim me interrogo, quam magis minusve mihi molestum sit non habere. Divitiae vero, quae ob hoc expetuntur, ut alicui istarum trium cupiditatum, vel duabus earum, vel omnibus serviant, si persentiscere non potest animus, utrum eas habens contemnat, possunt et dimitti, ut se probet. Laude vero ut careamus, atque in eo experiamur, quid possumus? Numquid male vivendum est, et tam perdite atque immaniter, ut nemo nos noverit, qui non detestetur? Quae maior dementia dici aut cogitari potest? At si bonae vitae bonorumque

[1]) euge (знакъ одобренія и поощренія) есть объектъ къ spargens.
[2]) Ис. 14. 13.
[3]) Лук. 12. 32.
[4]) Псал. 10. 3.
[5]) т. е. человѣческія рѣчи служатъ горниломъ, въ которомъ мы ежедневно испытуемся.
[6]) = magis mundus.

operum comes et solet et dedet esse laudatio, tam comitatum eius, quam ipsam bonam vitam deseri non oportet. Non autem sentio, sine quo esse aut aequo animo, aut aegre possim, nisi cum abfuerit. Quid igitur tibi in hoc genere tentationis, Domine, confiteor? Quid, nisi delectari me laudibus; sed amplius ipsa veritate, quam laudibus? Nam si mihi proponatur, utrum malim furens aut in omnibus rebus errans ab omnibus hominibus laudari, an constans et in veritate certissimus ab omnibus vituperari, video quid eligam. Verum tamen nollem, ut vel augeret mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragatio oris alieni. Sed auget (fateor) non solum, sed et vituperatio minuit. Et cum ista miseria mea perturbor, subintrat [1]) mihi excusatio, quae qualis sit, tu scis, Deus; nam me incertum facit. Quia enim nobis imperasti non tantum continentiam, id est, a quibus rebus amorem cohibeamus, verum etiam iustitiam, id est, quo eum conferamus, nec te tantum voluisti a nobis, verum etiam proximum diligi: saepe mihi videor de profectu aut spe proximi delectari, cum bene intellegentis laude delector, et rursus eius malo contristari, cum eum audio vituperare, quod aut ignorat, aut bonum est. Nam et contristor aliquando laudibus meis, cum vel ea laudantur in me, in quibus ipse mihi displiceo; vel etiam bona minora et levia pluris aestimatur, quam aestimanda sunt. Sed rursus unde scio. An propterea sic afficior, quia nolo de me ipso a me dissentire laudatorem meum; non quia illius utilitate moveor, sed quia eadem bona, quae mihi in me placent, iucundiora mihi sunt, cum et alteri placent? Quodam modo enim non ego laudor, cum de me sententia mea non laudatur, quando quidem aut illa laudantur, quae mihi visplicent, aut illa amplius, quae mihi minus placent. Ergone de hoc incertus sum mei? Ecce in te, veritas, video, non me laudibus meis propter me, sed propter proximi utilitatem moveri oportere. Et utrum ita sit nescio. Minus mihi in hac re notus sum ipse, quam tu. Obsecro te, Deus meus, et me ipsum mihi indica, ut confitear oraturis pro me fratribus meis, quod in me saucium comperero. Iterum me diligentius interrogem. Si utlitate proximi moveor in laudibus meis, cur minus moveor, si quisquam alius iniuste vituperetur, quam si ego. Cur ea contumelia magis mordeor, quae in me, quam quae in alium eadem iniquitate coram me iacitur? An et hoc nescio? Etiamne id restat, ut ipse me seducam, et verum non faciam coram te in corde et lingua mea? Insaniam istam, Domine, longe fac a me, ne oleum peccatoris mihi sit os meam ad impinguandum caput meum [2]). Egenus et pauper ego sum [3]), et melior in occulto gemitu pisplicens mihi, et quaerens mi-

[1]) παρεισέρχεσθαι.
[2]) Псал. 140. 5. Impinguare = λιπαίνειν.
[3]) Псал. 108. 22.

sericordiam tuam, donec reficiatur defectus meus, et perficiatur usque in pacem, quam nescit arrogantis oculus.

Cap. 38. Sermo autem ore procedens, et facta, quae innotescunt hominibus, habent tentationem periculosissimam ab amore laudis, qui ad privatam [1]) quamdam excellentiam contrahit emendicata suffragia; tentam et cum a me in me arguitur eo ipso, quo arguitur. Et saepe homo de ipso vanae gloriae contemptu vanius gloriatur; ideoque non iam de ipso contemptu gloriae gloriatur. Non eam contemnit, cum gloriatur intus.

Cap. 39. Etiam intus est aliud in eodem genere tentationis malum, quo inanescunt [2]) qui placent sibi de se, quamvis aliis vel non placeant, vel displiceant, nec placere affectent ceteris. Sed sibi placentes multum tibi displicent, non tantum de non bonis quasi bonis, uerum etiam de bonis tuis, quasi suis; aut etiam sicut de tuis, sed tamquam ex meritis suis; aut etiam sicut ex tua gratia, non tamen socialiter [3]) gaudentes, sed aliis invidentes ea. In his omnibus atque huiusmodi periculis et laboribus vides tremorem cordis mei; et vulnera mea magis subinde a te sanari, quam mihi non infligi sentio.

Cap. 40. Ubi non mecum ambulasti, veritas, docens quid caveam et quid appetam, cum ad te referrem interiora visa mea quae potui, teque consulerem? Lustravi mundum foris sensu quo potui, et attendi vitam corporis mei de me sensusque ipsos meos. Inde ingressus sum in recessus memoriae meae, multiplices amplitudines plenas miris modis copiarum innumerabilium, et consideravi, et expavi, et nihil eorum discernere potui sine te, et nihil eorum esse te inveni [4]). Nec ego ipse inventor, qui peragravi omnia, et distinguere et pro suis quaque dignitatibus aestimare conatus sum, excipiens alia nuntiantibus sensibus, et interrogans alia mecum commixta sentiens, ipsosque nuntios dignoscens atque dinumerans, iamque in memoriae latis opibus alia pertractans, alia recondens, alia eruens: nec ego ipse cum haec agerem, id est, vis mea, qua id agebam; nec ipse eras tu [5]), quia lux es tu permanens, quam de omnibus consulebam, an essent, quid essent, quanti pendenda essent. Ei audiebam docentem ac iubentem; et saepe istud facio. Hoc me delectat, et ab actionibus necessitatis, quantum relaxari possum, ad istam voluptatem refugio. Neque in his omnibus, quae percurro consulens te, invenio tutum locum animae meae, nisi in te, quo colligantur sparsa mea, nec a te quicquam recedat ex me. Et aliquando intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus ad

[1]) т. е. такое отличное качество, которое было бы свойственно лишь намъ однимъ.
[2]) = inanes fiunt.
[3]) раздѣляя съ другими.
[4]) порядокъ: et inveni nihil eorum (= nullum eorum) esse te.
[5]) т. е. nec tu ipse eras inventor.

nescio quam dulcedinem, quae si perficiatur in me, nescio quid erit, quod vita ista non erit. Sed recido in haec aerumnosis ponderibus, et resorbeor solitis, et teneor, et multum fleo, sed multum teneor. Tantum consuetudinis sarcina digna est. Hic esse valeo, nec volo; illic volo, nec valeo; miser utrobique.

Cap. 41. Ideoque consideravi languores peccatorum meorum in cupiditate triplici; et dexteram tuam invocavi ad salutem meam. Vidi enim splendorem tuum corde saucio, et repercussus dixi: Quis illuc potest [1])? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Tu es veritas super omnia praesidens; at ego per avaritiam meam non amittere te volui, sed volui tecum possidere mendacium [2]), sicut nemo vult ita falsum dicere, ut nesciat ipse quid verum sit. Itaque amisi te, quia non dignaris cum mendacio possideri.

Cap. 42. Quem invenirem, qui me reconciliaret tibi? Ambiendum mihi fuit ad angelos? Qua prece? Quibus sacramentis? Multi conantes ad te redire, neque per se ipsos valentes, sicut audio, tentaverunt haec, et inciderunt in desiderium curiosarum visionum, et digni habiti sunt illusionibus. Elati enim te quaerebant doctrinae fastu, exserentes potius quam tundentes pectora, et adduxerunt sibi per similitudinem cordis sui conspirantes et socias superbiae suae potestates aëris huius, a quibus per potentias magicas deciperentur, quaerentes mediatorem [3]), per quem purgarentur; et non erat. Diabolus enim erat transfigurans se in angelum lucis [4]); et multum illexit superbam carnem, quodcarneo corpore ipse non esset. Erant enim illi mortales et peccatores; tu autem, Domine, cui reconciliari superbe quaerebant, immortalis et sine peccato. Mediator autem inter Deum et homines oportebat ut haberet aliquid simile Deo, aliquid simile hominibus, ne in utroque hominibus similis longe esset a Deo, aut in utroque Deo similis longe esset ab hominibus, atque ita mediator non esset. Fallax itaque ille mediator, quo per secreta iudicia tua superbia mereretur illudi: Unum cum dominibus habet, id est, peccatum; aliud videri vult habere cum Deo, ut quia carnis mortalitate non tegitur, pro immortali se ostentet; sed quia stipendium peccati mors est, hoc habet commune cum hominibus, unde simul damnetur in mortem.

Cap. 43. Verax autem mediator, quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus, et misisti, ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille Dei et hominum homo Christus Iesus [5]), inter mortales pecatores et immortalem iustum apparuit, mortalis cum hominibus, iustus cum Deo; ut quoniam stipendium

[1]) sc. intrare, penetrare.
[2]) т. е. possidere simul et te et mendacium.
[3]) = μεσίτης.
[4]) 2 Кор. 11. 14.
[5]) 1 Тим. 2. 5.

iustitiae vita et pax est, per iustitiam coniunctam Deo evacuaret [1]) mortem iustificatorum [2]) impiorum, quam cum illis voluit habere communem. Hic demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipsi per fidem futurae passionis eius, sicut nos per fidem praeteritae, salvi fierent. In quantum enim homo, in tantum mediator; in quantum autem Verbum, non medius, quia aequalis Deo, et Deus apud Deum, et simul unus Deus. Quo modo nos amasti, pater bone, qui filio tuo unico non pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti eum [3])! Quo modo nos amasti, pro quibus ille, non rapinam arbitratus esse aequalis tibi, factus est subditus usquae ad mortem crucis [4]), unus ille in mortuis liber, potestatem habens ponendi animam suam, et potestatem habens iterum sumendi eam [5]); pro nobis tibi victor et victima, et ideo victor, quia victima; pro nobis tibi sacerdos et sacrificium, et ideo sacerdos, quia sacrifficium; faciens tibi nos de servis filios, de te nascendo, nobis serviendo! Merito mihi spes valida in illo est, quod sanabis omnes languores meos per eum, qui sedet ad dexteram tuam, et te interpellat pro nobis [6]); alioquin desperarem. Multi enim et magni sunt iidem languores mei, multi sunt et magni, sed amplior est medicina tua. Potuimus putare Verbum tuum remotum esse a coniunctione hominis, et desperare de nobis, nisi caro fieret, et habitaret in nobis [7]). Conterritus peccatis meis et mole miseriae meae agitaveram in corde meditatusque fueram fugam in solitudinem; sed prohibuisti me, et confirmasti me, dicens: Ideo pro omnibus Christus mortuus est, ut qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est [8]). Ecce, Domine, iacto in te curam meam, ut vivam, et considerabo mirabilia de lege tua [9]). Tu scis imperitiam meam et infirmitatem meam; doce me, et sana me. Ille tuus unicus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi [10]), redemit me sanguine suo. Non calumnientur mihi superbi [11]), quoniam cogito pretium meum [12]), et manduco, et bibo et erogo [13]), et pauper cupio saturari ex eo inter illos, qui edunt et saturantur. Et laudant Dominum, qui requirunt eum [14]).

---

[1]) = abolere, irritum facere, abrogare.
[2]) iustificare = δικαιοῦν.
[3]) Римл. 8. 32.
[4]) Филип. 2. 6. 8.
[5]) Іоан. 10. 18.
[6]) Римл. 8. 34.
[7]) Іоан. 1. 14.
[8]) 2 Кор. 5. 15.
[9]) Псал. 118. 18.
[10]) Колос. 2. 3.
[11]) Псал. 118. 122.
[12]) = моего искупителя.
[13]) какъ епископъ.
[14]) Псал. 21. 27.

2.

De civitate Dei contra paganos. Lib. I.

Praefatio.

Gloriosissimam civitatem Dei sive in hoc temporum cursu, cum inter impios peregrinatur ex fide vivens [1]), sive in illa stabilitate sedis aeternae, quam nunc exspectat per patientiam, quoadusque iustitia convertatur in iudicium, deinceps [2]) adeptura per excellentiam victoria ultima et pace perfecta, hoc opere instituto et mea ad te promissione debito defendere adversus eos, qui conditori eius deos suos praeferunt, fili carissime Marcelline [3]), suscepi, magnum opus et arduum, sed Deus adiutor noster est. Nam scio quibus viribus opus sit, ut persuadeatur superbis quanta sit virtus humilitatis, quia fit ut omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia non humano usurpata fastu, sed divina gratia donata celsitudo transcendat. Rex enim et conditor civitatis huius, de qua loqui instituimus, in scriptura populi sui sententiam divinae legis aperuit, qua dictum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam [4]). Hoc vero, quid Dei est, superbae quoque animae spiritus inflatus affectat amatque sibi in laudibus dici:

Parcere subiectis et debellare superbos [5]).

Unde etiam de terrena civitate, quae cum dominari appetit, etsi populi serviant, ipsa ei dominandi libido dominatur, non est praetereundum silentio quicquid dicere suscepti huius operis ratio postulat et facultas datur.

Cap. 1. Ex hac namque existunt inimici, adversus quos defendenda est Dei civitas, quorum tamen multi correcto impietatis errore cives in ea fiunt satis idonei; multi vero in eam tantis exardescunt ignibus odiorum tamque manifestis beneficiis redemptoris eius ingreli sunt, ut hodie contra eam linguas non moverent, nisi ferrum hostiat fugientes in sacratis eius locis vitam, de qua superbiunt, invenirent.

---

[1]) Аввак. 2. 4.
[2]) = въ послѣдствіи.
[3]) Marcellinus, ученикъ и другъ Августина, занималъ видную должность tribunus et notarius, и интересовался особенно философскими вопросами, ища ихъ разрѣшенія при помощи Авг. Послѣдній посвятилъ ему нѣсколько своихъ сочиненій и въ числѣ ихъ и книги de civitate Dei.
[4]) Іак. 4. 6.
[5]) Vergil. Aen. 6. 853.

An non etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca et basilicae Apostolorum, quae in illa vastatione urbis ad se confugientes suos alienosque receperunt. Huc usque cruentus saeviebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris [1]) furor, illo ducebantur a miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more saevientes posteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum quod alibi iure belli licuisset, tota feriendi refrenabatur immanitas et captivandi [2]) cupiditas frangebatur. Sic evaserunt multi, qui nunc Christianis temporibus detrahunt [3]) et mala, quae illa civitas pertulit, Christo imputant; bona vero, quae in eos ut viverent propter Christi honorem facta sunt, non imputant Christo nostro, sed fato suo, cum potius deberent, si quid recti saperent, illa, quae ab hostibus aspera et dura perpessi sunt, illi divinae providentiae tribuere, quae solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere itemque vitam mortalium iustam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere probatamque vel in meliora transferre vel in his adhuc terris propter usus alios detinere; illud vero, quod eis vel ubicumque propter Christi nomen vel in locis Christi nomini dicatissimis et amplissimis ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis praeter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt, hoc tribuere temporibus Christianis, hinc Deo agere gratias, hinc ad eius nomen veraciter [4]) currere, ut effugiant poenas ignis aeterni, quod nomen multi eorum mendaciter usurparunt, ut effugerent poenas praesentis exitii. Nam quos vides petulanter et procaciter insultare servis Christi, sunt in eis plurimi, qui illum interitum clademque non evasissent, nisi servos Christi se esse finxissent. Et nunc ingrata superbia atque impiissima insania eius nomini resistunt corde perverso, ut sempiternis tenebris puniantur, ad quod nomen ore vel subdolo confugerunt, ut temporali luce fruerentur.

Cap. 2. Tot bella gesta conscripta sunt vel ante conditam Romam vel ab eius exortu et imperio: legant et proferant sic ab alienigenis aliquam captam esse civitatem, ut hostes, qui ceperant, parcerent eis, quos ad deorum suorum templa confugisse comperant, aut aliquem ducem barbarorum praecepisse, ut irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo vel illo templo fuisset inventus. Nonne vidit Aeneas Priamum per aras

Sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignes [5])?

[1]) = убійца.
[2]) = αἰχμαλωτίζειν.
[3]) = порицать.
[4]) = искренне.
[5]) Vergil. Aen. 2. 501 сл.

Nonne Diomedes et Ulixes

caesis summae custodibus arcis
Corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
Virgineas ausi divae contingere vittas [1])?

Nec tamen quod sequitur verum est:

Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
Spes Danaum [2]).

Postea quippe vicerunt, postea Troiam ferro ignibusque deleverunt, postea confugientem ad aras Priamum obtruncaverunt. Nec ideo Troia periit, quia Minervam perdidit. Quid enim prius ipsa Minerva perdiderat, ut periret? an forte custodes suos? Hoc sane verum est; illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines a simulacro, sed simulacrum ab hominibus servabatur. Quo modo ergo colebatur, ut patriam custodiret et cives, quae suos non valuit custodire custodes?

Cap. 3. Ecce qualibus diis urbem Romani servandam se commisisse gaudebant! O nimium miserabilem errorem! Et nobis succensent, cum de diis eorum talia dicimus; nec succensent auctoribus suis, quos ut ediscerent mercedem dederunt doctoresque ipsos insuper et salario publico [3]) et honoribus [4]) dignissimos habuerunt. Nempe apud Vergilium quem propterea parvuli legunt, ut videlicet poëta magnus omniumque praeclarissimus atque optimus teneris ebibitus animis non facile oblivione possit adoleri, secundum illud Horatii [5]):

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu —

apud hunc ergo Vergilium nempe Iuno inducitur infesta Troianis Aeolo ventorum regi adversus eos irritando dicere [6]):

Gens inimica mihi Terrhenum navigat aequor
Ilium in Italiam portans victosque penates.

Itane istis penatibus victis Romam, ne vinceretur, prudentes commendare debuerunt? Sed haec Iuno dicebat valut irata mulier, quid loqueretur ignorans. Quid Aeneas ipse, pius totiens appellatus, nonne ita narrat [7]):

[1]) рѣчь идетъ про изображеніе богини-дѣвственницы Паллады (Palladium), украшенное священными повязками (vittae).
[2]) Vergil. Aen. 2. 167 сл.
[3]) = жалованье, выдаваемое отъ казны.
[4]) Какъ напр. Квинтиліанъ, учитель риторики, былъ консуломъ.
[5]) Epist. 1. 2. 69.
[6]) Vergil. Aen. 1. 67.
[7]) Aen. 2. 319.

Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
Sacra manu victosque deos parvumque nepotem
Ipse trahit cursuque amens ad limina tendit?

Nonne deos ipsos, quos victos non dubitat dicere, sibi potius quam se illis perhibet commendatos, cum ei dicitur [1]):

Sacra suosque tibi commendat Troia penates?

Si igitur Vergilius tales deos et victos dicit et, ut vel victi quoquo modo evaderent, homini commendatos: quae dementia est, existimare his tutoribus Romam sapienter fuisse commissam et nisi eos amisisset non potuisse vastari? Imo vero victos deos tamquam praesides ac defensores colere, quid est aliud quam tenere non numina bona, sed omina mala? Quanto enim sapientius creditur, non Romam ad istam cladem non fuisse venturam, nisi prius illi perissent, sed illos potius olim fuisse perituros, nisi eos quantum potuisset Roma servasset! Nam quis non, cum adverterit, videat quanta sit vanitate praesumptum non posse vinci sub defensoribus victis et ideo perisse, quia custodes perdidit deos, cum vel sola potuerit esse causa pereundi custodes habere voluisse perituros? Non itaque, cum de diis victis illa conscriberentur atque canerentur, poëtas libebat mentiri, sed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum ista opportunius alio loco diligenter copioseque tractanda sunt; nunc, quod institueram de ingratis hominibus dicere, parumper expediam ut possum, qui ea mala, quae pro suorum morum perversitate merito patiuntur, blasphemantes Christo imputant; quod autem illis etiam talibus propter Christum parcitur, nec dignantur attendere et eas linguas adversus eius nomen dementia sacrilegae perversitatis exercent, quibus linguis usurpaverunt mendaciter ipsum nomen, ut viverent, vel quas linguas in locis ei sacratis metuendo presserunt, ut illic tuti atque muniti, ubi propter eum illaesi ab hostibus fuerant, inde in eum maledictis hostilibus prosilirent.

Cap. 4. Ipsa, ut dixi, Troia, mater populi Romani, sacratis locis deorum suorum munire non potuit cives suos ab ignibus ferroque Graecorum, eosdem ipsos deos colentium; quin etiam

Iunonis asylo
Custodes lecti, Phoenix et dirus Ulixes,
Praedam asservabant; huc undique Troïa gaza
Incensis erepta adytis mensaeque deorum
Crateresque auro solidi captivaque vestis
Congeretur. Pueri et pavidae longo ordine matres
Stant circum [2]).

[1]) Vergil. Aen. 9. 293.
[2]) Aen. 2. 761 сл.

Electus est videlicet locus tantae deae sacratus, non unde captivos non liceret educere, sed ubi captivos liberet includere. Compara nunc asylum illud non cuiuslibet dei gregalis [1]) vel de turba plebis, sed Iovis ipsius sororis et coniugis et reginae omnium deorum cum memoriis [2]) nostrorum Apostolorum. Illuc incensis templis et diis erepta spolia portabantur, non donanda victis, sed dividenda victoribus; huc autem et quod alibi ad ea loca pertinere compertum est cum honore et obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa, hic servata libertas; ibi clausa, hic interdicta captivitas; ibi possidendi a dominantibus hostibus premebantur, huc liberandi a miserantibus ducebantur; postremo illud Iunonis templum sibi elegerat avaritia et superbia levium Graeculorum [3]), istas Christi basilicas misericordia et humilitas etiam immanium barbarorum. Nisi forte Graeci quidem in illa sua victoria templis deorum communium pepercerunt atque illo confugientes miseros victosque Troianos ferire vel captivare non ausi sunt, sed Vergilius poëtarum more illa mentitus est. Imo vero morem hostium civitates evertentium ille descripsit.

Cap. 5. Quem morem etiam Cato, sicut scribit Sallustius [4]), nobilitatae veritatis historicus, sententia sua, quam de coniuratis in senatu habuit, commemorare non praetermittit: Rapi virgines, pueros, divelli liberos a parentum complexu, matres familiarum pati quae victoribus collibuisset, fana atque domos spoliari, caedem, incendia fieri: postremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Hic si fana tacuisset, deorum sedibus solere hostes parcere putaremus. Et haec non ab alienigenis hostibus, sed a Catilina et sociis eius, nobilissimis senatoribus et Romanis civibus, Romana templa metuebant. Sed hi videlicet perditi et patriae parricidae [5]).

Cap. 6. Quid ergo per multas gentes, quae inter se bella gesserunt et nusquam victis in deorum suorum sedibus pepercerunt, noster sermo discurrat? Romanos ipsos videamus, ipsos, inquam, recolamus respiciamusque Romanos, de quorum praecipua laude dictum est:

Parcere subiectis et debellare superbos,

et quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant [6]): quando tot tantasque urbes, ut late dominarentur, expugnatas captasque everterunt, legatur nobis quae templa excipere solebant, ut ad ea quisquis confugisset liberaretur. An illi faciebant et scriptores earun-

[1]) съ оттѣнкомъ преврѣнія, ибо gregalis, gregarius говорится преимущественно про солдатъ, людей низшаго класса и т. п.
[2]) = μνημεῖον. Такъ какъ надъ гробницами Святыхъ обыкновенно строились церкви, то и memoria = ecclesia, sacellum.
[3]) съ презрѣніемъ, имѣя въ виду ихъ ничтожество.
[4]) Catil. 51.
[5]) = proditores.
[6]) Sallust. Catil. 9.

dem rerum gestarum ista reticebant? Ita vero, qui ea quae laudarent maxime requirebant, ista praeclarissima secundum ipsos pietatis indicia praeterirent? Egregius Romani nominis [1]) Marcus Marcellus, qui Syracusas urbem ornatissimam cepit [2]), refertur eam prius flevisse ruituram et ante eius sanguinem suas illi lacrimas effudisse [3]). Gessit et curam pudicitiae etiam in hoste servandae. Nam priusquam oppidum victor iussisset invadi, constituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. Eversa est tamen civitas more bellorum, nec uspiam legitur ab imperatore tam casto atque clementi fuisse praeceptum, ut quisquis ad illud vel illud templum fugisset haberetur illaesus. Quod utique nullo modo praeteriretur, quando nec eius fletus nec quod edixerat pro pudicitia minime violanda potuit taceri. Fabius [4]), Tarentinae urbis eversor, a simulacrorum depraedatione se abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum, quae multa capta fuerant, fieri iuberet, continentiam suam etiam iocando condivit. Quaesivit enim cuius modi essent, et cum ei non solum multa grandia, verum etiam renuntiarentur armata: Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos. Cum igitur nec illius fletum nec huius risum, nec illius castam misericordiam, nec huius facetam continentiam Romanarum rerum gestarum scriptores tacere potuerint, quando praetermitteretur, si aliquibus hominibus in honorem cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent, ut in quoquam templo caedem vel captivitatem fieri prohiberent?

Cap. 7. Quidquid ergo vastationis, trucidationis, depraedationis, concremationis, afflictionis in ista recentissima Romana clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum; quod autem novo more factum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissimae basilicae implendae populo cui parceretur eligerentur et decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde captivandi ulli nec a crudelibus hostibus abducerentur: hoc Christi nomini, hoc Christiano tempori tribuendum quisquis non videt, caecus, quisquis videt nec laudat, ingratus, quisquis laudanti reluctatur, insanus est. Absit, ut prudens quisquam hoc feritati imputet barbarorum. Truculentissimas et saevissimas mentes ille terruit, ille frenavit, ille mirabiliter temperavit, qui per prophetam tanto ante dixit: Visitabo in virga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis [5]).

Cap. 8. Dicet aliquis: Cur ergo ista divina misericordia etiam ad impios ingratosque pervenit? Cur putamus, nisi quia eam ille

[1]) = Romanorum.
[2]) Вт. 542 U.
[3]) Liv. 24. 34 сл. 25. 23—31 Plut. Marcell. 14. 19.
[4]) Cunctator. См. Liv. 27. 16.
[5]) Псал. 88. 33 сл.

praebuit, qui quotidie facit oriri solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos [1])? Quamvis enim quidam eorum ista cogitantes paenitendo ab impietate se corrigant, quidam vero, sicut apostolus dicit, divitias bonitatis et longanimitatis Dei contemnentes secundum duritiam cordis sui et cor impaenitens thesaurizent sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius [2]); tamen patientia Dei ad paenitentiam invitat malos, sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos; itemque misericordia Dei fovendos amplectitur bonos, sicut severitas Dei puniendos corripit malos. Placuit quippe divinae providentiae praeparare in posterum bona iustis, quibus non fruentur iniusti, et mala impiis, quibus non excruciabuntur boni; ista vero temporalia bona et mala utrisque voluit esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, quae mali quoque habere cernuntur; nec mala turpiter evitentur, quibus et boni plerumque afficiuntur.

Interest autem plurimum, qualis sit usus vel earum rerum, quae prosperae, vel earum, quae dicuntur adversae. Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur; malus autem ideo huiusce modi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Ostendit tamen Deus saepe etiam in his distribuendis evidentius operationem [3]) suam. Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteret poena, nihil ultimo iudicio servari putaretur: rursus si nullum peccatum nunc puniret aperte divinitas, nulla esse divina providentia crederetur. Similiter in rebus secundis, si non eas Deus quibusdam petentibus evidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus; itemque si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia praemia serviendum illi esse arbitratemur, nec pios non faceret talis servitus, sed potius cupidos et avaros. Haec cum ita sint, quicumque boni et mali pariter afflicti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est quod utrique perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, et licet sub eodem tormento non est idem virtus et vitium. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, et sub eadem tribula stipulae comminuuntur frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita una eademque vis irruens bonos probat purificat eliquat, malos damnat vastat exterminat. Unde in eadem afflictione mali Deum detestantur atque blasphemant, boni autem precantur et laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiatur. Nam pari motu exagitatum ex exhalat horribiliter caenum et suaviter fragrat unguentum.

[1]) Матѳ. 5. 45.
[2]) Римл. 2. 4. сл.
[3]) misericordia.

Cap. 9. Quid igitur in illa rerum vastitate Christiani passi sunt, quod non eis magis fideliter [1]) ista considerantibus ad provectum valeret? Primo quod ipsa peccata, quibus Deus indignatus implevit tantis calamitatibus mundum, humiliter cogitantes, quamvis longe absint a facinorosis, flagitiosis atque impiis, tamen non usque adeo se a delictis deputant alienos, ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos. Excepto enim quod unusquisque quamlibet laudabiliter vivens cedit in quibusdam carnali concupiscentiae, est non ad facinorum immanitatem et gurgitem flagitiorum atque impietatis abominationem [2]), ad aliqua tamen peccata vel rara vel tanto crebriora, quanto minora—hoc ergo excepto quis tandem facile reperitur, qui eosdem ipsos, propter quorum horrendam superbiam luxuriamque et avaritiam atque exsecrabiles iniquitates et impietates Deus, sicut minando praedixit, conterit terras, sic habeat, ut habendi sunt? sic cum eis vivat, ut cum talibus est vivendum? Plerumque enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis et corripiendis male dissimulatur [3]), vel cum laboris piget, vel cum os eorum verecundamur offendere, vel cum inimicitias devitamus, ne impediant et noceant in istis temporalibus rebus, sive quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, sive quas amittere formidat infirmitas, ita ut, quamvis bonis malorum vita displiceat et ideo cum eis non incidant in illam damnationem, quae post hanc vitam talibus praeparatur, tamen, quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis licet levibus et venialibus metuunt, iure cum eis temporaliter flagellantur, quamvis in aeternum minime puniantur, iure istam vitam, quando divinitus affliguntur cum eis, amaram sentiunt, cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari [4]) esse noluerunt.

Nam si propterea quisque obiurgandis et corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediant alios infirmos et premant atque avertant a fide: non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium caritatis. Illud est culpabile, quod hi, qui dissimiliter vivunt et a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quae dedocere aut obiurgare deberent, dum eorum offensiones cavent, ne sibi noceant in his rebus, quibus licite boni atque innocenter utuntur, sed cupidius, quam oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinantur et spem supernae patriae prae se gerunt. Non solum quippe infirmiores, vitam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere quaerentes, domos ac familias possidentes, (quos apostolus in ecclesiis alloquitur docens et monens quem ad modum vivere debeant et uxores cum maritis et mariti cum uxoribus, et filii cum parentibus et parentes cum filiis, et servi cum dominis et domini cum servis [1]) multa temporalia, multa terrena libenter adipiscuntur et moleste amittunt, propter quae non audent offendere homines, quorum sibi vita contaminatissima et consceleratissima displicet; verum etiam hi, qui superiorem vitae gradum tenent nec coniugalibus vinculis irretiti sunt et victu parvo [2]) ac tegumento utuntur, plerumque, suae famae ac saluti dum insidias atque impetus malorum timent, ab eorum reprehensione sese abstinent, et quamvis non in tantum eos metuant, ut ad similia perpetranda quibuslibet eorum terroribus atque improbitatibus cedant, ea ipsa tamen, quae cum eis non perpetrant, nolunt plerumque corripere, cum fartasse possint aliquos corripiendo corrigere, ne, si non potuerint, sua salus ac fama in periculum exitiumque perveniat, neque ea consideratione, qua suam famam ac salutem vident esse necessariam utilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blandiens et humanus dies [3]) et reformidatur vulgi iudicium et carnis excruciatio vel peremptio, hoc est propter quaedam cupiditatis vincula, non propter officia caritatis.

Non mihi itaque videtur haec parva esse causa, quare cum malis flagellentur et boni, quando Deo placet perditos mores etiam temporalium poenarum afflictione punire. Flagellantur enim simul, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam, non quidem aequaliter, sed tamen simul, quam boni contemnere deberent, ut illi correpti atque correcti consequerentur aeternam, ad quam consequendam si nollent esse socii, ferrentur et diligerentur inimici, quia donec vivunt semper incertum est utrum voluntatem sint in melius mutaturi. Qua in re non utique parem, sed longe graviorem habent causam, quibus per prophetam dicitur: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram [4]). Ad hoc enim speculatores [5]), hoc est populorum praepositi, constituti sunt in ecclesiis, ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huius modi culpa penitus alienus est, qui, licet praepositus non sit, in eis tamen, quibus vitae huius necessitate coniungitur, multa monenda vel arguenda novit et neglegit, devitans eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebitis utitur, sed plus quam debuit delectatur. Deinde habent aliam causam boni, quare temporalibus affliguntur malis, qualem habuit Iob: ut sibi ipse humanus animus sit probatus et cognitus, quanta virtute pietatis gratis Deum diligat.

[1]) = съ большею вѣрою.
[2]) = βδέλυγμα.
[3]) dissimulare = neglegere.
[4]) отъ amarus.

[1]) Колос. 3. 18—25.
[2]) parvo, ἀπὸ κοινοῦ, относится и къ victu и къ tegumento.
[3]) 1 Кор. 4. 3.
[4]) Іезек. 33. 6.
[5]) = episcopi. Въ LXX слову speculator у Іезек. соотвѣтствуетъ σκοπός.

Cap. 10. Quibus recte consideratis atque perspectis attende utrum aliquid mali acciderit fidelibus et piis, quod eis non in bonum verteretur, nisi forte putandum est apostolicam illam vacare [1]) sententiam, ubi ait: Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum [2]). Amiserunt omnia quae habebant. Numquid fidem? numquid pietatem? numquid interioris hominis bona, qui est ante Deum dives [3])? Hae sunt opes Christianorum, quibus opulentus dicebat apostolus: Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Habentes autem victum et tegumentum his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum et desideria multa stulta et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix est enim omnium malorum avaritia, quam quidam appetentes a fide pererraverunt et inseruerunt se doloribus multis [4]).

Quibus ergo terrenae divitiae in illa vastatione perierunt, si eas sic habebant, quem ad modum ab isto foris paupere, intus divite audierant, id est, si mundo utebantur tamquam non utentes [5]), potuerunt dicere, quod ille graviter tentatus et minime superatus: Nudus exii de utero matris meae, nudus revertar in terram. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum [6]); ut bonus servus magnas facultates haberet ipsam sui Domini voluntatem, cui pedisequus mente ditesceret, nec contristaretur eis rebus vivens relictus, quas cito fuerat moriens relicturus. Illi autem infirmiores, qui terrenis his bonis, quamvis ea non praeponerent Christo, aliquantula tamen cupiditate cohaerebant, quantum haec amando peccaverint, perdendo senserunt. Tantum quippe doluerunt, quantum se doloribus inseruerant, sicut apostolum dixisse supra commemoravi. Oportebat enim ut eis adderetur etiam experimentorum disciplina, a quibus tam diu fuerat neglecta verborum. Nam cum dixit apostolus [7]): Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et cetera, profecto in divitiis cupiditatem reprehendit, non facultatem, quoniam praecepit alibi dicens [8]): Praecipe divitibus huius mundi non superbe sapere neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; bene faciant, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. Haec qui de suis divi-

[1]) = не имѣть значенія, приложенія.
[2]) Римл. 8. 28. Cooperari = συνεργεῖν.
[3]) 1 Петр. 3. 4.
[4]) 1 Тим. 6. 6 сл.
[5]) 1 Кор. 7. 31.
[6]) Іов. 1. 21.
[7]) 1 Тим. 6. 9.
[8]) 1 Тим. 6. 17 сл.

tiis faciebant, magnis sunt lucris levia damna solati plusque laetati ex his, quae facile tribuendo tutius servaverunt, quam contristati ex his, quae timide retinendo facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire, quod piguit inde transferre. Nam qui receperunt consilium Domini sui dicentis [1]): Nolite vobis condere thesauros in terra, ubi tinea et rubigo exterminant et ubi fures effodiunt et furantur, sed thesaurizate vobis thesauros in caelo, quo fur non accedit neque tinea corrumpit; ubi enim est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum, tribulationis tempore probaverunt quam recte sapuerint non contemnendo veracissimum praeceptorem et thesauri sui fidelissimum invictissimumque custodem. Nam si multi gavisi sunt ibi se habuisse divitias suas, quo contigit ut hostis non accederet, quanto certius et securius gaudere potuerunt, qui monitu Dei sui illuc migraverant, quo accedere omnino non posset! Unde Paulinus noster, Nolensis episcopus [2]), ex opulentissimo divite [3]) voluntate pauperrimus et copiosissime sanctus, quando et ipsam Nolam barbari vastaverunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognovimus, precabatur: Domine, non excrucier propter aurum et argentum; ubi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, ubi eum condere et thesaurizare ille monstraverat, qui haec mala mundo ventura praedixerat. Ac per hoc qui Domino suo monenti oboedierant, ubi et quo modo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas divitias barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non oboedisse paenituit, quid de talibus rebus faciendum esset, si non praecedente sapientia, certe consequente experientia didicerunt.

At enim quidam boni etiam Christiani tormentis excruciati sunt, ut bona sua hostibus proderent. Illi vero nec prodere nec perdere potuerunt bonum, quo ipsi boni erant. Si autem torqueri quam mammona [4]) iniquitatis prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta essent sustinenda pro Christo, ut eum potius diligere discerent, qui pro se passos aeterna felicitate ditaret, non aurum et argentum, — pro quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo occultaretur, seu verum dicendo proderetur. Namque inter tormenta nemo Christum confitendo amisit, nemo aurum nisi negando servavit. Quocirca utiliora erant fortasse tormenta, quae bonum incorruptibile amandum docebant, quam illa bona, quae sine ullo utili fructu dominos sui amore torquebant.

Sed quidam etiam non habentes quod proderent, dum non creduntur, torti sunt. Et hi forte habere cupiebant noc sancta volun-

[1]) Матѳ. 6. 19. сл.
[2]) Павлинъ, епископъ гор. Нолы, въ Кампаніи, IV в., ученикъ Авзонія, христіанскій поэтъ.
[3]) Павлинъ былъ знатнымъ и богатымъ въ язычествѣ: въ 375 г. онъ былъ консуломъ.
[4]) здѣсь indeclin.

tate pauperes erant; quibus demonstrandum fuit non facultates, sed ipsas cupiditates talibus dignas esse cruciatibus. Si vero vitae metioris proposito reconditum aurum argentumque non habebant, nescio quidem utrum cuiquam talium acciderit, ut dum habere creditur torqueretur, verum tamen etiamsi accidit, profecto, qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confitebatur, Christum confitebatur. Quapropter etsi non meruit ab hostibus credi, non potuit tamen sanctae paupertatis confessor sine caelesti mercede torqueri.

Multos, inquiunt, etiam Christianos fames diuturna vastavit. Hoc quoque in usus suos boni fideles pie tolerando verterunt. Quos enim fames necavit, malis vitae huius, sicut corporis morbus, eripuit, quos autem non necavit, docuit parcius vivere, docuit productius ieiunare [1]).

Cap. 11. Sed enim multi etiam Christiani interfecti sunt, multi multarum mortium foeda varietate consumpti. Hoc si aegre ferendum est, omnibus, qui in hanc vitam procreati sunt, utique commune est. Hoc scio, neminem fuisse mortuum, qui non fuerat aliquando moriturus. Finis autem vitae tam longam quam brevem vitam hoc idem facit. Neque enim aliud melius et aliud deterius, aut aliud maius et aliud brevius est, quod iam pariter non est. Quid autem interest, quo mortis genere vita ista finiatur, quando ille, cui finitur, iterum mori non cogitur? Cum autem unicuique mortalium sub quotidianis vitae huius casibus innumerabiles mortes quodam modo comminentur, quamdiu incertum est quaenam earum ventura sit: quaero utrum satius sit unam perpeti moriendo an omnes timere vivendo. Nec ignoro quam citius eligatur diu vivere sub timore tot mortium quam semel moriendo nullam deinceps [2]) formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pavidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata convincit. Mala mors putanda non est, quam bona vita praecesserit. Neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum est eis, qui necessario morituri sunt, quid accidat ut moriantur, sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur Christiani noverint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguas quam impii divitis in purpura et bysso [3]), horrenda illa genera mortium quid mortuis offuerunt, qui bene vixerunt?

Cap. 12. At enim in tanta strage cadaverum noc sepeliri potuerunt. Neque istud pia fides nimium reformidat, tenens praedictum nec absumentes bestias resurrecturis corporibus offuturas, quorum capillus capitis non peribit [4]). Nullo modo diceret veritas: No-

[1]) = νηστεύειν.
[2]) = затѣмъ, на будущее время.
[3]) Лук. 16. 19 сл. Byssus = βύσσος, тонкая ткань.
[4]) Лук. 21. 18.

lite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere [1]), si quicquam obesset futurae vitae, quidquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, ut contendat eos, qui corpus occidunt, non debere timeri ante mortem, ne corpus occidant, et timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus: Qui corpus occidunt, et postea non habent quod faciant [2]), si habent tanta, quae de cadaveribus faciant. Absit, ut falsum sit quod veritas dixit. Dictum est enim aliquid eos facere cum occidunt, quia in corpore sensus est occidendo; postea vero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaque corpora Christianorum terra non texit, sed nullum eorum quisquam a caelo et terra separavit, quam totam implet praesentia sui, qui novit unde recuscitet quod creavit. Dicitur quidem in psalmo [3]): Posuerunt mortalia servorum tuorum escam volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae; effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret, sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum, qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt. Quamvis enim haec in conspectu hominum dura et dira videantur, sed pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius [4]). Proinde ista omnia, id est curatio funeris, conditio [5]) sepulturae, pompa exsequiarum, magis sunt vivorum solatia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis aut nulla. Praeclaras exsequias in conspectu hominum exhibuit purpurato illi diviti turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium praebuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahae gremium sustulerunt [6]).

Rident haec illi, contra quos defedendam suscepimus civitatem Dei. Verum tamen sepulturae curam etiam eorum philosophi contempserunt. Et saepe universi exercitus, dum pro terrena patria morerentur, ubi postea iacerent vel quibus bestiis esca fierent, non curarunt, licuitque de hac re poëtis plausibiliter dicere:

Caelo tegitur, qui non habet urnam [7]).

Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis, quibus et ipsius carnis membrorumque omnium reformatio non solum ex terra, verum etiam ex aliorum elementorum secretissimo

[1]) Матѳ. 10. 28.
[2]) Лук. 12. 14.
[3]) Псал. 78. 2 сл.
[4]) Псал. 115. 15.
[5]) = сооруженіе.
[6]) Лук. 16. 22.
[7]) Луканъ Pharsalia 7. 819. Urna, какъ вмѣстилище сожженнаго праха.

sinu, quo dilapsa cadavera recesserunt, in temporis puncto [1]) reddenda et redintegranda promittitur.

Cap. 13. Nec ideo tamen contemnenda et abiicienda sunt corpora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium, quibus tamquam organis et vasis ad omnia bona opera Sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis et anulus, ac si quid hius modi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae utique multo familiarius atque coniunctius quam quaelibet indumenta gestamus. Haec enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde et antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt et exsequiae celebratae et sepultura provisa, ipsique dum viverent de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandaverunt, et Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse teste angelo commendatur [2]). Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus religiosae mulieris bonum opus praedicat praedicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra eius effuderit atque hoc ad eum sepeliendum fecerit [3]). Et laudabiliter commemorantur in evangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt [4]). Verum istae auctoritates non hoc admonent, quod insit ullus cadaveribus sensus, sed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurrectionis astruendam [5]). Ubi et illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viventibus et sentientibus exhibemus, si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officii diligentiaeque persolvitur. Sunt quidem et alia, quae sancti patriarchae de corporibus suis vel condendis vel transferendis prophetico spiritu dicta intellegi voluerunt; non autem hic locus est, ut ae pertractemus, cum sufficiant ista, quae diximus. Sed si ea, quae sustentandis viventibus sunt necessaria, sicut victus et amictus, quamvis cum gravi afflictione desint, non frangunt in bonis perferendi tolerandique virtutem nec eradicant ex animo pietatem, sed exercitatem faciunt fecundiorem: quanto magis, cum desunt ea, quae curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos! Ac per hoc quando ista cadaveribus Christianorum in illa magnae urbis vel etiam aliorum oppidorum vastatione defuerunt, nec vivorum culpa est, qui non potuerunt ista praebere, nec poena mortuorum, qui non possunt ista sentire.

[1]) 1 Кор. 15. 52.
[2]) Тов. 2. 9; 12. 12.
[3]) Матѳ. 26. 10 сл.
[4]) Іоан. 19. 38. сл.
[5]) = confirmandam.

Cap. 14. Sed multi, inquiunt, Christiani etiam captivi ducti sunt. Hoc sane miserrimum est, si aliquo duci potuerunt, ubi Deum suum non invenerunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. Fuerunt in captivitate tres pueri, fuit Daniel [1]), fuerunt alii prophetae; nec Deus defuit consolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbarae, tamen humanae, qui prophetam non deseruit nec in visceribus beluae [2]). Haec quoque illi, cum quibus agimus, malunt irridere quam credere, qui tamen in suis litteris credunt Arionem Methymnaeum [3]), nobilissimum citharistam, cum esset deiectus e navi, exceptum delphini dorso et ad terras esse pervectum. Verum illud nostrum de Iona propheta incredibilius est. Plane incredibilius quia mirabilius, et mirabilius quia potentius.

Cap. 15. Habent tamen isti de captivitate religionis causa etiam sponte toleranda et in suis praeclaris viris nobilissimum exemplum. Marcus Regulus [4]), imperator populi Romani, captivus apud Carthaginienses fuit. Qui cum sibi mallent a Romanis suos reddi quam eorum tenere captivos, ad hoc impetrandum etiam istum praecipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione [5]) constrictum, si quod volebant minime peregisset, rediturum esse Carthaginem. Perrexit ille atque in senatu contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur utile esse Romanae rei publicae mutare captivos. Nec post hanc persuasionem a suis ad hostes redire compulsus est, sed quia iuraverat, id sponte complevit. At illi eum excogitatis atque horrendis cruciatibus necaverunt. Inclusum quippe angusto ligno, ubi stare cogeretur, clavisque acutissimis undique confixo, ut se in nullam eius partem sine poenis atrocissimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt. Merito certe laudant virtutem tam magna infelicitate maiorem. Et per deos ille iuraverat, quorum cultu prohibito has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur, ut istam vitam prosperam redderent, si verum iuranti has irrogari poenas seu voluerunt seu permiserunt, quid periuro gravius irati facere potuerunt? Sed cur non ratiocinationem meam potius ad utrumque concludam? Deos certe ille sic coluit, ut propter iuris iurandi fidem nec maneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc si huic vitae utile existimabat, cuius tam horrendum exitum meruit, procul dubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo nihil deos ad istam temporalem felicitatem suis prodesse cultoribus,

[1]) Дан. 1. 6.
[2]) Іон. 3. 1.
[3]) Arion, Ἀρίων, поэтъ и игрокъ на цитрѣ, изъ Меѳимны на о-вѣ Лесвосѣ, VII в. См. Herodot. 1. 23 сл. Cic. Tuscul. 2. 27. 67. Ovid. fasti 2. 83—118.
[4]) О Регулѣ см. Cic. off. 1. 13; 3. 26. de fin. 2. 20; 5. 27. Liv. ep. 18. Valer. Max. 9. 2. 1. Flor. 2. 2. Sil. Ital. 6. 299—550.
[5]) = iure iurando.

quando quidem ille eorum deditus cultui et victus et captivus abductus et, quia noluit aliter quam per eos iuraverat facere, novo ac prius inaudito nimiumque horribili supplicii genere cruciatus extinctus est. Si autem deorum cultus post hanc vitam velut mercedem reddet felicitatem, cur calumniantur temporibus Christianis, ideo dicentes urbi accidisse illam calamitatem, quia deos suos colere destitit, cum potuerit etiam illos diligentissime colens tam infelix fieri, quam ille Regulus fuit? Nisi forte contra clarissimam [1]) veritatem tanta quisquam dementia mirae caecitatis obnititur, ut contendere audeat universam civitatem deos colentem infelicem esse non posse, unum vero hominem posse, quod videlicet potentia deorum suorum multos potius sit idonea conservare quam singulos, cum multitudo constet ex singulis.

Si autem dicunt M. Regulum etiam in illa captivitate illisque cruciatibus corporis animi virtute beatum esse potuisse, virtus potius vera quaeratur, qua beata esse possit et civitas. Neque enim aliunde beata civitas, aliunde homo, cum aliud civitas non sit quam concors hominum multitudo. Quam ob rem nondum interim disputo, qualis in Regulo virtus fuerit; susficit nunc, quod isto nobilissimo exemplo coguntur fateri non propter corporis bona vel earum rerum, quae extrinsecus homini accidunt, colendos deos, quando quidem ille carere his omnibus maluit quam deos per quos iuravit offendere. Sed quid faciamus hominibus, qui gloriantur se talem habuisse civem, qualem timent habere civitatem? Quod si non timent, tale ergo aliquid, quale accidit Regulo, etiam civitati tam diligenter quam ille deos colenti accidere potuisse fateantur et Christianis temporibus non calumnientur. Verum quia de illis Christianis orta quaestio est, qui etiam captivati sunt, hoc intueantur et taceant, qui saluberrimae religioni hinc impudenter atque imprudenter illudunt, quia, si diis eorum probro non fuit, quod attentissimus cultor illorum, dum eis iuris iurandi fidem servaret, patria caruit, cum aliam non haberet, captivusque apud hostes per longam mortem supplicio novae crudelitatis occisus est, multo minus nomen criminandum est Christianum in captivitate sacratorum suorum, qui supernam patriam veraci fide exspectantes etiam in suis sedibus peregrinos se esse noverunt....

Cap. 29. Habet itaque omnis familia summi et veri Dei consolationem suam, non fallacem nec in spe rerum nutantium vel labentium constitutam, vitamque etiam ipsam temporalem minime paenitendam, in qua eruditur ad aeternam, bonisque terrenis tamquam peregrina utitur nec capitur, malis autem aut probatur aut emendatur. Illi vero, qui probitati eius insultant eique dicunt, cum forte in aliqua temporalia mala devenerit: Ubi est Deus tuus [2])? ipsi dicant, ubi sint dii eorum, cum talia patiuntur, pro quibus evitandis

[1]) = очевиднѣйшій.
[2]) Псал. 41. 4.

eos vel colunt vel colendos esse contendunt. Nam ista respondet: Deus meus ubique praesens est, ubique totus, nusquam inclusus, qui possit adesse secretus, abesse non motus; ille cum me adversis rebus exagitat, aut merita examinat aut peccata castigat mercedemque mihi aeternam pro toleratis pie malis temporalibus servat; vos autem qui estis, cum quibus loqui dignum sit saltem de diis vestris, quanto minus de Deo meo, qui terribilis est super omnes deos, quoniam dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit [1]).

Cap. 30. Si Nasica ille Scipio vester quondam pontifex viveret, quem sub terrore belli Punici in suscipiendis Phrygiis sacris, cum vir optimus quaereretur, universus senatus elegit [2]), cuius os fortasse non auderetis aspicere, ipse vos ab hac impudentia cohiberet. Cur enim afflicti rebus adversis de temporibus querimini Christianis, nisi quia vestram luxuriam cupitis habere securam et perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neque enim propterea cupitis habere pacem et omni genere copiarum abundare, ut his bonis honeste utamini, hoc est modeste, sobrie, temperanter, pie, sed ut infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur, secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, quae saevientibus peiora sint hostibus. At ille Scipio pontifex maximus vester, ille iudicio totius senatus vir optimus, istam vobis metuens calamitatem nolebat aemulam tunc imperii Romani Carthaginem dirui et decernenti ut dirueretur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostem securitatem et tamquam pupillis civibus idoneum tutorem necessarium videns esse terrorem. Nec eum sententia fefellit re ipsa probatum est, quam verum diceret. Deleta quippe Carthagine, magno scilicet terrore Romanae rei publicae depulso et extincto, tanta de rebus prosperis orta mala continuo tubsecuta sunt, ut corrupta disruptaque concordia prius saevis cruentisque seditionibus, deinde mox malarum connexione causarum bellis etiam civilibus tantae strages ederentur, tantus sanguis effunderetur, tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferveret immanitas, ut Romani illi, qui vita integriore mala metuebant ab hostibus, perdita integritate vitae crudeliora paterentur a civibus; eaque ipsa libido dominandi, quae inter alia vitia generis humani meracior [3]) inerat universo populo Romano, postea quam in paucis potentioribus vicit, obtritos fatigatosque ceteros etiam iugo servitutis oppressit.

Cap. 31. Nam quando illa quiesceret in superbissimis mentibus, donec continuatis honoribus ad potestatem regiam perveniret? Honorum porro continuandorum facultas non esset, nisi ambitio prae-

[1]) Псал. 95. 4 сл.
[2]) Cornelius Scipio Nasica, отличавшійся честностью и другими прекрасными качествами, въ 550 г. U. получилъ отъ Сената порученіе доставить въ Римъ изъ Фригійскаго гор. Пессинунта изображеніе Великой Матери боговъ (Magna Mater deum Idaea). Liv. 35. 10.
[3]) = безъ примѣси.

valeret. Minime autem praevaleret ambitio, nisi in populo avaritia luxuriaque corrupto. Avarus vero luxuriosusque populus secundis rebus effectus est, quas Nasica ille providentissime cavendas esse censebat, quando civitatem hostium maximam fortissimam opulentissimam nolebat auferri, ut timore libido premeretur, libidine pressa non luxuriaretur luxuriaque cohibita nec avaritia grassaretur; quibus vitiis obseratis civitati utilis virtus floreret et cresceret eique virtuti libertas congrua permaneret. Hinc etiam erat et ex hac providentissima patriae caritate veniebat, quod idem ipse vester pontifex maximus, a senatu illius temporis (quod saepe dicendum est) electus sine ulla sententiarum discrepantia vir optimus, caveam [1]) theatri senatum construere molientem ab hac dispositione et cupiditate compescuit persuasitque oratione gravissima, ne Graecam luxuriam viribus patriae moribus paterentur obrepere et ad virtutem labefactandam enervandamque Romanam peregrinae consentire nequitiae, tantumque auctoritate valuit, ut verbis eius commota senatoria providentia etiam subsellia, quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo iam uti civitas coeperat, deinceps [2]) prohiberet apponi. Quanto studio iste ab urbe Roma ludos ipsos scaenicos abstulisset, si auctoritati eorum, quos deos putabat, resistere auderet, quos esse noxios daemones non intellegebat aut, si intellegebat, placandos etiam ipse potius quam contemnendos existimabat! Nondum enim fuerat declarata gentibus superna doctrina, quae fide cor mundans ad caelestia vel supercaelestia capessenda humili pietate humanum mutaret affectum et a dominatu superborum daemonum liberaret.

Cap. 32. Verum tamen scitote, qui ista nescitis et qui vos scire dissimulatis, advertite, qui adversus liberatorem a talibus dominis murmuratis: ludi scaenici, spectacula turpitudinum et licentia vanitatum, non hominum vitiis, sed deorum vestrorum iussis Romae instituti sunt. Tolerabilius divinos honores deferretis illi Scipioni quam deos eius modi coleretis. Neque enim erant illi dii suo pontifice meliores. Ecce attendite, si mens tam diu potatis erroribus ebria vos aliquid sanum considerare permittit! Dii propter sedandam corporum pestilentiam ludos sibi scaenicos exhiberi iubebant [3]), pontifex autem propter animorum cavendam pestilentiam ipsam scaenam construi prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori praeponitis, eligite quem colatis! Neque enim et illa corporum pestilentia ideo conquievit, quia populo bellicoso et solis antea ludis circensibus assueto ludorum scaenicorum delicata subintravit insania; sed astutia spirituum nefandorum praevidens illam pestilentiam iam fine

[1]) cavea, то полукруглое пространство, которое въ театрѣ занимаютъ зрители. Вплоть до послѣднихъ годовъ республики въ Римѣ не было постояннаго, каменнаго театра, а лишь временные деревянные, выстраивавшіеся только на время праздествъ, сопровождавшихся театральными представленіями.
[2]) = впредь, на будущее время.
[3]) Такъ разсказываетъ Liv. 7. 2.

debito cessaturam aliam longe graviorem, qua plurimum gaudet, ex hac occasione non corporibus, sed moribus curavit immittere, quae animos miserorum tantis occaecavit tenebris, tanta deformitate foedavit, ut etiam modo (quod incredibile forsitan erit, si a nostris posteris audietur) Romana urbe vastata, quos pestilentia ista possedit atque inde fugientes Carthaginem pervenire patuerunt, in theatris quotidie certatim pro histrionibus insanirent.

Cap. 33. O mentes amentes [1])! quis est hic tantus non error, sed furor, ut exitium vestrum, sicut audivimus, plangentibus orientalibus populis et maximis civitatibus in remotissimis terris publicum luctum moeroremque ducentibus vos theatra quaereretis, intraretis, impleretis et multo insaniora quam fuerant antea faceretis? Hanc animorum labem ac postem, hanc probitatis et honestatis eversionem vobis Scipio ille metuebat, quando construi theatra prohibebat, quando rebus prosperis vos facile corrumpi atque everti posse cernebat, quando vos ab hostili terrore securos esse nolebat. Neque enim censebat ille felicem esse rem publicam stantibus moenibus, ruentibus moribus. Sed in vobis plus valuit quod daemones impii seduxerunt, quam quod homines providi praecaverunt. Hinc est quod mala, quae facitis, vobis imputari non vultis, mala vero, quae patimini, Christianis temporibus imputatis. Neque enim in vestra securitate pacatam rem publicam, sed luxuriam quaeritis impunitam, qui depravati rebus prosperis nec corrigi potuistis adversis. Volebat vos ille Scipio terreri ab hoste, ne in luxuriam flueretis: vos nec contriti ab hoste luxuriam repressistis, perdidistis utilitatem calamitatis, et miserrimi facti estis et pessimi permansistis.

Cap. 34. Et tamen quod vivitis Dei est, qui vobis parcendo admonet, ut corrigamini paenitendo; qui vobis etiam ingratis praestitit, ut vel sub nomine servorum eius vel in locis martyrum eius hostiles manus evaderetis. Romulus et Remus asylum constituisse perhibentur, quo quisquis confugeret ab omni noxa liber esset, augere quaerentes creandae multitudinem civitatis [2]). Mirandum in honorem Christi processit exemplum. Hoc constituerunt eversores Urbis, quod constituerant antea conditores. Quid autem magnum, si hoc fecerunt illi, ut civium suorum numerus suppleretur, quod fecerunt isti, ut suorum hostium numerositas servaretur?

Cap. 35. Haec et talia, si qua uberius et commodius potuerit, respondeat inimicis suis redempta familia domini Christi et peregrina civitas regis Christi. Meminerit sane in ipsis inimicis latere cives futuros, ne infructuosum vel apud ipsos putet, quod, donec perveniat ad confessos, portat infensos; sicut ex illorum numero etiam Dei civitas habet secum, quamdiu peregrinatur in mundo, connexos communione sacramentorum, nec secum futuros in aeterna sorte sanctorum, qui partim in occulto, partim in aperto sunt, qui etiam cum

[1]) Oxymōron. Сл. mentes dementes у Ennius Cic. Cat. m. 6. 16.
[2]) Liv. 1. 8.

ipsis inimicis adversus Deum, cuius sacramentum gerunt, murmurare non dubitant, modo cum illis theatra, modo ecclesias nobiscum replentes. De correctione autem quorundam etiam talium multo minus est desperandum, si apud apertissimos adversarios praedestinati amici latitant, adhuc ignoti etiam sibi. Perplexae quippe sunt istae duae civitates in hoc seculo invicemque permixtae, donec ultimo iudicio dirimantur; de quarum exortu et procursu et debitis finibus quod dicendum arbitror, quantum divinitus adiuvabor, expediam propter gloriam civitatis Dei, quae alienis a contrario comparatis clarius eminebit.

Cap. 36. Sed adhuc mihi quaedam dicenda sunt adversus eos, qui Romanae rei publicae clades in religionem nostram referunt, qua diis suis sacrificare prohibentur. Commemoranda sunt enim quae et quanta occurrere potuerint vel satis esse videbuntur mala [1]), quae illa civitas pertulit vel ad eius imperium provinciae pertinentes, antequam eorum sacrificia prohibita fuissent; quae omnia procul dubio nobis tribuerent, si iam vel illis clareret nostra religio, vel ita eos a sacris sacrilegis prohiberet. Deinde monstrandum est, quos eorum mores et quam ob causam Deus verus ad augendum imperium adiuvare dignatus est, in cuius potestate sunt regna omnia, quamque nihil eos adiuverint hi, quos deos putant, et potius quantum decipiendo et fallendo nocuerint. Postremo adversus eos dicetur, qui manifestissimis documentis confutati atque convicti conantur asserere non propter vitae praesentis utilitatem, sed propter eam, quae post mortem futura est, colendos deos. Quae, nisi fallor, quaestio multo erit operosior et subtiliore disputatione dignior, ut et contra philosophos in ea disseratur, non quoslibet, sed qui apud illos excellentissima gloria clari sunt et nobiscum multa sentiunt, et de animae immortalitate et quod Deus verus mundum condiderit et de providentia eius, qua universum quod condidit regit. Sed quoniam et ipsi in illis, quae contra nos sentiunt, refellendi sunt, deesse huic officio non debemus, ut refutatis impiis contradictionibus pro viribus, quas Deus impertiet, asseramus civitatem Dei veramque pietatem et Dei cultum, in quo uno veraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaque modus sit huius voluminis, ut deinceps disposita ab alio sumamus exordio.

[1]) т. е. слѣдуетъ упомянуть о бѣдствіяхъ, которыя могли случиться съ язычниками до воспрещенія идолослуженія, или покажется достаточнымъ, если я упомяну о тѣхъ—

X.

Пруденцій.

Аврелій Пруденцій Клементъ (Aurelius Prudentius Clemens), одинъ изъ знаменитѣйшихъ христіанскихъ поэтовъ, родился въ Испаніи, въ гор. Caesaraugusta, т. Саррагосса, въ 348 г. Онъ происходилъ изъ знатнаго семейства и, получивъ на родинѣ прекрасное образованіе, вступилъ въ службу и успѣлъ сдѣлаться правителемъ (rector) одной изъ провинцій Испаніи, каковая должность считалась весьма почетною для провинціала; впослѣдствіи онъ поднялся еще выше и занималъ одну изъ высшихъ военныхъ должностей. Молодость свою Пруденцій провелъ довольно бурно, но, съ лѣтами, отказался отъ всѣхъ ея увлеченій и посвятилъ себя строгой христіанской жизни. Однимъ изъ плодовъ ея было изданное имъ въ 405 г. собраніе его стихотвореній, на которыя онъ смотрѣлъ какъ на одно изъ средствъ получить прощеніе грѣховъ и стяжать себѣ вѣчное блаженство. Годъ смерти Пруденція съ точностью неизвѣстенъ.

Однимъ изъ первыхъ его произведеній было:

1) Собраніе ежедневныхъ гимновъ (liber Cathemerinon=Καθημερινῶν), числомъ 12, изъ коихъ 6 первыхъ: hymnus ad galli cantum (ἀλεκτοροφωνία), h. matutinus, h. ante cibum, h. post cibum, h. ad incensum lucernae и h. ad somnum, предназначены для ежедневнаго употребленія въ часы, болѣе другихъ удобные для молитвы, и 6 послѣднихъ предназначены для различныхъ празднествъ и для событій человѣческой жизни; они суть: hymnus ieiunantium, h. post ieiunium, h. omnis horae, h. ad exsequias defuncti, h. VIII kalendas Ianuarias (Рождество Христово) и h. Epiphaniae (Богоявленіе). Отличительный характеръ всѣхъ этихъ гимновъ состоитъ въ любви къ символизму и описаніямъ.

2) Peristephanon liber (Περὶ στεφάνων, при чемъ разумѣются вѣнцы мученическіе), въ 14 гимнахъ заключающее разсказы о

страданіяхъ мучениковъ, преимущественно прославившихся въ Испаніи. Эти гимны суть: а) h. in honorem Hemeterii et Celedonii Calagurritanorum, б) h. in hon. S. Laurentii, в) h. in. h. S. Eulaliae, г) h. in h. XVIII martyrum Caesaraugustanorum, д) h. in h. Fructuosi episcopi Tarraconensis et Augurii et Eulogii diaconorum (пострадали при Валеріанѣ и Галліенѣ), е) h. in h. Quirini episcopi ecclesiae Siscianae (Siscia, въ нижней Панноніи, т. Sisek, Sisseg. Кв. пострадалъ при Галеріѣ Максиміанѣ), ж) h. de loco in quo martyres passi sunt, nunc baptisterium Calagurri, з) passio Cassiani Forocorneliensis, и) Romani martyris supplicium (пострадалъ при Діоклетіанѣ и Галеріѣ), і) Passio Hippolyti martyris (Епископъ Остійскій) ad Valerianum episcopum, к) Passio Petri et Pauli Apostolorum, л) Passio Cypriani Carthaginiensis и м) P. Agnetis virginis (пострадавшей незадолго до Константина В.). Какъ по содержанію, такъ и по изложенію «Книга о вѣнцахъ» есть самое самобытное, художественное и важное произведеніе Пруденція.

3) Apotheosis (Ἀποθέωσις), апологетико-полемическаго характера; въ этомъ сочиненіи излагается ученіе о Св. Троицѣ, съ опроверженіемъ различныхъ еретическихъ мнѣній: Аріанъ, Савелліанъ, Манихеевъ, Докетовъ, Патрипассіановъ и т. д.

4) Такого же характера и Hamartigenia (Ἁμαρτιγένεια), въ которомъ излагается ученіе о происхожденіи грѣха и опровергаются различные ложные на него взгляды, какъ напр. Маркіона.

5) Противъ язычества полемизируетъ Пруденцій въ двухъ книгахъ contra Symmachum, при чемъ въ первой возстаетъ противъ многобожія вообще, а во второй противъ частныхъ положеній Симмаха, защищавшаго язычество въ различныхъ сочиненіяхъ.

6) Первый образецъ аллегорическаго изложенія въ латинской христіанской поэзіи представляетъ Psychomachia (Ψυχομαχία) Пруденція, гдѣ подъ видомъ борьбы добродѣтелей съ пороками представляется борьба Христіанства съ язычествомъ, совершающаяся въ душѣ человѣческой.

7) Dittochaeon или Diptycha (значеніе перваго слова загадочно), собраніе четверостишій для объясненія различныхъ событій изъ Ветхаго и Новаго Завѣта.

По числу и разнообразію сочиненій Пруденцій является однимъ изъ производительнѣйшихъ поэтовъ своего времени, а по содержанію и изложенію ихъ—однимъ изъ замѣчательнѣйшихъ, оказавшимъ громадное вліяніе на потомство: такъ его Peristephanon положило основаніе Христіанской поэтической легендѣ, его Psychomachia—столь любимой впослѣдствіи аллегоріи. Вездѣ онъ является талантомъ силнымъ и вполнѣ самобытнымъ, овладѣвающимъ содержаніемъ и придающимъ ему прелесть и оригинальность. Языкъ его, за немногими исключеніями, чистъ и ясенъ, метръ, въ большинствѣ случаевъ, правиленъ.

Лучшія изданія сочиненій Пруденція: I. Weitz. Hanoviae 1613, N. Heinsius. Amstelaedami 1667. Chr. Cellarius. Halis 1703. Faust. Arevalus. Romae. 1788. 2 voll. fol. Th. Obbarius. Tubing. 1845. A. Dressel. Lips. 1860. 2 voll. у Migne Patrol. voll. LIX и LX.

О Пруденціѣ: H. Middeldorpf, de Prudentio et theologia Prudentiana въ Ilgen Zeitschrift f. historische Theologie II (1832) p. 127—190. I. B. Brys, de vita et scriptis Prud. Lovaniae 1855. C. Brockhaus A. Pr. Cl. in seiner Bedeutung für die Kirche seiner Zeit. Leipzig 1872.

1.

Peristephanon Hymnus I [1]).

In honorem SS. Martyrum Hemeterii et Celedoni Calagurritanorum [2]).

Scripta sunt caelo [3]) duorum martyrum vocabula [4]),
Aureis quae Christus illic annotavit litteris,
Sanguinis notis [5]) eadem [6]) scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem terra Ibera [7]) stemmate [8]),
Hic locus [9]) dignus tenendis ossibus visus Deo,
Qui beatorum pudicus [10]) esset hospes corporum.
Hic calentes hausit undas [11]) caede tinctus duplici
Illitas cruore sancto nunc arenas incolae

---

[1]) Этотъ гимнъ написанъ т. н. versus quadratus или v. tetrameter trochaicus catalecticus, очень часто употреблявшимся въ р. народной поэзіи. Его схема слѣдующая:

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑

Замѣна трохея анапестомъ, дактилемъ или трибрахомъ допускается рѣдко.

[2]) Имена этихъ мучениковъ встрѣчаются только у позднѣйшихъ писателей. Calagurris т. Callahorra, на Ю. берегу Ебро, главный городъ Vascones (см. прим. къ гим. II. ст. 537). Изъ Пруденція видно, что мученики были воины и пострадали въ 303 г., при Діоклетіанѣ. Въ р. мартирологіѣ память ихъ празднуется 3-го марта.

[3]) сл. Лук. 10. 20.

[4]) = nomina.

[5]) = litteris sanguine martyrii scriptis.

[6]) eădem Acc. plural.

[7]) или вообще Испанія, или въ частности Калагорра, на Ебро.

[8]) = corona, στέμμα.

[9]) т. е. Calagurris.

[10]) = castus et mundus.

[11]) sc. sanguinis.

Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.
Exteri nec non et orbis huc colonus [1]) advenit:
Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix [2]),
Hic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.
Nemo puras hic rogando frustra [3]) congessit [4]) preces:
Laetus hinc tersis revertit supplicator fletibus,
Omne, quod iustum poposcit, impetratum sentiens.
Tanta pro nostris periclis cura suffragantium [5]) est,
Non sinunt, inane ut ullus voce murmur fuderit [6]):
Audiunt, statimque ad aurem regis aeterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipso [7]) dona terris influunt,
Supplicum causas [8]) petitis quae medelis irrigant.
Nil suis bonus negavit Christus umquam testibus [9]),
Testibus, quos nec catenae, dura nec mors terruit,
Unicum Deum fateri [10]) sanguinis dispendio,
Sanguinis sed tale damnum lux rependit longior [11]).
Hoc genus mortis decorum est, hoc probis dignum viris:
Membra mortis exedenda, texta venis languidis,
Hostico donare ferro, morte et hostem vincere.
Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum [12]) porta iustis panditur,
Lota mens in fonte rubro [13]) sede cordis [14]) exsilit.
Nec rudem [15]) crudi laboris ante vitam duxerant
Milites, quos ad perenne cingulum [16]) Christus vocat,
Sueta virtus bello et armis, militat sacrariis [17]).
Caesaris vexilla linquunt, eligunt signum crucis,
Proque ventosis draconum, quos gerebant, palliis [18]),

[1]) = incola; colonus exteri orbis = peregrinus.
[2]) = quae prodidit, manifestavit.
[3]) Обр. вним. на frusträ.
[4]) = cumulavit.
[5]) = martyrum pro ecclesia intercedentium votis.
[6]) = voce summissa preces manifestaverit.
[7]) = caelitus, a rege aeterno.
[8]) causa = morbus; такъ causarius = valetudinarius, missio causaria—отставка отъ военной службы по причинѣ болѣзни.
[9]) Переводъ Греческаго μάρτυρ.
[10]) = quin faterentur.
[11]) = vita aeterna.
[12]) въ видѣ нарѣчія, относится къ panditur.
[13]) = baptisma sanguinis.
[14]) ибо помышленія исходятъ изъ сердца.
[15]) = vacuus, expers.
[16]) воины носили поясъ (cingulum, balteus). Мысль та, что изъ воиновъ земныхъ Христосъ сдѣлалъ мучениковъ воинами небесными.
[17]) = templis Christi.
[18]) pallium здѣсь про кусокъ ткани, бывшій на р. штандартѣ (vexillum), который имѣлъ форму хоругви. На верху древка или на самой хоругви изображался драконъ, откуда и знаменосцы зовутся draconarii. Здѣсь pallia зовутся ventosa, ибо развѣваются при вѣтрѣ.

Praeferunt insigne lignum [1]), quod draconem subdidit.
Vile censent expeditis [2]) ferre dextris spicula,
Machinis murum ferire, castra fossis cingere,
Impias manus cruentis inquinare stragibus.
Forte tunc atrox secundos Israëlis posteros [3])
Ductor aulae mundialis [4]) ire ad aram iusserat,
Idolis litare [5]) nigris, esse Christi defugas [6]).
Liberam [7]) succincta ferro pestis [8]) urgebat fidem;
Illa virgas, et secures, et bisulcas ungulas [9])
Ultro fortis expetebat, Christi amore interrita.
Carcer illigata duris colla bacis [10]) impedit,
Barbaras forum per omne [11]) tortor exercet manus
Veritas [12]) crimen putatur, vox fidelis plectitur.
Tunc et ense caesa virtus triste percussit [13]) solum,
Et rogis ingesta moestis, ore flammas sorbuit,
Dulce tunc iustis cremari, dulce ferrum perpeti.
Hic duorum cara fratrum concalescunt pectora,
Fida quos per omne tempus iunxerat sodalitas.
Stant parati ferre quicquid sors tulisset ultima:
Seu foret praebenda cervix ad bipennem publicam,
Verberum post vim [14]) crepantum, post catastas [15]) igneas,
Sive pardis offerendum pectus, aut leonibus [16]).
Nosne Christo [17]) procreati mammonae dicabimur [18]),
Et Dei formam gerentes serviemus seculo?
Absit ut caelestis ignis se tenebris misceat [19]);
Sit satis quod capta primo vita sub chirographo [20]),
Debitum persolvit omne functa rebus Caesaris [21]).

[1]) = crucem Christi, quae vicit draconem, sc. diabolum.
[2]) ибо правая рука р. солдата оставалась всегда свободною въ своихъ движеніяхъ, тогда такъ лѣвая была занята щитомъ.
[3]) первые потомки Израиля были Евреи, а вторые суть Христіане, заступившіе ихъ мѣсто (secundi).
[4]) = imperii Romani. Mundialis=secularis, Tertull. labes mundialium sordium.
[5]) = sacrificare.
[6]) = perfugas, transfugas.
[7]) quae facit homines liberos vera libertate.
[8]) въ конкретномъ значеніи = persecutor armatus.
[9]) орудіе пытки, имѣвшее видъ когтей съ двумя зубьями.
[10]) baca (фр. bague), кольцо у цѣпи.
[11]) слѣд. допросы и пытки совершались на р. форумѣ (forum Romanum).
[12]) т. е. religio Christiana.
[13]) sc. cadens in terram, quod triste spectaculum praebebat.
[14]) Усѣкновеніе было послѣднимъ мученіемъ, которому предшествовали различныя пытки.
[15]) см. прим. къ г. II. ст. 399.
[16]) когда Христіане обрекались ad bestias.
[17]) = для Христа, т. е. для его почитанія.
[18]) срвн. Матѳ. 6. 24. Лук. 16. 13.
[19]) срвн. 2 Кор. 6. 14.
[20]) chirographum здѣсь про запись въ списокъ солдатъ.
[21]) = officio debito Caesari.

Tempus est Deo rependi quicquid est proprium Dei [1]).
Ite, signorum magistri [2]), et vos, tribuni [3]), absistite.
Aureos auferte torques [4]), sauciorum praemia:
Clara nos hinc angelorum iam vocant stipendia [5]).
Christus illic candidatis [6]) praesidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto, damnat infames deos,
Vosque, qui ridenda vobis monstra divos fingitis.
Haec loquentes obruuntur mille poenis martyres,
Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor [7]),
Et chalybs attrita [8]) colla gravibus ambit circulis.
O vetustatis silentis obsoleta oblivio!
Invidentur ista nobis, fama et ipsa exstinguitur.
Chartulas [9]) blasphemus olim nam satelles abstulit,
Ne tenacibus [10]) libellis erudita secula
Ordinem, tempus, modumque passionis proditum
Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.
Hoc tamen solum vetusta subtrahunt [11]) silentia,
Iugibus longum catenis [12]) an capillum paverint [13]),
Quo viros dolore tortor, quave poena ornaverit.
Illa laus occulta non est, nec senescit tempore,
Missa quod sursum per auras evolarunt munera,
Quae viam patere [14]) caeli praemicando ostenderent.
Illius [15]) fidem figurans [16]), nube fertur anulus,
Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium [17]),
Quae superno rapta flatu lucis intrant intimum.
Per poli liquentis [18]) axem fulgor auri absconditur,

[1]) срвн. Матѳ. 22. 21.
[2]) одни разумѣютъ здѣсь signiferi, другіе центуріоновъ (centuriones), которые, между прочимъ, занимались обученіемъ солдатъ военной дисциплинѣ.
[3]) sc. militum; такъ назывались непосредственные помощники начальника легіона: число ихъ было 6.
[4]) torques, donum militare, цѣпь (золотая), дававшался въ видѣ награды за военные подвиги и носившаяся на шеѣ.
[5]) sc. quae dantur militibus caelestibus ab angelis.
[6]) см. гимнъ Св. Амвр. на стр. 257: Te martyrum condidatus laudat exercitus.
[7]) = durities; flexus rigor = ferrum durum, flexum in catenas et vincula.
[8]) отъ долгаго употребленія.
[9]) Схоліастъ: Carnifices dicta et passiones martyrum scribebant, ut imperatoribus ea plenius referre potuissent, unde et exceptores vocabantur. Sed ne a Christianis rescriberentur aliquando, comburenda igni tradebantur.
[10]) sc. memoriae rerum gestarum.
[11]) не сохраняютъ для потомства.
[12]) iuges catenae = longum carceris tempus.
[13]) находившіеся долгое время въ заключеніи отпускали, естественно, волосы и бороду. Сл. гимн. XI. 53, гдѣ мученики зовутся crinita agmina.
[14]) sc. martyribus.
[15]) Этому illius въ слѣдующемъ стихѣ соотвѣтствуетъ hic.
[16]) кольцо, какъ символъ вѣрности.
[17]) = sudarium, платокъ, которымъ отирали потъ съ лица.
[18]) = liquidi, sereni.

Ac diu visum [1]) sequacem textilis candor [2]) fugit:
Subvehuntur usque in astra, nec videntur amplius.
Vidit hoc conventus adstans, ipse vidit carnifex,
Et manum repressit haerens ac stupore oppalluit,
Sed tamen peregit ictum, ne periret gloria [3]).
Iamne credis, bruta quondam Vasconum gentilitas,
Quam sacrum crudelis error [4]) immolarit sanguinem?
Credis, in Deum relatos hostiarum spiritus [5])?
Cerne, quam palam feroces hic [6]) domentur daemones,
Qui lupino capta rictu devorant praecordia,
Strangulant mentes et ipsas, seque miscent sensibus.
Tunc suo iam plenus hoste [7]) sistitur furens homo,
Spumeas efflans salivas, cruda [8]) torquens lumina,
Expiandus [9]) quaestione [10]) non suorum criminum [11]).
Audias, nec tortor adstat, eiulatus flebiles:
Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur,
Crescit et suspensus [12]) ipse vinculis latentibus.
His modis spurcum latronem [13]) martyrum virtus quatit;
Haec coercet, torquet, urit, haec catenas incutit;
Praedo vexatus relictis se medullis exuit.
Linquit illaesam rapinam [14]), faucibus siccis fugit,
Ungue ab imo [15]) usque ad capillum salva reddit omnia,
Confitens ardere sese, nam gehennae est incola.
Quid loquar purgata longis alba [16]) morbis corpora?
Algidus cum decoloros horror [17]) artus concutit:
Hic tumor vultum relinquit, hic color verus redit.
Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, praestitit,
Martyrum cum membra nostro consecravit oppido [18]),

[1]) = oculum, который зовется sequax, взоръ сопровождаетъ удаляющійся предметъ.
[2]) = candidus textus orarii.
[3]) sc. martyrum.
[4]) = falsa religio.
[5]) т. е. martyrum animas, qui se Deo obtulerunt, tamquam hostiae immolatae.
[6]) = ad martyrum sepulcrum.
[7]) = a daemone possessus.
[8]) = torva.
[9]) = liberandus.
[10]) = examinatione; другіе видятъ здѣсь указаніе на заклинаніе духовъ нечистыхъ.
[11]) ибо во всѣхъ преступленіяхъ, совершаемыхъ одержимымъ бѣсомъ, виновенъ не одержимый, а духъ, его одержащій.
[12]) = вытянувшись вверхъ; vincula—тѣ связи, орудія, которыя поднимаютъ его на воздухъ.
[13]) = diabolum.
[14]) фигура взята отъ кровожадныхъ животныхъ; срвн. 98. lupino rictu.
[15]) sc. pedum.
[16]) = pallida.
[17]) sc. febris.
[18]) = Calagurri; nostro, или Hispano, или Christiano.

Sospitant quae nunc colonos, quos Iberus alluit.
State nunc, hymnite [1]), matres, pro receptis parvulis,
Coniugum salute laeta vox maritarum strepat,
Sit dies haec festa nobis, sit sacratum gaudium.

2.

Hymnus II [2]).

Incipit passio S. Laurentii [3]).

Antiqua fanorum [4]) parens,
Iam Roma Christo dedita,
Laurentio victrix duce
Ritum triumphas barbarum [5]).
Reges superbos viceras,
Populosque frenis presseras:
Nunc monstruosis idolis
Imponis imperi iugum.
Haec sola deerat gloria
Urbis togatae [6]) insignibus,
Feritate capta gentium,
Domaret ut spurcum [7]) Iovem,
Non turbulentis viribus
Cossi [8]), Camilli [9]) aut Caesaris,
Sed martyris Laurentii
Non incruento praelio.
Armata pugnavit fides
Proprii cruoris prodiga [10]);
Nam morte mortem diruit
Ac semet [11]) impendit sibi.

[1]) = ὑμνεῖν.
[2]) Этотъ гимнъ написанъ тѣмъ же ямбическимъ диметромъ, которымъ писаны и гимны Св. Амвросія.
[3]) Св. архидіаконъ Лаврентій пострадалъ въ гоненіе Валеріана, въ 258 г. Память его празднуется какъ православною, такъ и р. церковью 10-го августа.
[4]) разумѣются храмы языческіе.
[5]) = religionem deorum falsam. Barbarus = gentilis.
[6]) Сл. Vergil. Aen. 1. 286. Romanos, rerum dominos gentemque togatam. Тога, какъ національный костюмъ Римлянъ.
[7]) принимая во вниманіе грязные миѳологическіе разсказы объ его любовныхъ похожденіяхъ.
[8]) разумѣется A. Cornelius Cossus, знаменитый побѣдитель Вейентовъ. Liv 4. 19 сл.
[9]) M. Furius Camillus, освободившій Римъ отъ Галловъ. Liv. кн. 5 и 6.
[10]) Сл. Horat. Carm. 1, 12, 36: animaeque magnae prodigum Paullum.
[11]) т. е. vitam praesentem.

Fore hoc sacerdos [1]) dixerat
Iam Xystus [2]) affixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite:
Desiste discessu [3]) meo
Fletum dolenter fundere:
Praecedo, frater, tu quoque
Post hoc sequeris triduum.
Extrema vox episcopi
Praenuntiatrix gloriae
Nihil fefellit, nam dies
Praedicta palmam [4]) praestitit [5]).
Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo passionem [6]) carmine
Digne retexens concinam?
Hic primus e septemviris [7]),
Qui stant ad aram proximi,
Levita sublimis gradu [8]),
Et ceteris praestantior,

[1]) = episcopus.
[2]) Xystus, Xistus, Sixtus, 2-ой по имени, епископъ Рима, пострадавшій за три дня до Лаврентія. По другимъ источникамъ св. Сикстъ былъ обезглавленъ, почему иные понимаютъ сіи въ переносномъ значеніи, вм. cruciatus.
[3]) discessus, discedere, decessus, decedere = mors, mori.
[4]) Пальму, какъ знакъ мученичества, символизирующій побѣду надъ мученіями и смертью.
[5]) См. Ambros. de offic. 1. 41. Non praetereamus etiam sanctum Laurentium, qui cum videret Xystum episcopum suum ad martyrium duci, flere coepit non passionem illius sed suam remansionem. Itaque his verbis appellare coepit: Quo progrederis sine filio, pater? Quo, sacerdos sancte, sine diacono properas tuo? Numquam sacrificium sine ministro offere consueveras. Quid in me ergo displicuit, pater? Num degenerem probasti? Experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas? Vide, ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli detrimentum est magisterii. Quid quod illustres et praestantes viri discipulorum certaminibus magis quam suis vincunt? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum praemisit. Et tu, pater, ostende in filio virtutem tuam; offer, quem erudisti, ut securus iudicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam.
Tunc Xystus ait: Non ego te, fili, relinquo ac desero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnae cursum recipimus, et quasi iuvenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Mox venies; flere desiste; post triduum me sequeris. Inter sacerdotem et levitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quaereres. Quid consortium passionis meae expetis? Totam tibi hereditatem eius dimitto. Quid praesentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum praecedant, fortes sequantur, ut vincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio. Sic et Elias Elisaeum reliquit. Tibi ergo mando nostrae virtutis successionem.
[6]) = страданіе.
[7]) По обычаю древней церкви, число діаконовъ ограничивалось семью, числомъ, освященнымъ Апостолами. Дѣян. 6. 5.
[8]) ибо онъ былъ архидіакономъ, стоявшимъ во главѣ прочихъ. Иные понимаютъ про болѣе возвышенное мѣсто у алтаря, занимавшееся діакономъ.

Claustris sacrorum praeerat [1]),
Caelestis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus,
Votasque [2]) dispensans opes.
Versat famem pecuniae
Praefectus Urbi [3]) regiae,
Minister insani ducis,
Exactor auri et sanguinis [4]).
Qua vi [5]) latentes eruat
Nummos, operta existimans
Talenta sub sacrariis,
Cumulosque [6]) congestos tegi.
Laurentium sisti iubet:
Exquirit arcam ditibus
Massis refertam, et fulgidae
Montes monetae conditos.
Soletis, inquit, conqueri,
Saevire nos iusto amplius,
Cum Christiana corpora [7])
Plus quam cruente scindimus.
Abest [8]) atrocioribus
Censura fervens motibus:
Blande et quiete efflagito
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse vestris orgiis [9])
Moremque et artem proditum est;
Hanc disciplinam foederis [10])—
Libent [11]) ut auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem [12]),
Auroque [13]) nocturnis sacris

[1]) архидіаконъ завѣдывалъ церковною сокровищницей.
[2]) = devotas, votivas, oblatas.
[3]) Praefectus Urbi s. Urbis во время имперіи былъ одинъ изъ вліятельнѣйшихъ магистратовъ, заступавшій мѣсто Императора во время его отсутствія изъ Рима. Здѣсь думаютъ про префекта Cornelius Secularis.
[4]) exactor auri, потому что онъ собиралъ деньги въ императорскую казну, exactor sanguinis, потому что не затруднялся проливать кровь человѣческую.
[5]) Зав. отъ versat = cogitat.
[6]) sc. auri et argenti.
[7]) аллитерація, у Пруденція не рѣдкая.
[8]) sc. nunc = non saevit.
[9]) не безъ оттѣнка презрѣнія въ устахъ язычника.
[10]) = hunc morem religionis.
[11]) отъ libare.
[12]) съ точки зрѣнія язычниковъ, обвинявшихъ Христіанъ въ употребленіи человѣческой крови.
[13]) = candelabris aureis.

Adstare fixos cereos.
Tum summa cura fratribus [1]),
Ut sermo testatur loquax,
Offere fundis venditis
Sestertiorum [2]) milia [3]).
Addicta [4]) avorum praedia
Foedis [5]) sub auctionibus
Successsor exheres gemit
Sanctis [6]) egens parentibus.
Haec [7]) occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare [8]) dulces liberos.
Deprome thesauros, malis
Suadendo quos praestigiis [9])
Exaggeratos obtines,
Nigrante [10]) quos claudis specu.
Hoc poscit usus publicus,
Hoc fiscus [11]) hoc aerarium [12]),
Ut dedita stipendiis [13])
Ducem iuvet pecunia.
Sic dogma vestrum est, audio:
Suum quibusque reddito [14]).
En Caesar agnoscit suum
Nomisma [15]) nummis inditum.
Quod Caesaris scis, Caesari
Da; nempe iustum postulo.
Ni fallor, haud ullam tuus
Signat Deus pecuniam [16]).
Nec, sum veniret, aureos

[1]) = Christianis.
[2]) отъ sestertium = 1000 сестерціевъ.
[3]) сл. Дѣян. Ап. 4. 34. 35.
[4]) sc. emptoribus, слѣд. vendita.
[5]) ибо черезъ нихъ прямые наслѣдники, дѣти, оставляются безъ средствъ.
[6]) = quos appellatis sanctos. Другіе разумѣютъ въ ироническомъ смыслѣ.
[7]) т. е. вырученныя отъ такихъ продажъ суммы.
[8]) = pauperes reddere.
[9]) = artibus, quibus alios deludis, faciens illis apparere quod non est. Сл. praestigiator.
[10]) = obscuro, tenebroso.
[11]) частная казна Императора.
[12]) общественная, государственная казна.
[13]) = erogata in stipendia militum.
[14]) намекъ на Лук. 20. 25 (= Мате. 22. 19). Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei, Deo.
[15]) = νόμισμα, imago, figura quae in nummis fit.
[16]) = Dei tui imago in nullis numismatis est impressa.

Secum Philippos [1]) detulit,
Praecepta sed verbis dedit,
Inanis [2]) a marsupio.
Implete dictorum fidem [3]),
Quam vos per orbem venditis [4]),
Nummos libenter reddite,
Estote verbis divites.
Nil asperum Laurentius
Refert ad ista aut turbidum,
Sed ut paratus obsequi
Obtemperanter [5]) annuit.
Est dives, inquit, non nego
Habetque nostra ecclesia
Opumque et auri plurimum,
Nec quisquam in orbe est ditior.
Is ipse tantum non habet,
Argenteorum aenigmatum [6])
Augustus, arcem [7]) possidens,
Cui nummus omnis scribitur [8]).
Sed nec recuso prodere
Locupletis arcam [9]) numinis;
Vulgabo cuncta et proferam
Pretiosa quae Christus tenet.
Unum sed orans flagito
Induciarum [10]) paululum,
Quo fungar efficacius [11])
Promissionis munere,
Dum tota digestim [12]) tibi
Christi supellex scribitur,
Nam calculanda primitus
Tum subnotanda [13]) est summula.

[1]) Philippi, Philippei, золотыя монеты, чеканенныя впервые Филиппомъ, отцомъ Александра В., и затѣмъ принятыя всюду, такъ что ихъ названіе стало нарицательнымъ для золотой монеты.
[2]) = vacuus, non habens.
[3]) = facite quod dicitis.
[4]) съ оттѣнкомъ презрѣнія.
[5]) = oboedienter.
[6]) = αἴνιγμα, въ см. figura, изображеніе, находящееся на монетѣ.
[7]) sc. imperii. Augustus общее названіе для Императора.
[8]) = cuius imago imprimitur et titulus circumscribitur in nummis. Другіе: in cuius arca nummi undique congeruntur. Scribere nummos alicui, про должника, дающаго кредитору письменное обязательство уплатить долгъ въ извѣстный срокъ.
[9]) = сокровищница.
[10]) induciae, терминъ военный, не безъ намѣренія употребленъ здѣсь для обозначенія, что по истеченіи даннаго срока Лаврентій готовъ вступить въ борьбу съ префектомъ.
[11]) съ бо́льшимъ результатомъ, слѣд. лучше.
[12]) = digerendo nummorum genera. Tibi = a te.
[13]) про подведеніе итога.

Laetus tumescit gaudio
Praefectus ac spe devorat
Aurum [1]), velut iam conditum
Domi maneret, gestiens.
Pepigere tempus tridui.
Laudatus inde absolvitur
Laurentius, sponsor sui [2]),
Et sponsor ingentis lucri.
Tribus per urbem cursitat
Diebus: infirma agmina
Omnesque qui poscunt stipem
Cogens in unum et congregans.
Illic utrisque obtutibus
Orbes [3]) cavatos praeferens
Baculo regebat praevio [4])
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu,
Vel crure trunco semipes,
Breviorve planta ex altera,
Gressum trahebat imparem [5]).
Est ulcerosis artubus [6])
Qui tabe corrupta fluat;
Est cuius arens dextera
Nervos in ulnam [7]) contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, assuetos ali
Ecclesiae matris penu [8]),
Quos ipse promus [9]) noverat.
Recenset exin singulos,
Scribens viritim nomina,
Longo et locatos ordine
Astare pro templo iubet.
Praescriptus et iam fluxerat
Dies, furebat fervido
Iudex avarus spiritu,

[1]) ἀπὸ κοινοῦ къ devorat и къ gestiens.
[2]) давъ поруку въ томъ, что по истеченіи трехъ дней онъ явится самъ и представитъ богатства церковныя.
[3]) = глазныя впадины. Онѣ были cavati = vacui, utrisque obtutibus = utroque oculo.
[4]) ибо слѣпой ощупываетъ дорогу впередъ палкой.
[5]) вслѣдствіе хромоты одинъ шагъ не былъ равенъ другому.
[6]) или = ex artubus, или = in artubus.
[7]) такъ, что его локоть не можетъ разогнуться.
[8]) = alimentis quae in penario solent asservari.
[9]) ибо Лаврентій, какъ хранитель церковной сокровищницы, распоряжался и выдачею изъ нея.

Promissa solvi efflagitans.
Tum martyr: Assistas velim,
Coramque dispostas opes
Mirere, quas noster Deus
Praedives in sanctis [1]) habet.
Videbis ingens atrium [2])
Fulgere vasis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines [3]).
It ille, nec pudet sequi.
Ventum ad sacratam ianuam:
Stabant catervae pauperum,
Inculta visu examina.
Fragor [4]) rogantum tollitur:
Praefectus horrescit stupens,
Conversus in Laurentium,
Oculisque turbatis minax.
Contra ille: Quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid displicet?
Num sordida haec aut vilia?
Num despuenda existimas?
Aurum, quod ardenter sitis,
Effossa gignunt rudera [5]),
Et de metallis [6]) squalidis
Poenalis excudit labor [7]).
Torrens vel amnis [8]) turbidis
Volvens arenis implicat,
Quod terrulentum [9]) ac sordidum
Flammis necesse est decoqui,
Pudor per aurum solvitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges et ipsae intercidunt.
Quid tu venenum gloriae [10])
Extollis et magni putas?

[1]) съ намѣренною двусмысленностью: habet in sanctis, т. е. in sacrariis или же: aestimat, putat sanctos, по изреченію: beati pauperes.
[2]) atrium въ храмѣ, называлось мѣсто между входомъ и притворомъ (νάρθηξ); иногда оно смѣшивается съ послѣднимъ. См. Martigny Dictionnaire des antiquités chrétiennes. Paris. 1878. s. v.
[3]) = talenta ordinibus disposita.
[4]) = clamor.
[5]) щебень, куски руды, въ которыхъ заключается металлъ.
[6]) камень, минералъ; другіе поняли въ см. рудниковъ.
[7]) ибо въ рудники посылали преступниковъ (damnare in metallum).
[8]) золотоносная рѣка, вродѣ Пактола или Тага.
[9]) смѣшанный съ землею.
[10]) = quo vera gloria perit.

Si quaeris aurum verius,
Lux est et humanum genus [1])
Hi sunt alumni luminis,
Quos corpus arctat debile,
Ne per salutem viscerum [2])
Mens insolescat turgida.
Cum membra morbus dissicit [3])
Animus viget robustior;
Membris vicissim [4]) fortibus
Vis sauciatur sensuum.
Nam sanguis in culpam calens [5],
Minus ministrat virium [6]),
Si fervor effetus malis
Elumbe virus contrahat [7]).
Si forte detur optio,
Malim dolore asperrimo
Fragmenta [8]) membrorum pati,
Et pulcher intus vivere.
Committe [9]) formas pestium
Et confer alternas lues,
Carnisne morbus foedior,
An mentis et morum ulcera?
Nostri [10]) per artus debiles
Intus decoris integri,
Sensum venusti innoxium
Languoris expertes gerunt.
Vestros valentes corpore
Interna corrumpit lepra,
Errorque mancum [11]) claudicat,
Et caeca fraus nihil videt.
Quem vis tuorum divitum
Qui veste et ore praenitent
Magis probabo debilem,
Quam quis meorum est pauperum.
Hunc, qui superbit serico,

[1]) т. е. Christus, qui est lux mundi, et homines ab eo redempti.
[2]) просто: физическое здоровье.
[3]) отъ dissico.
[4]) = на оборотъ.
[5]) = incitans ad culpam, cum calidus est.
[6]) sc. ad peccandum.
[7]) т. е. если пылъ страстей, ослабленный недугами, получитъ обезсиленный ядъ.
[8]) = fracturam.
[9]) = compara.
[10]) т. е. pauperes et Christiani.
[11]) въ видѣ нарѣчія; ср. intonat horrendum.

Quem currus inflatum vehit,
Hydrops aquosus [1]) lucido
Tendit veneno intrinsecus.
Ast hic avarus contrahit
Manus recurvas in volam [2]),
Plicans et uncis unguibus
Laxare nervos non valet.
Istum libido fetida
Per scorta tractum publica
Luto et cloacis inquinat
Dum spurca mendicat stupra.
Quid ille fervens ambitu
Sitimque honoris aestuans,
Mersisne [3]) anhelat febribus
Atque igne venarum furit?
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere
Vexatur et scalpit iecur [4]),
Scabiemque cordis sustinet [5]).
Quid invidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta et livida
Malignitatum vulnera?
Tute ipse, qui Romam regis,
Contemptor aeterni Dei,
Dum daemonum sordes colis
Morbo laboras regio [6]).
Hi, quos superbus despicis,
Quos exsecrandos iudicas,
Brevi ulcerosos exuent
Artus et incolumes erunt.
Cum carne corruptissima
Tandem soluti ac liberi,
Pulcherrimo vitae statu
In arce lucebunt Patris;
Non sordidati aut debiles,
Sicut videntur interim [7]),

[1]) = aqua intercus.
[2]) срвн. ст. 156. Nervos in ulnam contrahat.
[3]) ne = nonne, u mersis = immersis, находящимися внутри.
[4]) Печень, по ученію философовъ, была вмѣстилищемъ страстей.
[5]) Выраженіями: prurit, scalpit, scabies желаніе выдать тайну сравнивается съ зудомъ.
[6]) morbus regius, ictericus, желтуха, потому такъ названная, что лѣчилась весьма дорогими лѣкарствами.
[7]) = nunc, in hac vita.

Sed purpurantibus stolis [1])
Clari et coronis aureis [2]).
Tum si facultas suppetat [3]),
Coram tuis obtutibus
Istos potentes seculi
Velim recensendos [4]) dari:
Pannis videres obsitos,
Et muculentis naribus,
Mentum salivis uvidum,
Lipposque palpebra putri.
Peccante nil est tetrius,
Nil tam leprosum aut putridum;
Cruda est cicatrix criminum,
Oletque ut antrum tartari [5]).
Animabus inversa vice
Corrupta forma infligitur,
Quas pulcher aspectus prius
In corpore oblectaverat.
En ergo nummos aureos,
Quos proxime spoponderam,
Quos nec favillis obruat
Ruina, nes fur subtrahat [6]),
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Christum putes,
Gemmas corusci luminis,
Ornatur hoc templum quibus.
Cernis sacratas virgines,
Miraris intactas [7]) anus,
Primique post damnum tori [8])
Ignis [9]) secundi nescias.
Hoc est monile ecclesiae,
His illa gemmis comitur,
Dotata sic Christo placet,
Sic ornat altum verticem.
Eccum talenta, suscipe.
Ornabis urbem Romulam [10]),

[1]) про верхнее платье вообще.
[2]) которыми награждались храбрѣйшіе изъ воиновъ.
[3]) = si detur tibi ad hoc copia.
[4]) = recognoscendos.
[5]) сл. Vergil. Aen. VI. 201 fauces graveolentis Averni.
[6]) срвн. Лук. 12. 33.
[7]) = цѣломудренный.
[8]) = post mortem primi mariti.
[9]) = amoris.
[10]) = Romuleam. Сл. Romula gens у Hor. C. S. 47.

Ditabis et rem [1]) principis,
Fies et ipse ditior.
Ridemur, exclamat fremens
Praefectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur,
Et vivit insanum caput!
Impune tantas, furcifer [2]),
Strophas [3]) cavillo mimico [4])
Te nexuisse existimas,
Dum scurra [5]) saltas fabulam [6])?
Concinna visa [7]) urbanitas
Tractare nosmet ludicris?
Egon' cacchinnis venditus
Acroma [8]) festivum fui?
Adeone nulla austeritas,
Censura [9]) nulla est fascibus?
Adeon' securim publicam
Mollis retundit lenitas [10])?
Dicis: libenter oppetam [11]),
Votiva [12]) mors est martyri.
Est ista vobis, novimus,
Persuasionis vanitas.
Sed non volenti [13]) impertiam,
Praestetur ut mortis citae
Compendiosus [14]) exitus:
Perire raptim [15]) non dabo.
Vitam tenebo et differam
Poenis morarum iugibus [16]),

[1]) = patrimonium.
[2]) furca, родъ колодки, которая накладывалась на шею провинившимся рабамъ.
[3]) stropha, στροφή, = tergiversatio, увертка.
[4]) = cavillatione qua mimi utuntur. О мимахъ см. Модестовъ. Истор. р. литер. 1², 409 сл.
[5]) = scurriliter, какъ скоморохъ.
[6]) saltare fabulam говорилось, когда представленіе сопровождалось орхестическими движеніями.
[7]) = conveniens. Смыслъ: adeone visus tibi sum idoneus, ut mihi illuderes?
[8]) acroma = acroama, ἀκρόαμα, = auditio, festiva iucundaque narratio, homo qui eam recitat. Префектъ хочетъ сказать, что онъ, выставленный на посмѣшище, сдѣлался забавнымъ представленіемъ.
[9]) = severitas.
[10]) = clementia.
[11]) sc. mortem.
[12]) = составляющая предметъ желаній (vota).
[13]) = tibi optanti mortem.
[14]) = brevis.
[15]) = velociter.
[16]) = непрерывно длящаяся казнь.

Et mors inextricabilis [1])
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes sternite,
Ne fervor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
Vapor senescens [2]) langueat,
Qui fusus afflatu levi
Tormenta sensim temperet [3])
Semustilati corporis.
Bene est, quod ipse ex omnibus
Mysteriarches [4]) incidit.
Hic solus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.
Conscende constratum rogum,
Decumbe digno lectulo;
Tunc, si libebit, disputa
Nil esse Vulcanum meum [5]).
Haec fante praefecto, truces
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu martyrem,
Vincire membra et tendere.
Illi os decore [6]) splenduit
Fulgorque circumfusus est.
Talem revertens legifer [7])
De monte vultum detulit,
Iudaea quem plebs, aureo
Bove inquinata et decolor [8]),
Expavit et faciem retro
Detorsit, impatiens Dei;
Talemque et ille praetulit
Oris corusci gloriam
Stephanus [9]), per imbrem saxeum
Caelos apertos intuens [10]).

[1]) = mors lenta, quae finem invenire nesciat. Другіе понимаютъ: quae non extricabit, non resolvet animam a corpore.
[2]) vapor = calor; онъ senescit, т. е. propemodum exstinguitur.
[3]) = moderari.
[4]) μυστηριάρχης, mysteriorum et sacrorum princeps, ибо префектъ, видя, что Лаврентій завѣдываетъ церковными сокровищами, думаетъ, что онъ глава всѣхъ другихъ Христіанъ.
[5]) т. е. quem ego dico meum esse numen.
[6]) = pulchritudo.
[7]) = legislator, т. е. Моисей.
[8]) = dehonestata.
[9]) первомученикъ.
[10]) см. Дѣян. 7. 56.

Illuminatum hoc eminus [1]).
Recens piatis [2]) fratribus,
Baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat.
Ast impiorum caecitas
Os oblitum [3]) noctis situ
Nigrante sub velamine
Obducta, clarum non videt.
Aegyptiae plagae in modum [4]),
Quae, cum tenebris barbaros
Damnaret, Hebraeis diem
Sudo [5]) exhibebat lumine.
Quin ipsa odoris qualitas,
Adusta quam reddit cutis,
Diversa utrosque permovet:
His nidor [6]), illis nectar [7]) est.
Idemque sensus [8]), dispari
Variatus aura, aut afficit
Horrore nares vindice [9]),
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis aeternus Deus,
Nam Christus ignis verus est,
Is ipse complet lumine
Iustos et urit noxios.
Postquam vapor diutinus
Decoxit exustum latus,
Ultro e catasta [10]) iudicem
Compellat affatu brevi:
Converte partem corporis
Satis crematam iugiter,
Et fac periclum [11]), quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Praefectus inverti iubet.
Tunc ille: Coctum est, devora,
Et experimentum cape,

[1]) т. е. hoc. (sc. os Laurentii) illuminatum (est, videtur) eminus (e longinquo intuentibus).
[2]) т. е. per baptisma.
[3]) = obscuratum.
[4]) см. Исх. 10. 23.
[5]) = sereno.
[6]) = odor gravis naribus.
[7]) = odor ex nectare effluens.
[8]) именно: обоняніе.
[9]) = vindicante in tortores.
[10]) ибо мученіе Св. Лаврентія происходило на возвышеніи, для того, чтобы всѣ могли видѣть.
[11]) = experire.

Sit crudum an assum suavius.
Haec ludibundus [1]) dixerat,
Caelum deinde suspicit
Et congemiscens obsecrat [2])
Miseratus urbem Romulam:
O Christe, numen unicum,
O splendor, o virtus patris,
O factor orbis et poli [3]),
Atque auctor horum moenium,
Qui sceptra Romae in vertice
Rerum locasti, sanciens
Mundum Quirinali [4]) togae
Servire et armis cedere,
Ut discrepantum gentium
Mores et observantiam [5]),
Linguasque, et ingenia, et sacra
Unis domares legibus.
En omne sub regnum Remi [6])
Mortale concessit genus,
Idem loquuntur dissoni
Ritus, id ipsum sentiunt.
Hoc destinatum [7]), quo magis
Ius Christiani nominis
Quodcumque terrarum iacet,
Uno illigaret vinculo.
Da, Christe, Romanis tuis,
Sit Christiana ut civitas,
Per quam dedisti, ut ceteris
Mens una sacrorum foret [8]).
Confoederentur omnia
Hinc inde membra in symbolum [9]),
Mansuescat orbis subditus,
Mansuescat et summum caput,
Advertat abiunctas plagas [10])
Coire in unam gratiam,

[1]) = similis ludenti et iocanti.
[2]) sc. Deum. Congemiscere = gemere.
[3]) = terrae et caeli.
[4]) Римляне, какъ граждане основаннаго Квириномъ (обоготвореннымъ Ромуломъ) города, не рѣдко зовутся populus Quirini.
[5]) = leges, regulae.
[6]) Имена Ромула и Рема употребляются безразлично въ смыслѣ основателей Рима.
[7]) sc. a Deo.
[8]) ибо съ распространеніемъ Римской имперіи распространилось и Христіанство.
[9]) = convenientia, unitas.
[10]) = disiunctas regiones.

Fiat fidelis Romulus,
Et ipse iam credat Numa.
Confundit error Troicus [1])
Adhuc Catonum curiam [2]),
Veneratus occultis focis [3])
Phrygum [4]) penates exules.
Ianum bifrontem et Sterculum [5])
Colit senatus (horreo
Tot monstra patrum dicere)
Et festa Saturni senis [6]).
Absterge, Christe, hoc dedecus,
Emitte Gabriel [7]) tuum,
Agnoscat ut verum Deum
Errans Iuli caecitas [8]).
Et iam tenemus obsides
Fidissimos huius spei:
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum principes.
Alter vocator gentium [9]),
Alter cathedram possidens
Primam [10]) recludit creditas
Aeternitatis ianuas.
Discede, adulter Iuppiter,
Stupro sororis oblite [11]),
Relinque Romam liberam
Plebemque [12]) iam Christi fuge.
Te Paulus hinc exterminat.
Te sanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipse amaveras,

[1]) Ибо преданіе говоритъ, что боговъ Римляне приняли изъ Трои, черезъ Енея.
[2]) senatum Romanum. Catones, какъ nomen appellativum для Римлянъ вообще, и преимущественно знатныхъ и мудрыхъ.
[3]) намекъ на огонь Весты, незримый никѣмъ, кромѣ жрецовъ (pontifices) и Весталокъ. Verg. Aen. 2. 295.
[4]) = Troianorum.
[5]) Sterculus. См. Macrob. Saturn. 1. 7. Cyrenenses ficis recentibus coronantur, placentasque mutuo missitant, mellis et fructuum repertorem Saturnum, existimantes; hunc Romani etiam Sterculum vocant, quod primus stercore fecunditatem agris comparaverit.
[6]) = Saturnalia. Сатурнъ зовется senex потому, что, по преданію, царствовалъ раньше Юпитера.
[7]) Gābrĭel, у другихъ поэтовъ Găbrĭel.
[8]) = слѣпое заблужденіе Іула. Iulus, сынъ Енея, родоначальникъ рода Юліевъ; здѣсь въ см. родоначальника всѣхъ Римлянъ вообще.
[9]) Римл. 11. 13.
[10]) Этимъ указывается на участіе Ап. Петра вмѣстѣ съ Ап. Павломъ въ основаніи Римской церкви.
[11]) = оскверненный. Миѳъ дѣлаетъ Юнону и женою и сестрою Юпитера.
[12]) = populum.

Factum Neronis [1]) officit.
Video futurum principem [2])
Quandoque, qui servus Dei
Tetris sacrorum sordibus
Servire Romam non sinat.
Qui templa claudat vectibus,
Valvas eburnas obstruat,
Nefanda damnet limina,
Obdens ahenos pessulos.
Tunc pura ab omni sanguine [3])
Tandem nitebunt marmora [4]),
Stabunt et aera innoxia [5]),
Quae nunc habentur idŏla [6]).
Hic finis orandi fuit
Et finis idem vinculi
Carnalis; erupit volens
Vocem secutus spiritus.
Vexere corpus subditis
Cervicibus quidam patres [7]),
Quas mira libertas viri
Ambire [8]) Christum suaserat.
Repens [9]) medullas indoles [10])
Afflarat [11]) et coëgerat
Amore sublimis Dei
Obisse nugas pristinas [12]).
Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium,
Plebs in sacellis [13]) rarior,
Christi ad tribunal [14]) curritur.
Sic dimicans Laurentius
Non ense praecinxit latus,
Hostile sed ferrum retro
Torquens in auctorem tulit.

[1]) Апостолы Петръ и Павелъ пострадали во время Неронова гоненія.
[2]) Одни разумѣютъ здѣсь Константина Великаго, другіе же Ѳеодосія.
[3]) sc. victimarum.
[4]) = aras marmoreas.
[5]) ибо теперь ихъ почитаніе, какъ боговъ, гибельно для душъ.
[6]) idŏla, но въ Греч. εἴδωλα.
[7]) = senatores. Мартирологій упоминаетъ про beatus Hippolytus и Iustinus presbyter.
[8]) = quaerere.
[9]) = repente.
[10]) sc. bona, слѣд. доброе расположеніе.
[11]) afflare medullas необычное выраженіе въ знач. penetrare in medullas.
[12]) = vanitates gentilicas.
[13]) sc. deorum gentilium.
[14]) = βῆμα, алтарь.

Tum daemon invictum Dei
Testem lacessit praelio,
Perfossus ipse concidit
Et stratus aeternum [1]) iacet.
Mors illa sancti martyris
Mors vera templorum fuit,
Tunc Vesta Palladios lares [2])
Impune sensit deseri.
Quicquid Quiritum sueverat
Orare simpuvium Numae [3]),
Christi frequentans atria
Hymnis resultat [4]) martyrem.
Ipsa et senatus lumina,
Quondam luperci [5]) aut flamines [6]),
Apostolorum et martyrum
Exosculantur limina [7]).
Videmus illustres domos
Sexu ex utroque [8]) nobiles
Offerre votis pignora
Clarissimorum liberum [9]).
Vittatus [10]) olim pontifex
Ascitur [11]) in signum crucis,
Aedemque, Laurenti, tuam
Vestalis intrat Claudia [12]).
O ter quaterque et septies
Beatus Urbis incola,
Qui te ac tuorum cominus
Sedem celebrat ossuum.
Cui propter [13]) advolvi licet,
Qui fletibus spargit locum,

[1]) = in aeternum.
[2]) Въ храмѣ Весты находились и Палладіумъ и изображенія Ларовъ.
[3]) simpuvium (simpulum), сосудъ, употреблявшійся при жертвоприношеніяхъ. Естественно, что сосудъ, употреблявшійся Нумой Помпиліемъ, которому преданіе приписывало учрежденіе религіозныхъ обрядовъ, служилъ предметомъ особеннаго почитанія. Срвн. Iuvenal. VI. 343. Simpuvium ridere Numae.
[4]) = resultando concinit.
[5]) жрецы Пана. См. Liv. 1. 5. Ovid. f. 2. 280. Preller Röm. Mythol. p. 343 сл.
[6]) жрецы отдѣльныхъ божествъ. См. Preller. 108. 137.
[7]) sc. templorum, ubi corpora eorum condita sunt.
[8]) = ex patre et matre.
[9]) про посвященіе дѣтей Богу.
[10]) Vittae, повязки, составляли часть жреческаго орната.
[11]) = acquiritur. Выраженіе заимствовано отъ пріема кого-нибудь въ коллегію или общество.
[12]) Claudia, pro qualibet virgine Vestali. Срвн. 446. Изъ Весталокъ особенно была извѣстна Claudia, о которой Ovid. f. IV. 305. Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto.
[13]) = prope.

Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.
Nos Vasco [1]) Iberus dividit
Binis remotos Alpibus,
Trans Cottianorum iuga [2]),
Trans et Pyrenas ninguidos.
Vix fama nota est, abditis
Quam plena sanctis Roma sit,
Quam dives urbanum solum
Sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
Nec sanguinis vestigia
Videre coram possumus
Caelum intuemur eminus.
Sic [3]), sancte Laurenti, tuam
Nos passionem quaerimus,
Est aula nam duplex tibi,
Hic corporis mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus urbi [4]) municeps [5]),
Aeternae in arce curiae
Gestas coronam civicam [6]).
Videor videre illustribus
Gemmis coruscantem virum,
Quem Roma caelestis sibi
Legit perennem consulem.
Quae sit potestas credita
Et muneris quantum datum
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.
Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prospere,
Poscunt, litantur [7]), indicant
Et tristis haud ullus redit.
Ceu [8]) praesto semper adsies [9])

[1]) Vascones народъ на С.-В. Испаніи, между Ебро (Ibērus) и Пиренеями и. Баски.
[2]) Alpes Cottiae или Cottianae простирались отъ M. Viso до M. Cenis.
[3]) т. е. intuentes caelum.
[4]) sc. caelestis Hierusalem. См. 559. Roma caelestis.
[5])= civis, incola.
[6]) corona civica давалась за спасеніе согражданина на войнѣ черезъ убіеніе нападавшаго на него врага. Здѣсь Лаврентій увѣнчанъ этимъ вѣнцомъ, ибо онъ освободилъ многихъ отъ власти общаго врага, діавола.
[7]) = litanti impetrant quod poscunt.
[8]) относится къ praesto = какъ бы при насъ, рядомъ съ нами.
[9]) adsis.

Tuosque alumnos urbicos [1])
Lactante complexus sinu [2])
Paterno amore nutrias.
Hos inter, o Christi decus,
Audi et poëtam rusticum,
Cordis fatentem crimina
Et facta prodentem sua.
Indignus agnosco et scio,
Quem Christus ipse exaudiat;
Sed per patronos martyres
Potest medelam [3]) consequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum [4]) Prudentium
Et servientem corpori [5])
Absolve vinclis seculi.

3.

Hymnus III [6]).

In honorem B. Eulaliae Martyris [7]).

Germine nobilis Eulalia,
Mortis et indole [8]) nobilior,
Emeritam sacra virgo suam,
Cuius ab ubere [9]) progentia est,
Ossibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo [10]) locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,

[1]) = Romanos, tuos filios, alumnos.
[2]) sc. more matrum quae filios lactant.
[3]) = veniam peccatorum.
[4]) = quem Christus potest accusare peccatorem.
[5]) = dum est in hac vita.
[6]) Этотъ гимнъ написанъ стихомъ: trimeter dactylicus hypercatalectus, схема котораго слѣдующая:

⏑ ‒ ‒ ⏑ ‒ ‒ ⏑ ‒ ‒ ⏑

[7]) Евлалія, родомъ изъ Emerita (Mérida) въ Лузитаніи, пострадала въ IV в. Ея почитаніе въ Испаніи началось рано, о чемъ свидѣтельствуютъ надписи у Hübner, Inscriptiones Hispaniae Christianae. Berlin. 1871. Пруденцій есть самый древній писатель, повѣствующій объ ея мученіи.
[8]) indoles = χαρακτήρ. Indoles mortis = genus m.
[9]) родина сравнивается съ матерью. Другіе uber разумѣютъ въ см. ubertas, fertilitas.
[10]) т. е. soli. Для жителя Hispania Tarraconensis, каковымъ былъ Пруденцій, Лузитанія лежала на Западъ.

Urbe potens, populis locuples,
Sed mage [1]) sanguine martyrii,
Virgineoque potens titulo [2]).
Curriculis [3]) tribus atque novem
Tres hiemes quater attigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera [4]) carnifices,
Supplicium sibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
Tendere se Patris ad solium [5]),
Nec sua membra dicata toro [6]):
Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia pusiola [7]).
Spernere [8]) succina [9]), flare [10]) rosas,
Fulva [11]) monilia respuere:
Ore severa, modesta gradu,
Moribus et nimium teneris
Canitiem meditata [12]) senum.
Ast ubi se furiata lues [13])
Excitat in famulos Domini,
Christicolasque cruenta [14]) iubet
Thura cremare, iecur pecudis [15])
Mortiferis [16]) adolere deis,
Infremuit sacer Eulaliae
Spiritus ingeniique ferox [17])
Turbida [18]) frangere [19]) bella parat,
Et, rude pectus anhela deo [20]),
Femina provocat arma virûm.

---

[1]) = magis.
[2]) = sepulcro.
[3]) sc. solis. Слѣд. Евлаліѣ было 12 лѣтъ.
[4]) = fortis.
[5]) = ad regnum caeleste, in quo Dei sedes est.
[6]) sc. nuptiali.
[7]) = parva, infans.
[8]) sc. coepit.
[9]) украшенія изъ янтаря. Схоліастъ говоритъ, что succinum употреблялся также для притиранья.
[10]) = deflare, spernere.
[11]) ибо эти ожерелья были изъ золота.
[12]) = imitari. Canities, какъ признакъ мудрости.
[13]) = persecutio.
[14]) Относится къ lues, такъ что смыслъ: cruorem minitans, nisi sacrificent diis.
[15]) на жертвенникахъ боговъ сожигали внутренности животныхъ.
[16]) ибо поклоненіе имъ влечетъ за собою вѣчную смерть въ грѣхѣ.
[17]) = энергическая по своему характеру.
[18]) = perturbationem aliis afferentia.
[19]) = superare.
[20]) = inspirata a deo in rudi pectore, при чемъ rudis = novus, inexpertus.

Sed pia cura parentes agit,
Virgo animosa domi ut lateat,
Abdita rure et ab urbe procul,
Ne fera [1]) sanguinis in pretium [2])
Mortis amore puella ruat.
Illa perosa quietis opem
Degeneri tolerare [3]) mora,
Nocte fores sine teste movet,
Septaque claustra fugax aperit,
Inde per invia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris
Per loca senta situ [4]) et vepribus,
Angelico comitata choro;
Et licet horrida nox sileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic [5]) habuit generosa patrum [6])
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebrosa potens
Nocte viam face perspicua
Praestitit, intereunte chao [7]).
Non aliter pia virgo, viam
Nocte secuta, diem [8]) meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica [9]) cum fugeret,
Et super astra pararet iter.
Illa gradu cita pervigili [10]),
Milia multa prius peragit,
Quam plaga pandat Eoa [11]) polum.
Mane superba tribunal [12]) adit,
Fascibus astat et in mediis,

[1]) = ferox, энергическая. Другіе = efferata amore martyrii.
[2]) разумѣется та кровавая плата или награда, которая будетъ ей отъ язычниковъ за исповѣданіе Христа.
[3]) констр. perosa tolerare opem quietis. Degener зовется mora потому, что Евлаліи казалось недостойнымъ далѣе медлить въ своемъ исповѣданіи.
[4]) сл. Vergil. Aen. VI. 462. Per loca senta cogunt noctemque profundam.
[5]) Исх. 13. 21.
[6]) = filiorum Israël.
[7]) = confusione noctis.
[8]) = diei lucem.
[9]) Схоліастъ: Aegyptia; Aegyptus enim tenebrae interpretatur. Est autem Canopus civitas Aegypti и пр. Вообще у древнихъ Христіанъ Египетъ является представителемъ міра и его суетности, отъ котораго они убѣгаютъ, какъ Евреи бѣжали изъ Египта.
[10]) quia totam noctem vigilaverat.
[11]) plaga Eoa, та сторона горизонта, откуда поднимается заря (Eos Ἠώς). Она pandit polum, т. е. caelum aperit.
[12]) на которомъ сидѣлъ iudex, т. е. преторъ и у котораго, какъ знакъ власти р. чиновника, стояли ликторы съ fasces.

Vociferans: Rogo, quis furor est
Perdere praecipites animas [1]),
Et male prodiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis [2]),
Omnipatremque negare deum?
Quaeritis, o miseranda manus,
Christicolum [3]) genus? En ego sum
Daemonicis inimica sacris:
Idola protero sub pedibus,
Pectore et ore Deum fateor.
Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus [4]) et ipse nihil:
Illa [5]) nihil, quia facta manu,
Hic manuum quia facta colit:
Frivola [6]) utraque, et utraque nihil.
Maximianus opum dominus [7]),
Et tamen ipse cliens lapidum,
Prostituat [8]) voveatque suis
Numinibus caput ipse suum:
Pec ora cur generosa quatit [9])?
Dux bonus, arbiter egregius [10])
Sanguine pascitur innocuo,
Carporibusque piis inhians,
Viscera sobria [11]) dilacerat,
Gaudet et excruciare fidem.
Ergo age, tortor, adure, seca,
Divide membra coacta [12]) luto.
Solvere rem fragilem facile est
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias
Praetor, ait: Rape praecipitem,

[1]) sc. vestras, praecipitando illas ad inferos.
[2]) = и злоупотребляя своимъ религіознымъ чувствомъ (corda male prodiga sui), прилагать его (sternere) къ обдѣланнымъ камнямъ, т. е. къ идоламъ.
[3]) = Christicolarum.
[4]) Можно разумѣть двухъ Максиміановъ: Maximianus Herculeus и Galerius Maximianus. Большинство ученыхъ разумѣетъ перваго и относитъ мученіе Евлаліи къ 303—304 г.
[5]) = idola Isidis, Apollinis, Veneris.
[6]) = vana et mendacia. Utraque есть Nom., не смотря на ā. См. г. 1. 3.
[7]) opes здѣсь въ см. власти, могущества; dominus opum = могущественный владыка.
[8]) = turpiter tradat. Сл. μοιχεύω про идолослуженіе, у LXX.
[9]) = persequitur.
[10]) иронически.
[11]) съ намекомъ на постъ и воздержность Христіанъ.
[12]) = composita, compacta.

Lictor, et obrue suppliciis.
Sentiat [1]), esse deos patrios,
Nec leve principis imperium.
Quam cuperem tamen ante necem,
Si potis est, revocare tuam,
Torva [2]) puellula, nequitiam [3])!
Respice, gaudia quanta metas [4]),
Quae tibi fert genialis [5]) honor.
Te lacrimis labefacta domus
Prosequitur, generisque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tenero,
Proxima dotibus et thalamo.
Non movet aurea [6]) pompa tori,
Non pietas veneranda senum [7]),
Quos temeraria debilitas?
Ecce parata ministeria [8])
Excruciabilis exitii.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque ululanda [9]) tuis
In cineres resoluta flues [10]).
Naec, rogo, quis labor est fugere?
Si modicum salis [11]) eminulis [12])
Thuris et exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis,
Poena gravis procul abfuerit.
Martyr ad ista nihil, sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa iacit, simulacra dehinc
Dissipat, impositamque molam [13])

---

[1]) почувствуетъ на своемъ тѣлѣ.
[2]) = contumax.
[3]) = peccatum, malum.
[4]) = colligere.
[5]) = nuptialis; сл. genialis lectus.
[6]) = fulgens; splendida. Pompa tori—брачная церемонія, состоявшая главнымъ образомъ въ торжественномъ проводѣ невѣсты въ домъ жениха.
[7]) = parentum.
[8]) = ministri et instrumenta.
[9]) = оплакивать.
[10]) про мелкій сыпучій прахъ.
[11]) = molam salsam, необходимая принадлежность каждаго жертвоприношенія.
[12]) = eminentibus et summis.
[13]) = far et salem.

Thuribulis [1]) pede prosubigit [2]).
Nec mora, carnifices gemini
Iuncea [3]) pectora dilacerant,
Et latus ungula [4]) virgineum
Pulsat utrimque, et ad ossa secat,
Eulalia numerante notas [5]).
Scriberis [6]) ecce mihi [7]), Domine,
Quam iuvat hos apices [8]) legere,
Qui tua, Christe, tropaea [9]) notant!
Nomen et ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti [10]).
Haec sine fletibus et gemitu
Laeta canebat et intrepida.
Dirus abest dolor ex animo,
Membraque picta cruore novo
Fonte cutem recalente lavant.
Ultima carnificina [11]) dehinc,
Non laceratio vulnifica,
Crate [12]) tenus nec arata cutis;
Flamma sed undique lampadibus
In latera stomachumque furit.
Crinis odorus et in iugulos [13])
Fluxerat, involitans umeris,
Quo pudibunda pudicitia,
Virgineusque lateret honos,
Tegmine verticis opposito.
Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata [14]), caput
Occupat, exsuperatque apicem [15]):
Virgo, citum cupiens obitum.
Appetit et bibit ore rogum [16]).

---

[1]) = θυμιατήριον, курильница.
[2]) = conculcare.
[3]) = iuvenilia; сл. viridis, употребляющееся въ такомъ же значеніи.
[4]) см. пр. къ гл. I. ст. 44.
[5]) = signa quae faciebant ungulae.
[6]) съ намекомъ на знач. сл. nota, какъ compendium scripturae.
[7]) = in me.
[8]) арех въ письмѣ, значекъ, вродѣ запятой, ставившейся на гласныхъ буквахъ; здѣсь же въ см. буквъ, письменъ.
[9]) = victoria.
[10]) = ex vulneribus meis expressi.
[11]) = tormentum.
[12]) = costae, ибо ребра суть какъ бы плетенка, въ которой содержатся внутренности.
[13]) = in partem colli anteriorem.
[14]) = nutrita.
[15]) sc. capitis.
[16]) смѣлое соединеніе, при чемъ rogus сравнивается съ влагою, которой кто-либо послѣ жажды упивается.

Emicat inde columba repens [1]),
Martyris os nive candidior
Visa relinquere et astra sequi:
Spiritus hic erat Eulaliae
Lacteolus [2]), celer, innocuus.
Colla fluunt [3]), abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur;
Pax datur artubus exanimis,
Flatus [4]) in aethere plaudit ovans,
Templaque [5]) celsa petit volucer.
Vidit et ipse satelles [6]), avem
Feminae ab ore meare palam;
Obstupefactus et attonitus
Prosilit, et sua gesta fugit,
Lictor et ipse fugit pavidus.
Ecce nivem glacialis hiems
Ingerit. et tegit omne forum [7]):
Membra tegit simul Eulaliae,
Axe iacentia sub gelido,
Pallioli vice [8]) linteoli.
Cedat amor lacrimantum hominum,
Qui celebrare suprema [9]) solent,
Flebile cedat et officium:
Ipsa elementa, iubente Deo,
Exsequias tibi, virgo, ferunt.
Nunc locus Emerita est tumulo
Clara colonia Vettoniae [10]),
Quam memorabilis amnis Ana
Praeterit, et viridante rapax [11])
Gurgite [12]) moenia pulchra lavit [13]).
Hic, ubi marmore perspicuo [14])
Atria luminat [15]) alma nitor

[1]) = repente.
[2]) = candidus.
[3]) = дѣлаться гибкимъ, вслѣдствіе потери жизни.
[4]) = spiritus.
[5]) срв. Enn. (p. 50. Vahl.) caeli caerula templa.
[6]) = carnifex.
[7]) см. г. 1 ст. 47.
[8]) = ad similitudinem.
[9]) = exsequiae.
[10]) Vettonia, провинція Испаніи, между Дуро и Гвадіаной (Anas).
[11]) = turbidus, violentus.
[12]) gurges зовется viridans потому, что берега рѣки поросли деревьями и травой.
[13]) = alluere. Сл. Hor. Carm. 2. 3. 18. Villaque, flavus quam Tiberis lavit.
[14]) = pellucens.
[15]) = illumino, illustro.

Et peregrinus, et indigena [1])
Relliquias cineresque sacros
Servat humus veneranda sinu.
Tecta corusca super rutilant
De laquearibus [2]) aureolis
Saxaque caesa solum variant [3]),
Floribus ut rosulenta [4]) putes
Prata rubescere multimodis,
Carpite [5]) purpureas violas,
Sanguineosque crocos metite:
Non caret his genialis hiems [6]),
Laxat et arva [7]) tepens glacies [8]),
Floribus ut cumulet [9]) calathos.
Ista comantibus [10]) e foliis
Munera, virgo puerque, date,
Ast ego serta choro in medio
Texta [11]) feram pede dactylico,
Vilia, marcida, festa tamen.
Sic venerarier ossa libet,
Ossibus altar [12]) et impositum
Illa Dei sita sub pedibus [13])
Prospicit haec, populosque suos
Carmine propitiata [14]) fovet.

[1]) nitor peregrinus—украшеніе изъ иностраннаго мрамора, въ противоположность къ indigena.
[2]) = штучный потолокъ.
[3]) про мозаическій полъ.
[4]) = plena rosis.
[5]) для того, чтобы украсить ими могилу мученицы. Срв. Vergil. Aen. VI. 883. Manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis. Обратите вниманіе на то, что цвѣты у Пруд. зовутся purpureae (темнобагровые) и sanguinei, слѣд. имѣющіе цвѣтъ крови, пролитой мученицей.
[6]) срвн. Verg. Georg. 1. 302. Invitat genialis hiems.
[7]) зимою обыкновенно сковываемыя холодомъ.
[8]) oxymoron. См. hiems tepida et clemens.
[9]) = implere.
[10]) Срвн. Hor. Car. IV. 7. Diffugere nives, redeunt iam gramina campis, Arboribusque comae.
[11]) прославляющій мученицу гимнъ сравнивается съ вѣнкомъ, возлагаемымъ ей на гробницу.
[12]) = altare. Обычай ставить алтари надъ тѣлами мучениковъ общеизвѣстенъ.
[13]) ибо на престолѣ совершается таинство евхаристіи.
[14]) = propitia et benevola facta.

4.

Hymnus IX [1].

Passio S. Cassiani Forocorneliensis [2].

Sulla [3] forum [4] statuit Cornelius: hoc Itali urbem
Vocant ab ipso conditoris nomine [5].
Hic mihi, cum peterem tu, rerum maxima Roma,
Spes est oborta, prosperum Christum fore.
Stratus humi, tumulo [6] advolvebar, quem sacer ornat
Martyr dicato [7] Cassianus corpore.
Dum lacrimans mecum reputo mea vulnera [8], et omnes
Vitae labores, ac dolorum acumina,
Erexi ad caelum faciem; stetit obvia contra
Fucis colorum [9] picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos [10] lacerata per artus,
Ruptam minutis praeferens punctis cutem,
Innumeri circum pueri, miserabile visu,
Confossa parvis membra figebant stilis [11],
Unde [12] pugillares soliti percurrere ceras [13],
Scholare murmur [14] annotantes scripserant.
Aedituus [15] consultus ait: Quod prospicis, hospes,

[1]) Этотъ гимнъ писанъ дистихами, въ которыхъ первый стихъ представляетъ дактическій гекзаметръ, а второй—ямбическій триметръ (trimeter iambicus acatalectus; v. senarius).

[2]) Разсказъ Пруденція есть древнѣйшее повѣствованіе объ этомъ мученикѣ, память коего празднуется Римскою церковью 13-го августа. Въ Имолѣ показываютъ и теперь его мощи.

[3]) Cornelius Sulla, знаменитый диктаторъ.

[4]) forum, первоначально рынокъ для окрестныхъ деревенскихъ жителей, впослѣдствіи разросшійся въ городъ. Срвн. Forum Iulii, Forum Livii, Forum Sempronii и т. д.

[5]) городъ называется Forum Cornelii, н. Imola, въ Средней Италіи.

[6]) = altare. См. прим. къ г. III, ст. 212.

[7]) sc. Christo.

[8]) = peccata.

[9]) = цвѣтными красками.

[10]) = omnes.

[11]) stilus, желѣзный или костяной инструментъ, въ видѣ палочки, одинъ конецъ которой былъ острый, а другой—тупой. Первымъ писали на навосченой поверхности tabulae ceratae, а вторымъ затирали написанное.

[12]) = quibus.

[13]) = tabulae ceratae. Онѣ зовутся и pugillares, pugillaria въ знач. записной книжки, бывшей небольшаго объема, и потому вмѣщавшейся въ кулакѣ (pugnus). Здѣсь = тетрадки. Percurrere sc. scribendo.

[14]) то, что говоритъ наставникъ въ школѣ.

[15]) = ostiarius, custos, привратникъ, стерегущій храмъ.

Non est inanis aut anilis [1] fabula.
Historiam pictura refert; quae tradita libris,
Veram vetusti temporis monstrat fidem.
Praefuerat studiis puerilibus, et grege multo
Septus magister litterarum sederat.
Verba notis brevibus [2] comprendere cuncta peritus,
Raptimque [3] punctis dicta praepetibus [4] sequi.
Aspera nonnumquam praecepta et tristia visa
Impube vulgus moverant ira et metu.
Doctor amarus enim discenti semper ephebo [5],
Nec dulcis ulli disciplina infantiae est.
Ecce, fidem quatiens tempestas [6] saeva, premebat
Plebem dicatam Christianae gloriae.
Extrahitur coetu e medio moderator alumni [7]
Gregis, quod aris supplicare spreverat.
Poenarum artifici [8] quaerenti, quod genus artis
Vir nosset, alto tam rebellis spiritu,
Respondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat,
Fictis [9] notare verba signis imbuens [10].
Ducite, conclamat, captivum, ducite, et ultro
Donetur ipsis verberator parvulis.
Ut libet illudant, lacerent impune, manusque
Tingant magistri feriatas [11] sanguine.
Ludum discipulis volupe est ut praebeat ipse
Doctor severus [12], quos nimis coercuit.
Vincitur post terga manus, spoliatus amictu,
Adest acutis agmen [13] armatum stilis.
Quantum quisque odii tacita conceperat ira,
Effundit ardens felle tandem libero [14].
Coniiciunt alii fragiles inque ora [15] tabellas
Frangunt: relisa fronte lignum dissilit.

[1]) = quales amant anus.

[2]) = стенографическіе знаки.

[3]) = velociter.

[4]) быстрота, съ которой пишутся знаки (puncta), сравнивается съ полетомъ птицы.

[5]) = ἔφηβος, iuvenis.

[6]) = persecutio Christianorum. Гим. IV. 82 въ такомъ же знач. употреблено сл. turbo.

[7]) alumnus, здѣсь adiectiv.

[8]) судья не безъ иронія зовется художникомъ въ изобрѣтеніи наказаній.

[9]) = условный.

[10]) = docere.

[11]) такъ какъ мальчики будутъ свободны отъ ученья.

[12]) Порядокъ: Volupe est, ut doctor praebeat ludum discipulis.

[13]) sc. discipulorum.

[14]) = послѣ долгаго ожиданія (tandem) давъ свободный исходъ своей желчи.

[15]) = объ лицо.

Buxa [1]) crepant cerata genis impacta cruentis,
Rubetque ab ictu curta [2]) et humens [3]) pagina.
Inde [4]) alii stimulos et acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera sulcis [5]) scribitur:
Et qua secti [6]) apices abolentur, et aequoris [7]) hirti
Rursus nitescens innovatur area [8]).
Hinc [9]) foditur Christi confessor, et inde [10]) secatur:
Pars viscus [11]) intrat molle, pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere ducentae,
Totidemque guttae vulnerum stillant simul.
Maior tortor erat, qui summa [12]) pupugerat [13]), infans,
Quam qui profunda perforarat viscera.
Ille levis [14]), quoniam percussor morte negata [15])
Saevire solis scit dolorum spiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulsat,
Plus dat medelae [16]), dum necem prope applicat,
Este, precor [17]), fortes, et vincite viribus annos [18]).
Quod desit aevo, suppleat crudelitas [19]).
Sed male conatus [20]) tener infirmusque laborat:
Tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex [21]).
Quid gemis? Exclamat quidam, tute ipse, magister,
Istud dedisti ferrum et armasti manus.
Riddimus ecce tibi tam milia multa notarum,
Quam stando, flendo, te docente, excepimus [22]).

[1]) ибо tabellae дѣлались чаще всего изъ буковаго дерева, какъ весьма твердаго, и потому не царапавшагося.
[2]) потому что, ударившись объ лицо, tabella раскалывается.
[3]) sc. sanguine martyris.
[4]) = deinde.
[5]) слѣдъ, оставляемый острымъ концомъ стиля на навосченой поверхности, сравнивается съ бороздою, оставляемою плугомъ на пашнѣ.
[6]) = insculpti.
[7]) aequor про всякую гладкую поверхность. Aequor hirtum, ибо на ней нацарапано.
[8]) ровная поверхность, каковою бываетъ токъ.
[9]) т. е. parte stili acuta.
[10]) т. е. parte obtusa. Плоскимъ концомъ можно было порѣвать тѣло, потому что его края были заострены.
[11]) = viscera.
[12]) = cutem.
[13]) pupŭgerat; срвн. г. III. ст. 80.
[14]) = qui leviter pungit, magis torquebat, quoniam etc.
[15]) = negans mortem, не замучивал до смерти.
[16]) ибо смерть разсматривается какъ излѣчивающая отъ всѣхъ болѣзней.
[17]) одни принимаютъ это за слова мученика, другіе—за слова поэта.
[18]) т. е. окажитесь болѣе сильными, чѣмъ бываютъ люди въ вашемъ возрастѣ.
[19]) т. е. пусть ваше озлобленіе и жестокость придадутъ вамъ тѣ силы, которыхъ еще не далъ вамъ возрастъ.
[20]) здѣсь существит.
[21]) въ коллективномъ знач.
[22]) sc. in nostras tabulas.

Non potes irasci, quod scribimus: ipse iubebas,
Numquam quietum dextera ut ferret stilum.
Non petimus totiens te praeceptore negatas,
Avare doctor, iam scholarum ferias.
Pangere [1]) puncta libet sulcisque [2]) intexere sulcos,
Flexas catenis impedire virgulas [3]).
Emendes, licet, inspectos longo ordine versus,
Mendosa forte siquid erravit manus.
Exerce imperium: ius est tibi plectere culpam,
Siquis tuorum [4]) te notavit segnius.
Talia iudebant pueri per membra magistri,
Nec longa fessum poena solvebat [5]) virum.
Tandem luctantis miseratus ab aethere Christus,
Iubet resolvi pectoris ligamina [6]),
Difficilesque moras animae ac retinacula vitae
Relaxat, arctas et latebras [7]) expedit.
Sanguis, ab interno venarum fonte patentes
Vias secutus, deserit praecordia.
Totque foraminibus penetrati [8]) corporis exit
Fibrarum [9]) anhelans ille vitalis calor.
Haec sunt quae liquidis [10]) expressa coloribus, hospes,
Miraris: ista est Cassiani gloria.
Suggere [11]), si quod habes iustum vel amabile votum,
Tibi si qua spes est, si quid intus aestuas.
Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes,
Ratasque reddit quas videt probabiles.
Pareo, complector tumulum, lacrimas quoque fundo,
Altar [12]) tepescit ore, saxum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris,
Tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro,
Et post terga domum dubia sub sorte relictam,
Et spem futuri forte nutantem boni.
Audior, Urbem adeo, dextris successibus utor,
Domum revertor, Cassianum praedico.

[1]) = figere.
[2]) = начертаніе. См. прим. къ ст. 52.
[3]) virgula (срвн. фр. virgule) здѣсь про значокъ въ письмѣ, черту, которая согнута, наклонена (flexa), и въ скорописи соединяется (impeditur) съ сосѣдней чертою штрихомъ (catena).
[4]) sc. discipulorum.
[5]) = освобождать отъ жизни.
[6]) гдѣ находится человѣческая душа.
[7]) = loca, ubi vita latebat.
[8]) вслѣдствіе того, что оно было проколото остріями стилей.
[9]) = внутренности.
[10]) сл. Horat. Carm. IV. 8. 7. про живописца Паррасія: liquidis ille coloribus Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
[11]) = indica, pete.
[12]) см. г. III. 212.

5.

Hymnus XIII [1]).

Passio S. Cypriani Martyris.

Punica terra [2]) tulit, quo splendeat omne quicquid usquam est,
Inde domo [3]) Cyprianum, sed decus orbis et magistrum.
Est proprius patriae martyr, sed amore et ore noster [4]),
Incubat in Libya sanguis [5]), sed ubique lingua pollet:
Sola superstes agit [6]) de corpore, sola obire nescit.
Dum genus esse hominum Christus sinet et vigere mundum,
Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litterarum,
Te leget omnis amans Christum, tua [7]), Cypriane, discet.
Spiritus ille Dei qui fluxerat auctor [8]) in prophetas,
Fontibus eloquii te caelitus actus [9]) irrigavit.
O nive candidius linguae genus, o novum saporem!
Ut liquor ambrosius cor mitigat, imbuit palatum,
Sedem animae penetrat, mentem fovet, et pererrat artus,
Sic [10]) Deus interius sentitur et inditur medullis.
Unde bonum subitum terris dederis, Pater, revela.
Deerat apostolicis scriptis opulentus [11]) exsecutor [12]);
Eligitur locuples facundia quae doceret orbem,
Quaeque voluminibus Pauli famulata [13]) disputaret;
Quo mage cruda hominum praecordia perpolita nossent
Sive timoris opus, seu mystica, vel profunda Christi.
Unus erat iuvenum doctissimus artibus sinistris
. . . . . .

---

[1]) Метръ этого гимна есть т. н. versus Archilochius, котораго схема слѣдующая:

⏑ – | ⏑ – | ⏑ ‖ – | ⏑ – ‖ ⏑ – – | ⏑ –

[2]) и именно Карѳагенъ, гдѣ Св. Киприанъ былъ епископомъ.
[3]) cf. unde domo?
[4]) т. е. Hispanus, ибо въ Испаніи онъ особенно почитался. Ore намекаетъ на письмо Киприана (67) Felici presbytero et plebibus consistentibus ad Legionem et Asturicae (н. Astorga), item Aelio diacono et plebi Emeritae (н. Mérida) consistentibus.
[5]) На мѣстѣ, гдѣ было погребено тѣло Святителя, выстроена была базилика
[6]) sc. vitam = vivit.
[7]) sc. scripta.
[8]) nam prophetae vaticinabantur auctore Spiritu Sancto.
[9]) = missus.
[10]) sc. legendo scripta Cypriani.
[11]) = copiosus, eloquens.
[12]) = assertor, doctor.
[13]) выраженіе заимствовано изъ Римл. 6. 22. famulati deo.

Luxuriae rabiem tantae cohibet repente Christus,
Discutit et tenebras de pectore, pellit et furorem,
Implet amore sui, dat credere, dat pudere facti,
Iamque figura alia est quam quae fuit, oris, et nitoris:
Exuitur tenui vultus cute [1]), transit in severam,
Deflua caesaries compescitur ad breves capillos [2]),
Ipse modesta loqui, spem quaerere, regulam tenere,
Vivere iustitiam [3]) Christi, penetrare dogma nostrum.
His igitur meritis dignissimus usque [4]) episcopale
Provehitur solium doctor, capit et sedile summum [5]).
Valerianus [6]) opum [7]) princeps erat atque Gallienus;
Constituere simul poenam capitis Deum fatenti.
Milia terrigenum spurcissima [8]) iusserant sacrari [9]).
Contra animos populi doctor Cyprianus incitabat,
Ne quis ab egregiae virtutis honore discreparet,
Neu fidei pretium [10]) quis sumere degener [11]) timeret,
Esse levem cruciatum, si modo conferas futura
Quae Deus ipse viris intermina [12]) fortibus spopondit:
Merce doloris emi spem luminis, et diem perennem,
Omne malum volucri cum tempore transvolare cursim [13]).
Nil grave quod peragi finis facit et quiete donat:
Se fore principium pulchrae necis, et ducem cruoris [14]),
Seque caput gladio summittere, sanguinem dicare [15]).
Qui sociare animam Christo velit, ut comes sequatur.
His ubi corda virûm Christo calefacta praeparavit,
Ducitur ante alios, proconsule perfurente [16]), vinctus.
Antra latent Tyriae [17]) Carthaginis, altius reposta,

---

[1]) какал обыкновенно была у щеголей.
[2]) нѣкоторые видятъ здѣсь намекъ на постриженіе волосъ у клириковъ (tonsura).
[3]) срвн. vivere Bacchanalia у Iuven. 2. 3. Смыслъ: Christi evangelium fide ac moribus exprimere.
[4]) = ad.
[5]) въ ряду сѣдалищъ пресвитерскихъ.
[6]) Лициній Валерій Валеріанъ, Цезарь 253—259. Галліенъ былъ его сынъ, 259—268.
[7]) = imperii. Сл. hym. in Eulal. 81. opum dominus.
[8]) = idola. Они суть terrigenae (γηγενεῖς), ибо большинство божествъ по преданію (у Hesiod. theogon. 117. 126 сл. 183. 232) родилось отъ Геи (Γαῖα), terra.
[9]) = coli.
[10]) т. е. мученіе и смерть.
[11]) sc. animo.
[12]) = infinita.
[13]) = velociter.
[14]) sc. fundendi=martyrii.
[15]) = efferre.
[16]) = valde furente. Одни называютъ этого проконсула Патерномъ, другіе Галеріемъ.
[17]) такъ какъ Карѳагенъ былъ основанъ выходцами изъ Тира.

Conscia [1]) tartareae caliginis, abdicata soli [2]).
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, et catena
Nexus utramque manum, nomen Patris invocat supremi:
Omnipotens genitor Christi, Deus et creator orbis,
Christe, parens hominis, quem diligis, et vetas perire:
Ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum venenis,
Criminibus variis tinctum, miseratus abluisti,
Iamque tuum [3]) fieri mandas, fio Cyprianus alter,
Et novus ex veteri, nec iam reus, aut nocens, ut ante.
Si luteum facili charismate [4]) pectus expiasti,
Vise libens tenebris ergastula caeca dissipatis,
Eripe corporeo de carcere, vinculisque mundi
Hanc animam; liceat fuso tibi sanguine immolari,
Nequa ferum reprimat clementia iudicem, tyranni
Neu sciat invidia [5]) mitescere, gloriam negare.
Da quoque, neque iners [6]) sit de grege quem tuum regebam,
Ne cadat [7]) impatiens poenae, titybetve quis tuorum,
Incolumem [8]) ut numerum reddam tibi, debitumque solvam.
Vocibus his Dominum permoverat: influebat inde
Spiritus [9]) in populum Carthaginis, auctor acrioris [10])
Ingenii, stimulis ut pectora subditis [11]) calerent
Ad decus egregium discrimine sanguinis petendum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,
Laudis amore rapi, Christum sapere, et fidem tueri.
Fama refert, foveam campi in medio patere iussam,
Calce vaporifera summos prope margines refertam.
Saxa recocta vomunt ignem niveusque pulvis ardet
Urere tacta potens, et mortifer ex odore flatus [12]).
Appositam memorant aram fovea stetisse summa [13])
Lege sub hac, salis aut micam [14]), iecur aut suis [15]) litarent
Christicolae, aut mediae sponte irruerent in ima fossae.

[1]) = habentia caliginem, similem caligini tartareae.
[2]) = a luce separata, semota.
[3]) = Christianum.
[4]) = χάρισμα, т. е. gratia, dono Spiritus Sancti. Обратите вниманіе на ā въ chārismate.
[5]) Nomin., не смотря на продолженіе конечнаго a, которое дѣлается vi arseos.
[6]) т. е. infidelis.
[7]) сл. lapsus, lapsi про отпавшихъ отъ Христіанства.
[8]) = полный.
[9]) = воодушевленіе.
[10]) = firmioris, fortioris.
[11]) = additis.
[12]) Древній комментаторъ Пруденція замѣчаетъ, что отъ запаха извести умеръ императоръ Адріанъ.
[13]) = на краю.
[14]) mica salis. См. гимнъ Евлал. 122.
[15]) отъ sus, suis.

Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti,
Gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
Praecipitemque globum fundo tenus implicavit imo.
Corpora candor habet, candor [1]) vehit ad superna mentes.
Candida massa [2]) dehinc dici meruit per omne seclum.
Laetior interea iam Thascius [3]) ob diem [4]) suorum
Sistitur indomiti proconsulis eminus furori.
Edere iussus erat, quid [5]) viverat: Unicultor [6]), inquit,
Trado salutiferi mysteria consecrata Christi.
Ille sub haec: Satis est iam criminis, ipse confitetur
Thascius, ipse Iovis fulmen negat. Expedite ferrum,
Carnifices; gladio poenam luat hostis idolorum.
Ille Deo meritas grates agit, et canit triumphans.
Flevit obire virum moesta Africa, quo docente, facta est
Cultior, eloquio cuius sibi docta gloriatur.
Mox tumulum lacrimans struxit, cineresque consecravit.
Desine flere bonum tantum. Tenet ille regna caeli,
Nec minus involitat [7]) terris, nec ab hoc recedit orbe:
Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat [8]),
Nec Libyae populos tantum regit, exit usque in ortum
Solis et usque obitum. Gallos fovet, imbuit Britannos,
Praesidet Hesperiae [9]), Christum serit ultimis Iberis.
Denique doctor humi est, idem quoque martyr in supernis
Instruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

[1]) здѣсь candor можетъ имѣть и переносное значеніе.
[2]) Въ Мартирологіѣ Адона: Nono cal. Septembris apud Carthaginem (=Carthagine) natalis (память) sanctorum martyrum massae candidae и т. д. Августинъ (Sermon. 115) упоминаетъ про massa candida Uticensis, ибо эти мученики особенно почитались въ Утикѣ.
[3]) Кипріанъ въ язычествѣ звался Thascius Cyprianus, а въ Христіанствѣ Thascius Caecilius Cyprianus, принявъ прибавленіе имени Caecilius изъ уваженія къ пресвитеру Цецилію, обратившему его въ вѣру Христову.
[4]) sc. ultimum=mortem.
[5]) здѣсь спрашивается не про образъ жизни, а про религію.
[6]) = colens unum Deum.
[7]) Сл. епитафію Евнія у Vahlen p. 162. volito vivus per ora virûm.
[8]) = пророчествовать.
[9]) = Italia.

XI.

Сидоній Аполлинарисъ.

C. Sollius Apollinaris Sidonius является представителемъ галло-римской литературы V в. Онъ родился ок. 430 г. въ Ліонѣ и происходилъ изъ знатнаго семейства, бывшаго уже долгое время христіанскимъ. Въ молодости Сидоній получилъ прекрасное, по тому времени, образованіе, имѣвшее преимущественно языческій характеръ: грамматики и риторы Галліи воспитывали своихъ питомцевъ на великихъ образцахъ античнаго міра, относясь къ нимъ, правда, лишь формально. Отсюда—необычайное обиліе миѳологическихъ и антикварныхъ подробностей, поражающее насъ при чтеніи произведеній Сидонія; отсюда—стремленіе къ отдѣлкѣ формы и фразы. Но рядомъ съ этими слѣдами изученія древнихъ является и характеръ эпохи, бѣдной самостоятельнымъ творчествомъ, лишенной художественнаго чувства и такта, гоняющейся за внѣшними украшеніями и опускающей изъ виду мысль и содержаніе. Риторское образованіе наложило на Сидонія столь прочную печать, что онъ въ теченіе всей своей литературной дѣятельности оставался риторомъ; Сидоній—епископъ есть не кто иной, какъ ловкій декламаторъ. По довершеніи образованія, Сидоній поступилъ въ военную службу, по окончаніи которой женился на Папіаниллѣ, дочери галльскаго патриція Авита, который въ 456 г. вступилъ на римскій престолъ; это открыло Сидонію дорогу къ почестямъ, а панегирикъ, сказанный имъ тестю, при вступленіи его въ консульство, стяжалъ ему литературную славу. Въ томъ же 456 г. Авитъ былъ сверженъ, и Сидоній, вмѣстѣ съ галльскою знатью, сталъ въ оппозицію его преемнику Майоріану, но въ 458 г., будучи принужденъ примириться съ нимъ, простеръ свое униженіе до того, что написалъ Майоріану панегирикъ, доставившій ему почетный титулъ comes. По смерти Майоріана, Сидоній находился при дворѣ Вестготѳскаго короля Ѳеодорика II-го; когда же тотъ въ 466 г. былъ убитъ и

на римскій престолъ вступилъ Антемій, Сидоній привѣтствовалъ его, какъ восходящее свѣтило и въ 468 г. написалъ ему панегирикъ, въ награду за что былъ назначенъ городскимъ префектомъ (praefectus urbi). Чрезъ три года (471) мы находимъ Сидонія епископомъ urbis Arvernae (н. Clermont—Ferrand, въ Оверни). Въ новомъ званіи онъ является не столько христіанскимъ пастыремъ, сколько политическимъ дѣятелемъ, защитникомъ Оверни отъ Ейриха, преемника Ѳеодорика. Когда тотъ осадилъ Арверну, Сидоній вмѣстѣ съ храбрымъ предводителемъ Екдиціемъ держался около двухъ лѣтъ; по паденіи же города, былъ заключенъ въ крѣпость Livia. Черезъ посредство своихъ знатныхъ пріятелей Сидоній вскорѣ получилъ свободу, а панегирикъ, произнесенный въ честь Ейриха, доставилъ ему и возможность возвратиться на свою каѳедру. Сидоній умеръ ок. 487 г. Западная церковь причла его къ лику святыхъ.

Литературныя произведенія Сидонія дѣлятся на поэтическія (болѣе раннія, писанныя до епископства) и прозаическія. Первыя представляютъ 24 стихотворенія, различныя по объему и формѣ, но сходныя по единству содержанія или характера—панегиристическаго. Изъ нихъ слѣдуетъ отмѣтить: панегирикъ Авиту, панегирикъ Майоріану, панегирикъ Антемію, двѣ эпиталаміи, описаніе помѣстья Понція Леонтія и панегирикъ Консенцію. Характеристическія черты поэзіи Сидонія упомянуты выше.

Прозаическія его произведенія состоятъ исключительно изъ писемъ, носящихъ слѣды подражанія письмамъ Плинія и Симмаха. Содержаніе ихъ чрезвычайно любопытно, такъ какъ оно живо изображаетъ всѣ стороны тогдашняго общества, какъ римскаго, такъ и варварскаго.

Языкъ Сидонія въ высшей степени своеобразенъ: онъ представляетъ пеструю смѣсь данныхъ изъ различныхъ періодовъ языка, построенныхъ весьма нескладно и неискусно.

Интересъ, возбуждаемый произведеніями Сидонія, объясняетъ значительное число монографій о немъ и о его времени. Лучшія изъ нихъ: G. Kauffmann. Die Werke des C. S. A. S. als eine Quelle für die Geschichte seiner Zeit. Götting. 1864. C. A. Chaix. St. Sidoine Apollinaris et son siècle. Clermont-Ferrand 1867. 2 vol. Ешевскій, Сидоній Аполлинарій и его время. Москва 1855.

Лучшія изданія: Savaro. Parisiis 1609. Sirmondus. Parisiis 1652. Migne v. LVIII. Grégoire et Collombet. Lyon. 1836. 3 voll.

1.

Lib. IV. Epistola XI.

Sidonius Petrelo [1]) suo salutem.

Angit me nimis damnum seculi [2]) mei, nuper erepto avunculo tuo Claudiano [3]) oculis nostris, ambigo an quempiam deinceps [4]) parem conspicaturis [5]). Vir siquidem fuit providus, prudens, doctus, eloquens, acer, et hominum aevi, loci populi sui ingeniosissimus, quique indesinenter, salva religione, philosopharetur, et licet crinem barbamque non pasceret [6]), pallium et clavam [7]) nunc irrideret nunc etiam exsecraretur, a collegio tamen complatonicorum [8]) solo habitu ac fide dissociabatur. Deus bone! quid erat illud [9]), quotiens ad eum sola consultationis gratia conveniebamus! Quam ille omnibus statim totum non dubitans, non fastidiens aperiebat [10]), voluptuosissimum reputans, si forte oborta quarumpiam quaestionum insolubilitate labyrinthica scientiae suae thesauri eventilarentur! Iam si frequentes consederamus, officium audiendi omnibus, uni solum quem forsitan elegissemus, deputans [11]) ius loquendi, viritim [12]) vicissimque non tumultuatim [13]) nec sine schematis [14]) cuiuspiam gestu artificioso doctrinae suae opes erogaturus. Dein, quaecumque dixisset, protinus reluctantium syllogismorum contrarietatibus excipiebamus.

[1]) Личность изъ другихъ источниковъ неизвѣстная.
[2]) = вѣкъ.
[3]) Claudianus Mamertus, † 474, одинъ изъ значительнѣйшихъ философовъ того времени. Отъ него дошло сочиненіе: de statu animae libri III, посвященное Сидонію.
[4]) = впослѣдствіи.
[5]) Подражаніе Плинію Младшему (Epist. VII. 19) Doleo enim maximam feminam eripi oculis civitatis, nescio an aliquid simile visuris.
[6]) какъ большинство философовъ.
[7]) философы носили длинный и широкій плащъ (pallium), а нѣкоторые ходили даже съ палицею (clava), подражая Геркулесу.
[8]) люди, которыхъ соединяло въ одно (collegium) послѣдованіе ученію Платона.
[9]) = какая была радость.
[10]) sc. se.
[11]) мы ожидали бы форму verbi finiti.
[12]) = раздѣльно.
[13]) tumultuatim, въ противоположность къ vicissim (по порядку), обозначаетъ: безпорядочно (pêle-mêle).
[14]) = ornatus. Смыслъ фразы тотъ, что Клавдіанъ не сопровождалъ своихъ словъ искусственными жестами, которые служили бы нѣкоторымъ украшеніемъ его рѣчи. Употребленіе двухъ отрицаній (nec sine), не уничтожающихся взаимно, попадается нерѣдко у Сидонія. Сравн. слѣд. письмо: Nec erat idcirco non distincta narratio.

Sed repellebat omnium nostrum temerarias oppositiones. Itaque nihil non perpensum probatumque recipiebatur. Hinc etiam illi apud nos maxima reverentia fuit quod non satis ferebat aegre pigram in quibuspiam sequacitatem [1]). Haec apud eum culpa veniabilis erat, quo fiebat, esset ut nobis patientia eiusdem sine imitatione laudabilis. Quis enim virum super abditis consuleret invitus, a cuius disputationis communione ne idiotarum [2]) quidem imperitorumque sciscitatio repudiaretur?

Haec pauca de studiis. Ceterum cetera quis competenti praeconio extollat, quod conditionis humanae per omnia memor, clericos opere, sermone populares [3]), exhortatione moerentes, destitutos solatio, captivos pretio, ieiunos cibo, nudos operimento consolabatur? Pariter et super his plura replicare [4]) superforaneum statuo. Nam merita sua quibus divitem conscientiam censu pauperatus [5]) locupletavit, spe futurae retributionis celare plus studuit. Episcopum fratrem maiorem natu affectuosissime observans, quem diligebat ut filium, cum tamquam patrem veneraretur. Sed et ille suspiciebat hunc granditer, habens in eo consiliarium in iudiciis, vicarium [6]) in ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in praediis, tabularium [7]) in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Sic utrique ab alterutro usque ad invidiam exempli [8]), mutua fide germanitatis officia restituebantur. Sed quid dolorem nostrum moderaturi causis potius doloris fomenta sufficimus [9])?

Igitur, ut dicere institueramus, huic iam, ut est illud Maronianum, cineri ingrato [10]), id est gratiam non relaturo naeniam [11]) condidimus tristem luctuosamque propemodum [12]) laboriose, quia faceret dictandi desuetudo difficultatem, nisi quod animum natura desidiosissimum dolor fletu gravidus [13]) accendit; eius [14]) hoc carmen est [15]):

[1]) т. е. qui tarde argumentandi rationem assequebantur.
[2]) = ἰδιώτης, illitteratus, imperitus.
[3]) = populum.
[4]) = explicare.
[5]) = pauper factus.
[6]) = adiutor.
[7]) здѣсь въ см. сборщика повинностей, который платились церкви.
[8]) т. е. для того, что примѣръ любви одного возбуждалъ зависть въ другомъ.
[9]) = addere, seppeditare.
[10]) Aen. 6. 213. et cineri ingrato suprema ferebant.
[11]) см. Іерон. ep. 57. 13. стр. 333.
[12]) смягчаетъ понятіе laboriose.
[13]) смыслъ тотъ, что скорбь должна была разрѣшиться плачемъ.
[14]) можно относить къ Mamertus.
[15]) слѣдующее стихотвореніе писано т. н. гендекасиллабами (hendecasyllabi) или versus phalaecii, коихъ схема слѣдующая:

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Въ базисѣ иногда стоитъ и ямбъ.

Germani decus et dolor Mamerti [1]),
Mirantum unica pompa [2]) episcoporum,
Hoc dat [3]) cespite membra Claudianus.
Triplex bibliotheca [4]) quo magistro,
Romana, attica, christiana fulsit;
Quam totam monachus virente in aevo [5])
Secreta bibit institutione.
Orator, dialecticus, poëta,
Tractator [6]), geometra, musicusque;
Doctus solvere vincla quaestionum,
Et verbi gladio secare sectas [7]),
Si quae catholicam fidem lacessunt.
Psalmorum hic modulator et phonascus [8]),
Ante altaria fratre gratulante [9])
Instructas docuit sonare classes [10]).
Hic sollemnibus annuis paravit,
Quae quo tempore lecta convenirent.
Antistes fuit ordine in secundo [11]),
Fratrem fasce [12]) levans episcopali.
Nam de pontificis tenore [13]) summi,
Ille insignia sumpsit, hic laborem.
At tu, quisque doles, amice lector,
De tanto quasi nil viro supersit,
Udis parce genis rigare marmor:
Mens et gloria non queunt humari.

Ecce quod carmen, cum primum affui, super unanimi fratris ossa conscripsi. Namque tunc abfui cum funeraretur; nec ob hoc tamen perdidi in totum desideratissimam flendi occasionem. Nam dum forte meditarer, lacrimis habenas anima parturiente [14]) laxavi, fecique ad epitaphium [15]) quod alii fecerunt ad sepulcrum. Haec

[1]) срвн. Марціалъ epigr. 11. 13. Romani decus et dolor theatri. Подъ germanus Mamertus разумѣется братъ умершаго, епископъ Вьеннскій (Vienna).
[2]) = торжество.
[3]) sc. terrae.
[4]) какъ центръ учености.
[5]) слова: virente in aevo лучше относить къ monachus (дополн. factus), чѣмъ къ bibit.
[6]) = arithmeticus; другіе понимаютъ въ см. interpres scripturae divinae.
[7]) = haereses.
[8]) = φωνασκός, собств. учитель пѣнія; здѣсь же принимаютъ въ см. корифея, регента хора.
[9]) = gratias agente.
[10]) = choros.
[11]) разумѣется пресвитерство.
[12]) потому что у язычниковъ fasces составляли принадлежность высшей магистратуры.
[13]) = ἰσχύς, δύναμις Glossar.
[14]) sc. lacrimas.
[15]) = надгробіе.

ergo scripsimus tibi, ne forsitan arbitrare solam nos colere vivorum sodalitatem, reique tuo iudicio essemus, nisi amicorum vita carentum semper aeque ut incolumium reminisceremur. Namque et ex hoc quod vix reservatur imaginaria fides [1]) vel supersitibus, non praeter aequum [2]) opinabere, si perpaucos esse coniicias, qui mortuos ament. Vale.

2.

Lib. V. Epistola XVII.

Sidonius Eriphio [3]) suo salutem.

Es, Eriphi meus [4]), ipse qui semper numquamque te tantum venatio, civitas [5]), ager avocat, ut non obiter voluptate litterarum teneare, fitque eo studio, ut nec nostra fastidias, qui tibi, ut scribis, Musas olemus. Quae sententia tamen large probatur vero carere, quamquam et apparet aut ex ioco venire, si laetus es, aut ex amore, si serius. Ceterum a iusto longe resultat [6]), cum mihi assignas quae vix Maroni, vix aut [7]) Homero competenter [8]) accommodarentur. Haec relinquamus idque, unde causa, sermocinemur.

Dirigi ad te praecipis versus, quos viri amplissimi soceri tui precibus undulsi; qui contubernio mixtus aequalium, vivit moribus ad iubendum obsequendumque iuxta paratis. Sed quia scire desideras et locum et causam, quo facilius intellegas rem perexiguam, tibi potius vitio verte quod loquacior erit opere praefatio.

Conveneramus ad sancti Iusti [9]) sepulcrum, sed tibi infirmitas impedimento [10]), ne [11]) tunc adesses; processio fuerat antelucana, sollemnitas anniversaria, populus ingens sexu ex utroque, quem capacissima basilica non caperet, et quamlibet cincta diffusis [12]) crypta porticibus. Cultu [13]) peracto vigiliarum, quae alternante [14]) mulcedine

[1]) = imago fidei, тѣнь, подобіе любви.
[2]) = non inique, non sine iure.
[3]) Личность неизвѣстная изъ другихъ источниковъ.
[4]) мы ожидали бы: mi.
[5]) = urbs.
[6]) = abest.
[7]) = даже.
[8]) = достойнымъ, подходящимъ образомъ.
[9]) епископъЛіонскій и подвижникъ, въ концѣ IV в. Его гробница была въ Ліонѣ.
[10]) sc. fuit.
[11]) = quominus.
[12]) = latis, amplis.
[13]) = служба.
[14]) слѣдовательно, пѣніе было антифонное.

monachi clericique psalmicines [1]) concelebraverant, quisque in diversa secessimus, non procul tamen, utpote ad Tertiam [2]) praesto futuri, cum sacerdotibus res divina [3]) facienda [4]). De loci [5]) sane turbarumque compressu, deque numerosis luminibus illatis, nimis anheli [6]), simul et aestati nox adhuc proxima tacito clausos vapore torruerat; etsi iam primo frigore, tamen auctumnalis aurorae detepescebat. Itaque cum passim varia ordinum corpora dispergerentur, placuit ad conditorium [7]) Syagrii consulis [8]) civium primis una coire, quod nec impleto [9]) iactu sagittae separabatur. Hic pars sub umbra palmitis adulti, quam stipitibus altatis cancellatimque pendentibus [10]) pampinus superducta texuerat, pars cespite in viridi, sed floribus odoro consederamus. Verba erant dulcia, iocosa, fatigatoria [11]); praeterea, quod beatissimum, nulla mentio de potestatibus aut de tributis, nullus sermo qui proderet, nulla persona quae proderetur; fabulam certe referre dignam relatu dignisque sententiis quisque [12]) potuisset, audiebatur ambitiosissime [13]). Nec erat idcirco non distincta [14]) narratio, quia laetitia permixta. Inter haec otio diu marcidis aliquid agere visum. Mox bipertitis, ut erat aetas, acclamationibus efflagitata, profertur his pila, his tabula [15]). Sphaerae primus ego signifer fui, quae mihi, ut nosti, non minus libro comes habetur. Altera ex parte frater meus Domnicius, homo gratiae [16]) summae, summi leporis, tesseras [17]) ceperat quatiebatque, quo, velut classico [18]), ad pyrgum [19]) vocabat aleatores. Nos cum caterva scholasticorum lusimus abunde, quantum [20]) membra torpore statarii la-

[1]) образовано по аналогіи съ tubicen, fidicen и т. п., въ знач. поющаго псаломъ.
[2]) sc. horam diei, время, съ котораго дозволялось совершать литургію.
[3]) = литургія.
[4]) sc. esset.
[5]) изъ слѣдующаго: compressu извлекай: angustia. De=ex, ob.
[6]) sc. facti sumus.
[7]) = могила.
[8]) разумѣется Сіагрій, современникъ Валентиніана, † 382.
[9]) = полный.
[10]) т. е. копья (или палки) были подняты (altatis) и висѣли надъ головами, образуя плетень (cancellatim), вслѣдствіе того, что были положены крестъ на крестъ.
[11]) fatigare нерѣдко употребляется въ см. cavillari, irridere; слѣд. verba fatigatoria—насмѣшливыя рѣчи.
[12]) = et qui.
[13]) = съ величайшимъ вниманіемъ (ambitio иногда значитъ и то вниманіе, тотъ почетъ, который кому оказывается).
[14]) Два отрицанія не уничтожаются взаимно = et erat non distincta. Distinctus въ смыслѣ: послѣдовательный, стройный.
[15]) sc. lusoria, на которой играли въ кости (alea). His—his=his (iuvenibus)—illis (senibus).
[16]) срвн. фр. grâce.
[17]) = игральныя кости.
[18]) военный сигналъ, дававшійся трубою.
[19]) = πύργος, turricula, fritillus, рожокъ, имѣвшій нерѣдко видъ башенки, въ которомъ мѣшались и изъ котораго выкидывались кости.
[20]) = въ такой мѣрѣ, въ какой...

boris [1]) hebetata curru salubri vegetarentur. Hic vir illustris Philimatius [2]), ut est illud Mantuani poëtae [3]):

Ausus et ipse manu iuvenum tentare laborem,

sphaeristarum [4]) se turmalibus [5]) constanter immiscuit. Pulchre enim hoc fecerat, sed cum adhuc essent anni minores. Qui cum frequenter de loco stantum medii currentis impulsu summoveretur, nunc [6]) quoque acceptus in aream [7]) tam pilae coram praetervolantis, quam superiectae, nec intercideret tramitem, nec caveret [8]); ad hoc per catastropham [9]) saepe pronatus, aegre de ruinoso [10]) flexu se recolligeret [11]), primus ludi ab accentu [12]) sese removit suspiriosus, extis incalescentibus. Namque et iecusculi [13]) fibra tumente pungebant exercitatum crebri dolores. Destiti protinus et ipse, facturus communione cessandi rem caritatis, ne verecundiam lassitudo fraterna pateretur. Ergo, ut resedimus, et illum mox aquam ad faciem petere sudor admonuit, exhibita poscenti est; pariter et linteum villis onustum [14]), quod pridiana squama [15]) politum casu sub ipsis aediculae [16]) valvis bipatentibus de ianitoris erecto trochleatim [17]) fune nutabat; quo dum per otium genas siccat: Vellem, inquit, ad pannum similis officii aliquod tetrastichon mihi scribi iuberes. Fiat, inquam. Sed quod meum, dixit, et nomen metro teneret [18]). Respondi possibilia factu, quae poposcisset. Ait et ipse: Dicta ergo, Tunc ego arridens: Illico [19]) scias Musas moveri, si choro ipsarum non absque arbitris vacem [20]). Respondit ille violenter [21]) et perurbane, ut est naturâ vir flammeus quidamque facundiae fons inexhaustus: Vide, domine Solli, ne magis Apollo forte moveatur, quod suas alumnas

[1]) разумѣется стояніе за богослуженіемъ.
[2]) чиновное лицо, тесть Ерифія, другъ Сидонія, адресовавшаго ему нѣсколько писемъ.
[3]) Виргилія, родившагося въ Andes, близъ Мантуи. Приводимый Сидоніемъ стихъ взятъ изъ Енеиды 5. 499.
[4]) = игрокъ въ мячъ.
[5]) потому что играли партіями въ нѣсколько человѣкъ.
[6]) = то, затѣмъ.
[7]) = sphaeristerium, мѣсто, по которому катали мячи.
[8]) sc. adversus eam.
[9]) = καταστροφή; pronatus per catastropham = перекувыркнувшись и повалившись.
[10]) = сопряженный съ паденіемъ.
[11]) = подниматься.
[12]) = усиліе.
[13]) = iecur.
[14]) слѣдовательно, или полотенце было шерстяное, или же имѣло на концахъ длинную бахрому.
[15]) = грязь; squamâ = отъ грязи.
[16]) находившейся у входа въ мѣсто, гдѣ былъ памятникъ Сіагрія.
[17]) = посредствомъ блока (trochlea).
[18]) субъектъ: tetrastichon.
[19]) относится къ moveri = ira commoveri.
[20]) vacare choro = вмѣшиваться въ хороводъ.
[21]) = очень живо.

solus ad secreta sollicitas [1]). Iam potes nosse quem plausum sententia tam repentina tamque lepida commoverit. Nec plus [2]) moratus mox suo scriba, qui pugillarem [3]) iuxta tenebat, ad me vocato, subditum [4]) sic epigramma composui:

Mane novo, seu cum ferventia balnea poscunt,
Seu cum venatu frons calefacta madet,
Hoc foveat pulcher faciem Philimatius udam,
Migret ut in bibulum vellus ab ore liquor.

Epiphanius [5]) noster vix suprascripta peraraverat, et [6]) nuntiatum est hora monente progredi episcopum de receptorio [7]), nosque surreximus. Da postulatae ut veniam cantilenae.

Illud [8]) autem ambo [9]), quod maius est, quodque me nuper in quemdam dies bonos [10]) male ferentem parabolice seu figurate dictare iussistis, quodque expeditum cras dirigetur, clam recensete, et, si placet, edentes fovete; si displicet, delentes ignoscitote. Vale.

3.

Lib. VII. Epistola VI.

Sidonius Domino Papae Basilio [11]) salutem.

Sunt nobis, munere Dei, novo nostrorum temporum exemplo, amicitiarum vetera iura, diuque est quod invicem diligimus ex aequo. Porro autem, quod ad communem conscientiam [12]) pertinet, tu patronus, quamquam hoc ipsum praesumptiose [13]) arroganterque loquar. Namque iniquitas mea tanta est, ut mederi de lapsuum eius assiduitate [14]) vix etiam tuae supplicationis [15]) efficacia queat. Igitur, quia mihi es tam patrocinio, quam dilectione bis dominus, pariter et

[1]) = in loca secretiora vocas.
[2]) = magis.
[3]) записная книжка.
[4]) = помѣщенную ниже.
[5]) такъ звался упомянутый выше scriba.
[6]) = cum.
[7]) = locus in quem quis se recipit.
[8]) неизвѣстное произведеніе Сидонія.
[9]) Ерифій и Филиматій.
[10]) = dies festos; male ferre = дурно проводить.
[11]) Думаютъ, что этотъ Василій былъ епископомъ гор. Aquae Sextiae (Aix) въ Галліи. О титулѣ papa см. пр. къ Іерон. письм. CVIII. 20.
[12]) взаимное положеніе.
[13]) = самонадѣянно.
[14]) mederi de = mederi съ Dativ.
[15]) = молитвы.

quod [1]) memini probe quo polleas igne sensuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium civem Gothum Arianae haereseos iacula vibrantem, quo tu spiritualium testimoniorum mucrone confoderis, servata [2]) ceterorum tam reverentia quam pace pontificum, non iniuria tibi defleo qualiter ecclesiasticas caulas istius aeris [3]) lupus, qui peccatis pereuntium saginatur animarum, clandestino morsu necdum intellecti dentis arrodat. Namque hostis antiquus, quo facilius insultet balatibus ovium destitutarum, prius dormitantium incipit cervicibus imminere pastorum. Neque ego ita mei meminens non sum, ut nequaquam me hunc esse reminiscar, quem longis adhuc abluenda fletibus conscientia premat; cuius stercora tamen, sub ope [4]) Christi, quandoque mysticis orationum tuarum rastris eruderabuntur. Sed quoniam supereminet privati reatus verecundiam publica salus, non verebor, etsi carpat zelum in me fidei [5]) sinister interpres, sub vanitatis invidia [6]) causam prodere veritatis.

Evarix [7]), rex Gothorum, quod limitem regni sui, rupto dissolutoque foedere antiquo, vel tutatur armorum iure vel promovet, nec nobis peccatoribus hic accusare, nec vobis sanctis hic discutere permissum est. Quin potius, si requiras, ordinis res est, ut et dives hic purpura byssoque veletur [8]), et Lazarus hic ulceribus et paupertate feriatur. Ordinis res est, ut, dum in hac allegorica versamur Aegypto [9]), Pharao incedat cum diademate, Israëlita cum cophino [10]). Ordinis res est, ut, dum in hac figuratae Babylonis fornace decoquimur, nos cum Ieremia spiritualem Ierusalem suspiriosis plangamus ululatibus, et Assur fastu regio tonans sanctorum sancta proculcet. Quibus praesentum ego futurarumque beatitudinum vicissitudinibus inspectis, communia patientius incommoda fero. Primum, quod mihi quae merear introspicienti, quaecumque adversa provenerint leviora [11]) reputabuntur; dein quod certum scio maximum esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. Sed, quod fatendum est, praefatum [12]) regem Gothorum, quamquam sit ob virium merita terribilis, non tam romanis moenibus quam legibus christianis insidiaturum pavesco; tantum, ut ferunt, ori, tantum pectori suo catholici [13]) mentio nominis

[1]) pariter et quod = et quia.
[2]) = не оскорбляя.
[3]) отъ aes, aeris, въ см. fortitudo, firmitas.
[4]) sub ope = ope.
[5]) зависитъ отъ zelum.
[6]) = изъ опасенія быть обвиненнымъ въ суетности.
[7]) Ерихъ, царь Вестготескій, 466—484.
[8]) Лук. 16. 19. Byssus—тонкая ткань.
[9]) Преслѣдованія Ейрихомъ Христіанъ сравниваются съ угнетеніемъ народа Божія въ Египтѣ.
[10]) = κόφινος, корзинка, съ которой ходили рабы и бѣдняки. Срвн. Псал. 80. 7.
[11]) т. е. чѣмъ то, что я заслуживалъ.
[12]) = вышеупомянутый.
[13]) православнаго, въ противоположность Аріанину.

acet [1]), ut ambigas amplius [2]) ne suae gentis, an suae sectae teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc solum patitur errorem, quod putat sibi tractatuum [3]) consiliorumque successum tribui pro [4]) religione legitima, quem potius assequitur pro felicitate terrena. Propter quod discite cito catholici status valetudinem [5]) occultam, ut apertam festinetis adhibere medicinam. Burdegala [6]), Petrocorii [7]), Ruteni [8]), Lemovices [9]), Gabalitani [10]), Elusani [11]), Vasates [12]), Convenae [13]), Auscenses [14]), multoque iam maior numerus civitatum, summis sacerdotibus ipsorum [15]) morte truncatis, nec ullis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis, per quos utique minorum ordinum [16]) ministeria subrogabantur [17]), latum spiritualis ruinae limitem traxit [18]). Quam fere constat sic per singulos dies morientum patrum proficere[19]) defectu, ut non solum quoslibet haereticos praesentum, verum etiam haeresiarchas priorum temporum potuerit inflectere [20]); ita populos excessu pontificum orbatos tristis intercisae fidei desperatio premit. Nulla in desolatis cura dioecesibus [21]) parochiisque [22]). Videas in ecclesiis [23]) aut putres culminum lapsus, aut, valvarum cardinibus avulsis, basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obstructos. Ipsa, proh dolor! videas armenta, non modo semipatentibus iacere vestibulis, sed etiam herbosa viridantium altarium latera depasci. Sed iam nec per rusticas solum solitudo parochias: ipsa insuper urbanarum ecclesiarum conventicula [24]) rarescunt. Quid enim fidelibus solatii superest, quando clericalis non modo disciplina, verum etiam memoria perit? Equidem

[1]) въ переносн. знач. = непріятно, противно. Acet ori — онъ произноситъ съ враждою, ненавистью.
[2]) = magis.
[3]) = дѣла, предпріятія.
[4]) = по причинѣ.
[5]) = болѣзнь.
[6]) н. Бордо.
[7]) н. Перигe (Périgeux).
[8]) н. Родe (Rhodez).
[9]) н. Лиможъ.
[10]) н. Мандъ (Mende).
[11]) н. Озъ (Eause).
[12]) н. База (Bazas).
[13]) н. Комменгъ (Comminges).
[14]) н. Охъ (Auch).
[15]) относится къ названію народовъ: Ruteni, Lemovices и т. д.
[16]) низшія степени клира.
[17]) мы ожидали бы Coniunctiv.
[18]) вычурное выраженіе вм. accepit ruinam spiritualem, quae late propagata est.
[19]) = увеличиваться.
[20]) = тронуть.
[21]) = διοίκησις, епархія, управляемая митрополитомъ или архіепископомъ, епархія вообще.
[22]) = παροικία, епархія, управляемая епископомъ; приходъ.
[23]) церковныя зданія.
[24]) = congregatio, coetus.

cum clericus quisque [1]) defungitur, si benedictione succidua [2]) non accipiat dignitatis haeredem, in illa ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos. Atque ita quid spei restare pronunties, ubi facit terminus hominis finem religionis? Altius inspicite spiritualium damna membrorum, profecto intellegetis quanti subripiuntur episcopi, tantorum vobis populorum fidem periclitaturam. Taceo vestros Crocum Simpliciumque [3]) collegas, quos cathedris sibi traditis eliminatos, similis exilii cruciat poena dissimilis. Namque unus ipsorum [4]) se dolet non videre quo redeat; alter se dolet videre quo non redit [5]). Tu sacratissimorum pontificum Leontii [6]), Fausti [7]), Graeci [8]), urbe, ordine, caritate medius inveniris; per vos mala foederum [9]) currunt, per vos regni utriusque pacta conditionesque portantur. Agite quatenus [10]) haec sit amicitia, concordia principalis [11]), ut, episcopali ordinatione [12]) permissa, populus Galliarum, quos limes Gothicae sortis [13]) incluserit, teneamus ex fide [14]), etsi non tenemus ex foedere. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

4.

Carmen XXIII. Narbo [15]).

Ad Consentium V. C. [16]), Civem Narbonensem.

Cum iam pro meritis tuis pararem,
Consenti, columen decusque morum,
Vestrae laudibus hospitalitatis
Cantum impendere pauperis cicutae [17]),

[1]) = aliquis.
[2]) вслѣдствіе недостатка епископовъ.
[3]) личности неизвѣстныя.
[4]) = eorum.
[5]) Слѣдов. одинъ былъ изгнанъ далеко отъ родины, такъ что не могъ видѣть ее, хотя и пользовался свободой; другой же былъ заточенъ въ предѣлахъ родины, и хотя и видѣлъ ее, но не имѣлъ свободы.
[6]) епископъ Арльскій (Arelate), ок. 462 г.
[7]) епископъ гор. Ріеца (Riez, въ древн. Albece).
[8]) епископъ Марсельскій.
[9]) между Римлянами и Готеами.
[10]) = ut.
[11]) = principum.
[12]) = поставленіе.
[13]) = regnum.
[14]) не допустивъ ихъ сдѣлаться Аріанами.
[15]) н. Narbonne.
[16]) = virum clarissimum. Съ Консенціемъ Сидоній состоялъ въ перепискѣ. Метръ этого стихотворенія есть versus phalaecius, о которомъ см. ep. IV. 11. стр. 470.
[17]) пастушеская свирѣль.

Ultro in carmina tu tubam recludens [1]),
Converso ordine [2]), versibus citasti [3])
Suetum ludere sic [4]) magis [5]) sodalem.
Paret musa tibi, sed impudentem [6])
Multo cautius hinc stilum movebit;
Nam cum carmina postules diserte,
Suades scribere, sed facis tacere [7]).
Nuper quadrupedante [8]) cum citato
Ires Phocida [9]) Sextiasque Baias [10]),
Illustres titulisque [11]) praeliisque
Urbes, per duo consulum tropaea:
Nam Martem tulit ista Iulianum [12]),
Et Bruto duce [13]) nauticum furorem;
Ast haec [14]) Teutonicas cruenta pugnas,
Erectum et Marium, cadente Cimbro,
Misisti mihi multiplex poëma,
Doctum, nobile, forte, delicatum.
Ibant hexametri superbientes,
Et vestigia iuncta [15]), sed minora
Per quinos elegi [16]) pedes ferebant;
Misisti et triplicis metrum trochaei [17]),
Spondaeo comitante dactyloque
Dulces hendecasyllabos, tuumque
Blando fenore [18]) Sollium ligasti.
Usuram petimurque reddimusque;
Nam quod carmine pro tuo rependo,

[1]) tuba указываетъ на героическую поэму, которую прислалъ Консенцій Сидонію.
[2]) потому что слѣдовало бы ожидать стихотворенія сперва отъ Сидонія.
[3]) = excitasti.
[4]) т. е. versibus.
[5]) т. е. quam tu.
[6]) про эротическую поэзію.
[7]) срвн. Iерон. epistol. LIII. voce me provocas ad loquendum, terres eloquentia.
[8]) = equo.
[9]) Марсель (Massilia), какъ колонія Фокейцевъ.
[10]) Baiae, собств. городъ близъ Неаполя, знаменитый своими минеральными водами. Здѣсь, въ см. нарицательномъ, про Aquae Sextiae (н. Aix), также имѣвшія цѣлебные источники.
[11]) = значеніе.
[12]) Mars Iulianus—храбрый, воинственный Юлій (Цезарь), который взялъ Марсель въ 48 г., послѣ долгой осады.
[13]) Брутъ начальствовалъ надъ флотомъ, блокировавшимъ Марсель.
[14]) т. е. Aquae Sextiae, гдѣ въ 102 г. Марій разбилъ Кимвровъ и Тевтоновъ.
[15]) такъ какъ они непосредственно слѣдуютъ за гекзаметрами.
[16]) елегическій размѣръ, пентаметръ.
[17]) троханческіе триметры, которые, въ соединеніи съ спонданическимъ базисомъ и слѣдующимъ за нимъ дактилемъ, образуютъ гендекасиллабы.
[18]) сдѣлавъ такимъ образомъ своимъ должникомъ.

Hoc centesima [1]) laudium tuarum est.
Quid primum venerer colamque pro te [2])?
Ni fallor patriam patremque iuxta;
Qui quamquam sibi vindicare summum
Possit iure locum, tamen necesse est
Illam vincere, quae parit parentes.
Salve, Narbo potens sulubritate,
Urbe et rure [3]) simul bonus videri
Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, capitoliis [4]), monetis [5]),
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, insulis, salinis [6]),
Stagnis, flumine [7]), merce [8]), ponte, ponto;
Unus qui venerere iure [9]) divos,
Lenaeum [10]), Cererem, Palem [11]), Minervam,
Spicis [12]), palmite [13]), pascuis [14]), trapetis [15]);
Solis fise viris, nec expetito
Naturae auxilio, procul relictis
Promens montibus altius cacumen.
Non te fossa patens, nec hispidarum
Obiectu sudium [16]) coronat agger;
Non tu marmora, bracteam vitrumque,
Non testudinis Indicae nitorem,
Non si quas eboris trabes, refractis
Rostris [17]) Marmarici [18]) dedere barri [19]),
Figis moenibus, aureasque portas
Exornas Asaroticis lapillis [20]);

[1]) 1 процентъ со ста (платившійся въ мѣсяцъ, что въ годъ составляло 12%).
[2]) = ради тебя.
[3]) деревни, окружающія городъ.
[4]) въ см. нарицательномъ, про городскую твердыню (arx).
[5]) = монетный дворъ.
[6]) Narbo находится недалеко отъ моря, и потому въ немъ не удивительно видѣть солеварни.
[7]) р. Atax. (н. Aude).
[8]) = торговля.
[9]) потому что они въ изобиліи награждаютъ тебя своими дарами.
[10]) = Λυαῖος, Вакхъ.
[11]) богиня скотоводства.
[12]) какъ даръ Цереры.
[13]) даръ Вакха.
[14]) даръ Pales.
[15]) даръ Минервы, которая произвела первое оливковое дерево.
[16]) obiectus sudium = sudes obiectae.
[17]) = dentes, клыки.
[18]) Marmarica, часть Африки (н. Земля Барка); здѣсь вм. Африки вообще.
[19]) = elephanti.
[20]) Намекъ на т. н. οἶκος ἀσάρωτος, комната въ Пергамѣ, въ которой были мозаикою изображены остатки пиршества (Plin. XXXVI. 60). Здѣсь Asaroticі lapilli въ см. opus musivum.

Sed per semirutas superbus arces,
Ostendens veteris decus duelli [1]),
Quassatos geris ictibus molares [2]),
Laudandis pretiosior ruinis.
Sint urbes aliae situ minaces,
Quas vires humiles per alta [3]) condunt,
Et per praecipites locata cristas [4])
Numquam moenia caesa glorientur [5]);
Tu pulsate [6]) places, fidemque fortem
Oppugnatio passa publicavit.
Nunc te martius [7]) ille rector, atque
Magno patre prior, decus Getarum,
Romanae columen salusque gentis,
Theodoricus [8]) amat, sibique fidum
Adversos probat ante per tumultus [9]).
Sed non hinc videare forte turpis,
Quod te machina [10]) crebra perforavit,
Namque in corpore fortium virorum
Laus est amplior, amplior cicatrix.
In castris Marathoniis merentem
Vulnus non habuisse grande probrum est;
Inter publicolas [11]) manu feroces,
Trunco Mucius [12]) eminet lacerto;
Vallum Caesaris opprimente Magno [13]),
Inter tot facies ab hoste tutas
Luscus Scaeva [14]) fuit magis decorus.
Laus est ardua dura sustinere;
Ignavis, timidis, et improbatis

[1]) = belli.
[2]) = высокія укрѣпленія.
[3]) sc. loca.
[4]) = горный гребень.
[5]) порядокъ: moenia glorientur numquam caesa (esse).
[6]) мы ожидали бы: pulsatus.
[7]) = bellicosus.
[8]) Читай какъ 4 сложное слово. Ѳеодорикъ II или младшій, царь Вестготескій (Getae = Gothi; смѣшеніе нерѣдкое), сынъ Ѳеодорика 1-го († 451), съ 453—466. См. Сидоній epist. 1. 2. Онъ здѣсь зовется columen solusque Romanae gentis, потому что заключилъ дружественный союзъ съ императоромъ Майоріаномъ.
[9]) ante относится къ tumultus. Смыслъ: Theodoricus probat (= sperat) te sibi fidum fore, coniectando id ex eo, quod ante, in tumultu adversus patrem suum, tu oppugnationem eius fortiter sustinuisti.
[10]) = осадныя орудія.
[11]) въ см. нарицательномъ: другъ, защитникъ народа.
[12]) Муцій Сцевола.
[13]) = Pompeio.
[14]) Cassius Scaeva, центуріонъ, отличившійся на битвѣ Цезаря съ Помпеемъ при Диррахіумѣ: несмотря на потерю глаза и множество ранъ, онъ не оставилъ своего поста.

Multum ringitur otiosa virtus [1]).
Quid quod Caesaribus [2]) ferax creandis,
Felix prole, virum [3]) simul dedisti,
Natos [4]) cum genitore principantes?
Nam quis Persidis expeditionem,
Aut victricia castra praeteribit
Cari principis, et perambulatum
Romanis legionibus Niphatem [5]),
Tum, cum fulmine captus [6]) imperator
Vitam fulminibus parem peregit?
His tu civibus, urbe, rure pollens,
Consenti mihi [7]) gignis alme patrem,
Illum cui nitidi sales rigorque [8])
Romanus fuit Attico in lepore.
Hunc Milesius et Thales [9]) stupere
Auditum potuit, simulque Lindi [10]) est
Notus qui Cleobulus inter arces.
Et tu qui, Periandre, de Corintho es,
Et tu quem dederat Bias Priene [11]),
Et tu, Pittace, Lesbius sophistes;
Et tu quid tetricis [12]) potens Athenis,
Vincis Socraticas, Solon, palaestras [13]),
Et tu Tyndareis satus Therapnis [14])
Chilon, legifero prior Lycurgo.
Non [15]) his si voluit, vacante cura,
Quis sit sideribus notare cursus,
Diversas Arato [16]) vias cucurrit;
Non hunc cum geometricas ad artes
Mentem composuit, sequi valebat

[1]) т. е. доблесть, не употребленная въ дѣло (otiosa), сильно гнѣвается на... Virtus, въ соединеніи съ ignavi и timidi образуетъ нѣчто въ родѣ оxymoron.
[2]) разумѣется императоръ Каръ (281—282) и его сыновья: Каринъ и Нумеріанъ.
[3]) Каръ.
[4]) сыновья Кара.
[5]) горная цѣпь въ Арменіи.
[6]) = tactus. Каръ погибъ отъ удара молніи, при осадѣ гор. Ктесифона.
[7]) Dativ. ethic.
[8]) = severitas.
[9]) Ѳалесъ, уроженецъ Милита, одинъ изъ семи мудрецовъ. Остальные перечисляются тотчасъ же.
[10]) городъ на о-вѣ Родосѣ.
[11]) гор. въ Іоніи.
[12]) въ противоположность позднѣйшей изнѣженности.
[13]) занятія философіей нерѣдко сравниваются съ упражненіями палестритовъ.
[14]) Therapnae, Θεράπναι, недалеко отъ Спарты; тутъ была погребена Елена, дочь Леды и Тиндара.
[15]) относится къ diversas.
[16]) знаменитый астрономъ, ок. 272 г. до Р. Х. См. Лактанц. V. 5.

Euclides [1]) spatium sciens Olympi [2]);
Non hunc, si voluit rotare [3]) rhythmos,
Quicquam proposito virum morari [4])
Chrysippus [5]) potuisset ex acervo.
Hic cum Amphioniae [6]) studebat arti
Plecto [7]), pollice, voce, tibiaque,
Thrax vates [8]), Deus Arcas [9]) atque Phoebus
Omni carmine post erant, et ipsas
Musas non ita musicas putares.
Hic si syrmate [10]) cultus et cothurno
Intrasset semel Atticum theatrum,
Cessissent Sophocles et Euripides;
Ei si pulpita [11]) personare socco [12])
Comoedus voluisset, huic levato
Palmam tu digito [13]) dares, Menander [14]).
Hic cum senipedem stilum [15]) polibat,
Smyrnaeae [16]) incude doctus officinae,
Aut cum se historiae dabat severae,
Primos vix poterant locos tueri
Torrens Herodotus, tonans Homerus.
Non isto potior fuisset olim,
Qui [17]) Pandioniam [18]) movebat arte
Orator caveam [19]) tumultuosus,

[1]) Евклидъ, современникъ Птолемея сына Лага, ок. 320 г. до Р. Х., знаменитѣйшій греческій геометръ.
[2]) = caelum.
[3]) срвн. Ювен. 6. 449. sermone rotato.
[4]) порядокъ: non... quisquam morari virum ex proposito acervo=нисколько не задержать, предложивъ вмѣстить въ мѣстъ соритъ. Ex acervo=acervo.
[5]) стоическій философъ, † 208 г. до Р. Х., изобрѣтшій много софистическихъ формулъ, и между прочимъ соритъ, σῶρος (acervus).
[6]) Amphion, Ἀμφίων, знаменитый легендарный музыкантъ, подъ звуки лиры котораго выстроены были Ѳиванскія стѣны. Ars Amphionia = musica.
[7]) = πλῆκτρον, родъ смычка, которымъ проводили по струнамъ лиры. Иногда по нимъ проводили и большимъ пальцемъ (pollex).
[8]) = Orpheus.
[9]) = Pan.
[10]) = σύρμα, длинная, волочившаяся по землѣ одежда, носившаяся обыкновенно трагическими актерами, равно какъ и cothurnus, κόθορνος, обувь на высокихъ подошвахъ.
[11]) = Λογεῖον, ближайшая къ зрителямъ часть сцены, гдѣ происходили разговоры.
[12]) обувь, вродѣ башмака, носившаяся актерами въ комедіяхъ.
[13]) levato digito, какъ признаніе себя побѣжденнымъ. Такъ дѣлали гладіаторы, уступавшіе пальму противнику.
[14]) знаменитый комикъ, род. 342 г. до Р. Х.
[15]) senipes stilus = hexameter.
[16]) Гомеръ считается здѣсь уроженцемъ Смирны.
[17]) т. е. Demosthenes.
[18]) = Atheniensem, отъ Pandīon, Πανδίων, царя Аѳинскаго.
[19]) cavea, пространство, занимаемое зрителями въ театрѣ.

Seu luscum [1]) raperetur [2]) in Philippum,
Causam seu Ctesiphontis [3]) actitaret.
Vir semper popularitate crescens,
Et iuste residens in arce fandi [4]),
Qui fabro [5]) genitore procreatus,
Oris maluit expolire limam [6]).
Quid vos eloquii [7]) canam Latini,
Arpinas [8]) Patavine [9]), Mentuane [10]),
Et te comica qui doces, Terenti [11]),
Et te tempore qui satus severo
Graios, Plaute [12]), sales lepore transis [13])?
Et te multimoda satis [14]) verendum
Scriptorum [15]) numerositate, Varro [16])?
Et te qui brevitate, Crispe [17]), polles?
Et qui pro [18]) ingenio fluente [19]) nulli,
Corneli Tacite [20]), es tacendus ori?
Et te Massiliensium per hortos
Sacri stipitis, Arbiter [21]), colonum
Hellespontiaco parem Priapo?

[1]) навѣстенъ разсказъ о томъ, что Филиппъ окривѣлъ, будучи пораженъ стрѣлою въ глазъ.
[2]) sc. ira. Разумѣются Филиппики Димосѳена.
[3]) рѣчь о вѣнцѣ или за Ктисифонта, предложившаго народу о наградѣ Димосѳена золотымъ вѣнцомъ.—Замѣтьте просодію: Ctĕsiphon (= Κτησιφῶν).
[4]) eloquentiae.
[5]) Отецъ Димосѳена былъ кузнецомъ.
[6]) lima, пила, какъ инструментъ слесарный; lima oris — отдѣлка произношенія, съ намекомъ на старанія Димосѳена устранить природные недостатки своего выговора.
[7]) = eloquentiae. Eloqui есть Gen. въ зависимости отъ Arpinas, Pat., Man. на подобіе Gen. qualitat.
[8]) Цицеронъ, уроженецъ гор. Arpinum, въ Лаціумѣ.
[9]) Титъ Ливій, уроженецъ гор. Patavium, н. Padova.
[10]) Виргилій, родившійся въ мѣстечкѣ Andes, близъ Мантуи.
[11]) Terentius Afer, современникъ Сципіона Младшаго, р. комикъ.
[12]) T. Maccius Plautus также комикъ.
[13]) срвн. Hieronym. ep. LVII. Plautina eloquentia.
[14]) = nimis. Нерѣдко у Сидонія.
[15]) отъ scriptum, i.
[16]) M. Terentius Varro, современникъ и другъ Цицерона, знаменитый полигисторъ.
[17]) C. Sallustius Crispus, стиль котораго отличается краткостью. Модестовъ, Исторія р. литер. Т. 1². стр. 359 и сл.
[18]) = ob.
[19]) изъ эпитета fluens надобно думать, что ingenium принимается здѣсь въ см. изложенія.
[20]) извѣстный историкъ, современникъ Домиціана.
[21]) Petronius Arbiter, современникъ Нерона, авторъ дошедшаго въ отрывкахъ романа: Satyricōn (sc. libri). Изъ словъ Сидонія видно, что у Петронія была вилла близъ Марсели и въ ней находилось дерево (stipes), посвященное богу садовъ, Піану, почитавшемуся особенно на Геллеспонтѣ. Preller, Röm. Mythol. 396. Кромѣ того, Сидоній называетъ и самого Петронія подобнымъ (par) Піану, принимая во вниманіе эротическій колоритъ его романа, ибо Піанъ былъ вмѣстѣ съ тѣмъ и божествомъ эротическимъ.

Et te carmina per libidinosa
Notum, Naso tener [1]), Tomosque missum
Quondam Caesareae nimis puellae
Ficto nomine subditum Corinnae?
Quid celsos Senecas [2]) loquar, vel illum
Quem dat Bilbilis [3]) alta Martialem [4]),
Terrarum indigenas Ibericarum?
Quid quos duplicibus iugata taedis [5])
Argentaria Polla [6]) dat poëtas?
Quid multos [7]) varii stili retexam,
Arguti, teneri, gravis, dicacis?
Si Consentius affuit, latebant [8]).
Huic summi ingenii viro, simulque
Summae nobilitatis atque formae
Iuncta est femina, quae domum ad mariti
Prisci insignia transferens Iovini [9]),
Implevit trabeis [10]) larem [11]) sophistae.
Sic intra proprios tibi penates,
Consenti, patriae decus superbum,
Fastis [12]) vivit avus, paterque libris.
Haec per stemmata [13]) te satis potentem,
Morum culmine sed potentiorem,
Non possim merita sonare [14]) laude,
Nec si me Odrysio [15]) canens in antro,
Qua late trepidantibus fluentis,
Cautes per Ciconum [16]) resultat Ebrus [17]),

[1]) P. Ovidius Naso, современникъ Августа, сосланный въ гор. Tomi (н. Кюстенджe, въ Добруджѣ) по неизвѣстному поводу; думаютъ, что съ одной стороны виною ссылки были его безнравственныя стихотворенія, съ другой—преступная связь съ дочерью Августа (puella Caesarea), Юліей, которую Сидоній отожествляетъ съ воспѣваемою Овиліемъ Коринною.
[2]) Сенека—риторъ, отецъ, и Сенека—философъ, сынъ, знаменитый учитель Нерона. Онъ былъ уроженцемъ Кордубы (н. Кордова), въ Испаніи.
[3]) городъ въ Испаніи, теперь не существующій.
[4]) извѣстный своими эпиграммами; современникъ Домиціана.
[5]) = coniugio, потому что бракъ совершался при свѣтѣ факеловъ.
[6]) знатная матрона, жена поэта Лукана, современника Перона. Ея второй мужъ неизвѣстенъ. Думаютъ, что это былъ Папиній Стацій, тоже поэтъ, современникъ Домиціана.
[7]) sc. scriptores.
[8]) = adesset, laterent (= ignoti essent).
[9]) Flavius Valens Iovinus, отличавшійся военными подвигами, былъ консуломъ въ царствованіе Валентиніана I-го († 375).
[10]) = maioribus trabeatis. См. прим. къ Григ. Турск. h. fr. X. 1.
[11]) = domum.
[12]) sc. consularibus, списки, въ которые записались имена консуловъ.
[13]) = στέμμα, родословіе.
[14]) = praedicare.
[15]) Odrȳsae, народъ во Ѳракіи. Odrysios = Ѳракійскій.
[16]) Cicones, также жили во Ѳракіи.
[17]) Ebrus или Hebrus, въ Ѳракіи, н. Марица.

Princeps [1]) instituisset ille vatum,
Cum dulces animata saxa chordae
Ferrent per Rhodopen [2]) trahente cantu,
Et versa vice fontibus ligatis,
Terras currere cogerent anhelas;
Nec non Ismara [3]) solibus paterent,
Aurita [4]) chelyn [5]) expetente silva,
Et nulli resolubiles calori
Curvata ruerent nives ab Ossa [6]),
Stantem aut Strymona [7]) Bistones [8]) viderent
Cum carmen rapidus latex sitiret;
Nec si Peliaco datus [9]) bimembri
Ad Centaurica plectra constitissem,
Hinnitum duplicis timens magistri;
Nec si me docuisset ille [10]) fari,
Iussus pascere qui gregem est clientis
Amphrysi [11]) ad fluvium, deus bubulcus,
Quod ferrugineos [12]) Cyclopas arcu
Stravit, sub Liparensibus caminis [13]),
Vibrans plus grave [14]) fulmen in sagitta.
Iam primo tenero calentem ab ortu,
Excepere sinu novem sorores [15]),
Et te de genitrice vagientem
Tinxerunt vitreae vado [16]) Hippocrenes [17]);
Tunc hac mersus aqua loquacis undae,

[1]) Орфей, жившій во Ѳракіи.
[2]) одна изъ высочайшихъ горныхъ цѣпей во Ѳракіи.
[3]) или Ciconum Mons, горная цѣпь во Ѳракіи.
[4]) Horat. Carm. 1. 12. 11. (Orphea) blandum et auritas fidibus canoris Ducere quaercus.
[5]) = χέλυς, testudo, lyra; первая лира, по преданію, была сдѣлана Гермесомъ изъ щита черепахи.
[6]) гора на границѣ Ѳракіи и Ѳессаліи, н. Kissavo.
[7]) рѣка во Ѳракіи, н. Srama.
[8]) народъ Ѳракійскій.
[9]) Подобно Ахиллу, который былъ отданъ на обученіе Кентавру (получеловѣку и полуконю—bimembris, duplex magister) Хирону, жившему на горѣ Pelion (Peliacus). Онъ обучилъ своего питомца музыкѣ.
[10]) Аполлонъ, пасшій въ наказаніе стада царя Ѳессалійскаго Адмита (Admētus, Ἄδμητος).
[11]) рѣка Ѳессалійская. Fluvius Amphrysi сказано также, какъ flumen Rheni.
[12]) Киклопы представлялись ковачами, и потому были покрыты сажей (ferrugo; собств. ржа на желѣзѣ).
[13]) Lipăra (н. Lipari), вулканическій островъ близъ Сициліи, подъ которымъ древніе помѣщали кузницу (caminus, горнъ) Вулкана.
[14]) = gravius, чѣмъ ту, которую сковали Киклопы для Юпитера, и которой тотъ поразилъ сына Аполлона, Эскулапа. Мстя за его смерть, Аполлонъ поразилъ своими стрѣлами Киклоповъ.
[15]) Musae.
[16]) = unda.
[17]) источникъ на Віотійской горѣ Геликонѣ, посвященный Музамъ.

Pro fluctu mage [1]) litteras bibisti;
Tunc tu iam puer aptior [2]) magistro,
Quicquid rhetoricae institutionis,
Quicquid grammaticalis aut palaestrae est [3]),
Sicut iam tener hauseras, vorasti.
Et iam te aula [4]) tulit [5]), piusque princeps [6])
Inter conspicuos statim locavit,
Consistoria [7]) quos habent, tribunos;
Namque et purpureus [8]) in arce regni
Praeesse offfciis tuis solebat,
Mores nobilitate quod merebant:
Tantum culminis et decus stupendum
Scripti annalibus indicant honores.
Hinc [9]) tu militiam secutus amplam [10]),
Castrensem licet ampliare censum
Per suffragia iusta debuisses,
Solemnis tamen abstinens lucelli [11]),
Fama plus locuples domum redisti,
Solum quod dederas tuum putando.
Tum si forte fuit quod imperator
Eoas [12]) soceri [13]) venire in aures
Fido interprete [14]) vellet et perito,
Te commercia duplicis loquelae [15])
Doctum solvere protinus legebat.
O, sodes [16]), quotiens tibi loquenti,
Byzantina sophos [17]) dedere regna!

---

[1]) = magis.
[2]) = doctior.
[3]) порядокъ: aut quicquid и т. д.
[4]) = дворецъ императора.
[5]) = abstulit.
[6]) Placidus Valentinianus, 425—455.
[7]) = Императорскій совѣтъ. Въ немъ Консенцій былъ notarius, дѣлопроизводителемъ. Раньше же онъ отправлялъ должность tribunus, вродѣ чиновника по особымъ порученіямъ. Впрочемъ, была должность Tribuni notariorum (tribuni et notarii), считавшаяся весьма почетною.
[8]) = императоръ, порфироносецъ.
[9]) dehinc.
[10]) какую-нибудь видную военную должность, во время исполненія которой можно было законнымъ образомъ (per suffragia iusta) увеличить имущество (census), которое, такъ какъ пріобрѣтается на военной службѣ, зовется castrensis. Впрочемъ, castrensis, comes castrensis, была также одна изъ высшихъ придворныхъ должностей, которая удобно можетъ быть разумѣема и здѣсь.
[11]) = доходъ. Abstinere съ Gen. грецизмъ, встрѣчающійся еще у Горація.
[12]) отъ Eos (Ἠώς), восточный.
[13]) Плацидъ Валентиніанъ былъ женатъ на Евдокіи, дочери Ѳеодосія Младшаго, царствовавшаго на Востокѣ.
[14]) = per interpretem.
[15]) и Греческаго и Латинскаго языковъ.
[16]) = sodalis.
[17]) = σοφῶς, какъ восклицаніе одобренія.

Et te seu latialiter [1]) sonantem [2]),
Tamquam Romulea [3]) satum Suburra [4]),
Seu linguae Argolicae [5]) rotunditate
Undantem, Marathone seu creatum
Plaudentes stupuere Bosphorani [6]),
Mirati minus Atticos alumnos!
Hinc si foedera solverentur orbis
Pacem, te medio [7]), darent feroces
Chunnus [8]), Sauromates [9]), Getes, Gelonus [10]).
Tu Tuncrum [11]) et Vachalim [12]), Visurgin [13]),
Albin [14]),
Francorum et penitissimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris [15]),
Solis moribus inter arma tutus.
Tu Maeotida [16]) Caspiasque portas [17]),
Tu fluxis [18]) equitata Bactra [19]) Parthis
Constans intrepidusque sic adires,
Ut, fastu posito tumentis aulae,
Qui supra satrapas sedet tyrannus,
Ructans [20]) semideûm propinquitates,
Lunatum tibi flecteret tiaram [21]).
Tu, si publica fata non vetarent
Ut Byrsam peteres [22]), vel Africanae

---

[1]) отъ latialis (срвн. Iuppiter Latialis; Latium)—латинскій.
[2]) = loqui.
[3]) = Romana.
[4]) одна изъ улицъ Рима.
[5]) = Graecae.
[6]) тѣ же Византійцы, ибо Византія лежитъ на Босфорѣ.
[7]) = при твоемъ посредничествѣ.
[8]) = Гуннъ.
[9]) = Сарматъ.
[10]) Скиѳскій народъ, жившій ок. Дона.
[11]) разумѣется рѣка, протекающая возлѣ гор. Tungrum, иначе Aquae Spadanae, н. Спа.
[12]) п. Wahal, Waal, з. притокъ Рейна.
[13]) = Везеръ.
[14]) = Эльба.
[15]) Германская народность. См. Григ. Турск. h. Fr. 2. 31.
[16]) palus Maeotis—Азовское море.
[17]) горный проходъ на Кавказѣ, между Мидіей и Гирканіей.
[18]) = легкій, быстрый. Парѳяне, жившіе въ теперешнемъ Хорасанѣ, отличались особенно какъ наѣздники.
[19]) главн. гор. Бактріаны, провинціи Персидскаго царства; здѣсь въ знач. страны, обитаемой Парѳянами.
[20]) съ презрѣніемъ про звуки, исходящіе изъ устъ.
[21]) отъ tiaras, ea, m. Такъ звался головной уборъ восточныхъ народовъ. Lunatus, потому что былъ украшенъ изображеніемъ полумѣсяца. Tibi=передъ тобою.
[22]) Порядокъ: Si fata non vetarent, ut tu peteres... Byrsa, древнее названіе Карѳагена.

Telluris Tanaiticum rebellem [1]),
Confestim posito furore Martis,
Post piratica damna destinaret [2])
Plenas mercibus institor [3]) carinas;
Et per te, bene pace restituta,
Non ultra mihi bella [4]) navigarent.
Iam si seria forte terminantem
Te spectacula ceperant theatri,
Pallebat chorus omnis histrionum,
Tamquam si Arcitenens [5]) novemque Musae
Propter pulpita [6]) iudices sederent.
Coram te Caramallus aut Phabaton [7]),
Clausis faucibus et loquente [8]) gestu
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in schemate [9]) vel semel latebit [10]);
Sive Aeetias [11]) et suus Iason
Inducuntur ibi [12]), ferusque Phasis [13]),
Qui iactos super arva Colcha dentes [14])
Expavit, fruticante [15]) cum duello
Spicis [16]) spicula mixta fluctuarent;
Sive prandia quis refert Thyestae [17]),
Seu vestros, Philomela [18]) torva, planctus,
Discerptum aut puerum [19]), cibumque factum
Iamiam coniugis innocentioris [20]);

[1]) разумѣется Гензерикъ, предводитель Вандаловъ (428—477), жившій въ Карѳагенѣ съ 439 г. и занимавшійся, между прочимъ, пиратствомъ. Онъ зовется Tanaiticus (отъ Tanais, н. Донъ), изъ чего заключаютъ, что онъ родился на берегахъ Танаиса.
[2]) sc. ad navigandum, въ см. pararet.
[3]) = mercator.
[4]) = piratae bellicosi.
[5]) Аполлонъ, изображаемый съ лукомъ.
[6]) см. прим. къ ст. 127.
[7]) знаменитые актеры въ пантомимахъ.
[8]) вслѣдствіе выразительности этой жестикуляціи.
[9]) = представленіе.
[10]) вслѣдствіе страха передъ столь строгимъ судьей.
[11]) Медея, дочь Эета.
[12]) = in scaena.
[13]) рѣка въ Колхидѣ.
[14]) зубы убитаго Язономъ дракона, стерегшаго золотое руно.
[15]) люди, происшедшіе изъ посѣянныхъ Язономъ зубовъ дракона, сравниваются съ побѣгами растеній; duellum = bellum.
[16]) битва между выросшими изъ земли людьми происходила на полѣ, гдѣ были и колосья.
[17]) Ѳіестъ, сынъ Пелопса, угостилъ своего брата Атрея мясомъ его дѣтей.
[18]) Разсказъ о Филомелѣ, превращенной въ соловья, у Овидія Metam. VI. 565. Она зовется torva вслѣдствіе обиды, нанесенной ей ея зятемъ Тереемъ.
[19]) Itys, сынъ Терея и Прокны, сестры Филомелы, котораго Прокна, мстя за обиду сестры, убила и подала мужу въ видѣ кушанья.
[20]) Проступокъ Терея, обманувшаго Филомелу, менѣе важенъ, чѣмъ преступленіе Прокны, убившей мужа.

Seu raptus Tyrios [1]), Iovemque taurum
Spreto fulmine, fronte plus timendum;
Seu turris Danae [2]) refertur illic,
Cum multum pluvio rigata censu est,
Dans plus aurea furta quam metalla [3]);
Seu Ledam [4]) quis agit, Phrygemque ephebum [5]),
Seu Perseia virgo [6]) vindicata
Illic luditur harpe [7]) coniugali;
Seu quod carminis atque fabularum
Clausa ad Pergama dat bilustre bellum [8]).
Quid dicam citharistrias [9]), choraules [10]),
Mimos, schoenobatas [11]), gelasianos [12]),
Cannas [13]), plectra, iocos, palen [14]), rudentem,
Coram te trepidanter explicare?
Nam circensibus ipse quanta ludis,
Victor gesseris, intonante [15]) Roma,
Laetam par fuit exarare musam.
Ianus forte suas [16]) bifrons Calendas,
Anni tempora circinante Phoebo [17]),
Sumendas referebat ad curules [18]).
Mos est Caesaris, hic die bis uno [19]),
Privatos vocitant, parare ludos,

[1]) Европа, дочь Финикійскаго (Tyrius) царя Агенора, похищена Юпитеромъ, превратившимся въ быка.
[2]) Genetiv. Даная, дочь Акризія, была заключена отцомъ въ неприступную башню. Разсказъ о Юпитерѣ, превратившемся въ золотой дождь (pluvius census), общеизвѣстенъ.
[3]) Превратившись въ золото, Юпитеръ имѣлъ цѣлью не обогатить Данаю, а обмануть Акризія.
[4]) Мать Кастора и Поллукса.
[5]) Ганимедъ.
[6]) Andromĕda, освобожденная отъ морскаго чудовища Персеемъ.
[7]) = ἅρπη, особый видъ меча съ крючкообразнымъ концомъ; съ harpe обыкновенно изображается Персей. Здѣсь она зовется coniugalis, потому что Персей женился на Андромедѣ.
[8]) т. е. seu (luditur id) carminis atque fabularum (=ea carmina et fabulae) quod bilustre bellum ad clausa Pergama dat. Bilustre, потому что Троянская война продолжалась десять лѣтъ.
[9]) женщины, игравшія на цитрѣ (cithăra, κιθάρα).
[10]) отъ choraulis; обыкновенно же это сл. употребляется въ формѣ: choraules, ae=χοραύλης, игрокъ на флейтѣ, сопровождавшій въ театрѣ пѣніе хора.
[11]) σχοινοβάτης, канатный плясунъ.
[12]) = γελασῖνος, смѣхотворъ, шутъ.
[13]) = тростникъ, изъ котораго дѣлались флейты.
[14]) = πάλη, борьба.
[15]) въ знакъ одобренія.
[16]) слѣдов. Январьскія Календы.
[17]) когда Фебъ округлитъ (=завершитъ круговое) теченіе года.
[18]) sc. sellas, на которыхъ сидѣли консулы, вступавшіе въ должность 1-го Января.
[19]) bis uno die, дважды въ одинъ день.

Tunc coetus iuvenum sed aulicorum [1]),
Elei [2]) simulacra torva [3]) campi
Exercet spatiantibus quadrigis.
Et iam te urna [4]) petit, cietque raucae
Acclamatio sibilans coronae [5]);
Tum, qua [6]) est ianua consulumque sedes,
Ambit quam paries, utrimque senis
Cryptis carceribusque fornicatus [7]),
Uno e quattuor [8]) axe forte lecto,
Curvas [9]) ingrederis premens habenas.
Id collega tuus, simulque vobis
Pars adversa facit; micant colores,
Albus vel venetus, virens rubensque;
Vestra insignia continent [10]) ministri;
Ora et lora, manus, iubasque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis [11]),
Hortanturque obiter, iuvantque blandis
Ultro plausibus [12]), et voluptuosum
Dictant [13]) quadrupedantibus furorem.
Illi ad claustra [14]) fremunt, repagulisque
Incumbunt simul, ac per obseratas
Transfumant tabulas [15]), et ante cursum
Campus flatibus occupatur absens [16]).
Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,

---

[1]) = придворный.
[2]) Olympii, ибо Олимпія находилась въ Елидѣ.
[3]) torva simulacra зовутся потому, что Римляне представляются болѣе суровыми, чѣмъ Греки.
[4]) Имена принимавшихъ участіе въ состязаніяхъ клались въ урну и вынимались оттуда по жребію, установлявшему порядокъ, въ которомъ должны были отправляться колесницы.
[5]) sc. adstantium, spectatorum. Corona rauca, потому что много кричитъ; sibilans acclamatio = громкій, рѣзкій крикъ. Rauca съ sibilans образуетъ oxymoron.
[6]) = ea parte, qua.
[7]) На одной противоположной дугообразной, сторонѣ цирка находился входъ (porta pompae), по обѣимъ сторонамъ котораго, въ стѣнѣ къ нему прилегавшей, было сдѣлано по шести конюшень (cryptae, carceres), въ которыхъ стояли готовыя для бѣга колесницы. Вокругъ этой стѣны были и почетныя мѣста для консуловъ.
[8]) въ бѣгѣ слѣдов. принимали участіе четыре колесницы, отличавшіяся особыми цвѣтами, которые были: бѣлый, голубой, зеленый, красный.
[9]) = laxas, remissas.
[10]) = portant, habent vestros colores.
[11]) порядокъ: manus cogunt flexilibus nodis ora et lora iubasque latere..... Latere относится къ нахожденію лошадей въ carceres.
[12]) = mulcendo.
[13]) = внушать, возбуждать.
[14]) carceres до начала бѣга были заперты рѣшетками.
[15]) = fumant trans tabulas.
[16]) = по которому они еще не бѣгутъ.

Ardescunt, saliunt, timent, timentur,
Nec gressum cohibent, sed inquieto
Duratum pede stipitem flagellant [1]).
Tandem murmure buccinae strepentis,
Suspensas tubicen [2]) vocans quadrigas,
Effundit celeres in arva [3]) currus;
Non sic fulminis impetus trisulci,
Non pulsa Scythico [4]) sagitta nervo,
Non sulcus rapide cadentis astri,
Non fundis balearibus [5]) rotata
Umquam sic liquidos poli meatus
Rupit plumbea glandium [6]) procella.
Cedit terra rotis, et orbitarum
Moto pulvere sodidatur aër;
Instant verberibus simul regentes [7]),
Iamque et pectora prona de covinno [8])
Extensi rapiuntur, et iugales [9])
Trans armos feriunt, vacante tergo [10]),
Nec cernas cito cernuos [11]) magistros,
Temones mage sufferant, an axes.
Iam vos ex oculis velut volantes,
Consumpto spatio patentiore [12]),
Campus clauserat arctus arte factus,
Per quem longam, humilem duplamque muro
Euripus [13]) sibi machinam tetendit.
Ut meta ulterior remisit [14]) omnes,

---

[1]) = pulsant. Duratus=durus.
[2]) Знакъ къ началу состязанія подавался трубою.
[3]) = арена.
[4]) Скивы славились, какъ отличные стрѣлки изъ лука.
[5]) insulae Baleares, Балеарскіе острова. Ихъ жители отличались искусствомъ метанія изъ пращи.
[6]) изъ пращей метались свинцовые шарики, имѣвшіе видъ жолудей.
[7]) = aurigae. Ниже: magistri.
[8]) covinnus, currus cathedra instructus Duc. Pectora prona Acc. graec. отъ extensi.
[9]) = equos.
[10]) Возницы стегаютъ лошадей, нагибаясь впередъ, такъ что удары, минуя заднія ноги и спину, падаютъ на переднія.
[11]) = pronos.
[12]) широкая часть цирка, гдѣ еще не проходила spina, дѣлившая его въ длину по поламъ и около которой обгибали колесницы.
[13]) = εὔριπος, каналъ, который былъ проведенъ въ циркѣ для защиты зрителей отъ дикихъ животныхъ, когда въ циркѣ происходили бои съ ними. Здѣсь euripus въ см. spina, узкой, низкой двойной стѣны, простиравшейся (Euripus tendit sibi (=suam) machinam) въ длину по серединѣ цирка; на обоихъ ея концахъ, около которыхъ обгибали колесницы, стояли пирамидальныя башенки— metae.
[14]) послѣ того, какъ ее обогнули.

Fit collega tuus prior duobus,
Qui te transierant; ita ipse quartus
Gyri conditione tum fuisti.
Curae est id mediis, ut ille primus
Pressus dexteriore concitatu [1]),
Partem si patefecerit sinistram,
Totas ad podium [2]) ferens habenas,
Curru praetereatur intus [3]) acto.
Tu, conamine duplicatus [4]) ipso,
Stringis quadriiugos, et arte summa
In gyrum bene septimum [5]) reservas;
Instabant alii manu atque voce,
Passim et deciduis in arva guttis
Rectorum alipedumque [6]) sudor ibat.
Raucus corda ferit fragor faventum,
Atque ipsis pariter viris equisque
Fit cursu calor, et timore frigus.
Itur sic semel, itur et secundo,
Est sic tertius atque quartus orbis;
Quinto circite [7]), non valens sequentum
Pondus ferre prior retorquet axem,
Quod velocibus imperans quadrigis,
Exhaustos sibi [8]) senserat iugales.
Iam sexto reditu [9]) perexplicato,
Iamque et praemia flagitante vulgo,
Pars contraria nil timens tuam vim,
Securas prior orbitas terebat,
Tensis cum subito [10]) sinu lupatis [11]),
Tensis pectoribus, pede ante [12]) fixo,
Quatum auriga suos solebat ille
Raptans Oenomaum [13]), tremente Pisa,

---

[1]) = concitatus in partem dexteriorem.
[2]) мѣста, гдѣ сидѣли зрители.
[3]) между ними и spina.
[4]) = съ удвоенною надеждою.
[5]) Колесницы должны были семь разъ обогнуть spina, послѣ чего состязаніе считалось окопченнымъ.
[6]) для обозначенія быстроты коней.
[7]) = кругъ.
[8]) = suos.
[9]) = обгибъ, послѣ котораго колесницы возвращались къ тому мѣсту, откуда отправлялись.
[10]) нарѣчіе.
[11]) = frenis. Lupatum, особаго рода удила, съ шипами, вродѣ волчьихъ зубовъ.
[12]) = впередъ.
[13]) Oenomaus, царь Елидской Пизы, отецъ Гиподаміи, отличный наѣздникъ. Оракулъ ему предсказалъ, что онъ погибнетъ отъ руки зятя, и потому Еномай

Tantum tu rapidos teris [1]) iugales.
Hic compendia flexuosa metae
Unus dum premit [2]), incitatus a te
Elatas [3]) semel impetu quadrigas
Iuncto non valuit plicare gyro [4]),
Quem tu, quod sine lege [5]) praeteriret,
Transisti remanens, ab arte [6]) restans.
Alter, dum popularitate gaudet,
Dexter sub cuneis nimis [7]) cucurrit.
Hunc, dum obliquat iter [8]), diuque lentus
Sero cornipedes [9]) citat [10]) flagello,
Tortum tramite transis ipse recto.
Hic te incautius assecutus hostis,
Sperans anticipasse iam priorem,
Transversum [11]) venit impudens in axem,
Incurvantur equi, proterva crurum
Intrat turba [12]) rotas, quaterque terni
Arctantur radii [13]), repleta donec
Intervalla crepent, volubilisque
Frangat margo [14]) pedes; ibi ipse quintus [15])
Curru praecipitatus obruente,
Montem multiplici facit ruina,
Turpans prociduam cruore frontem.
Miscet cuncta fragor resuscitatus [16]):
Qnantum non cyparissifer Lucaeus [17]),
Quantum non nemorosa tollit Ossa [18]),
Crebras irrequieta [19]) per procellas;

всѣмъ женихамъ своей дочери предлагалъ состязаніе на колесницахъ, будучи увѣренъ въ своемъ превосходствѣ, и побѣжденныхъ убивалъ.
[1]) = premis, incitas.
[2]) приблизившись къ meta и слѣдуя такимъ образомъ кратчайшему пути.
[3]) = пущенный, разогнанный.
[4]) iuncto gyro=не прерывая поворота.
[5]) = не соблюдая законовъ искусства.
[6]) = arte, искусно.
[7]) Относится къ dexter: взявши слишкомъ вправо. Cunei, κερκίδες, отдѣленія въ амфитеатрѣ и циркѣ, гдѣ сидѣли зрители.
[8]) слѣд. беря влѣво.
[9]) =equos.
[10]) = excitat.
[11]) = на перерѣзъ.
[12]) proterva turba crurum = crura multorum equorum protervorum.
[13]) Въ квадригѣ было два колеса, и въ каждомъ по 6 спицъ, слѣдов. всего двѣнадцать.
[14]) ободокъ колеса, сохраняющій еще свое вращательное движеніе.
[15]) ipse, т. е rector, auriga.
[16]) = renovatus, iteratus; fragor=plausus.
[17]) Гора въ Аркадіи.
[18]) см. ст. 191.
[19]) = vexata.

Quantum nec reboant volutae ab austro [1])
Doris [2]), Trinacris [3]), aut voraginoso
Quae vallat sale Bosphorum Propontis [4]).
Hic mox praecipit aequus imperator,
Palmis serica [5]), torquibus coronas
Coniungi, et meritum remunerari.
Victis ire [6]) iubens satis [7]) pudendis
Villis versicoloribus tapetas [8]).
Iam vero, iuvenalibus peractis,
Quem te praebueris sequente in aevo [9]),
Intra aulam soceri mei [10]) expetitus,
Curam cum moderatus es palati [11]),
Chartis posterioribus loquemur,
Si plus temporibus vacat futuris;
Nunc quam diximus hospitalitatem,
Paucis personet obsequens Thalia [12]).
O dulcis domus, o pii penates,
Quos, res difficilis sibique discors,
Libertas simul excolit pudorque!
O convivia, fabulae, libelli,
Risus, serietas [13]), dicacitates,
Occursus, comitatus unus, idem!
Seu delubra Dei colenda nobis,
Sive ad pontificem gradus ferendi,
Sive ad culmina Marcii Myronis [14]),
Tecta illustria seu videnda Livi [15]),
Sive ad doctiloqui Leonis [16]) aedes,
Quo bis sex tabulas [17]) docente [18]) iuris

[1]) южный вѣтеръ, приносящій бурю.
[2]) берегъ М. Азіи, занятый Дорійскими колоніями.
[3]) Сицилія.
[4]) Мраморное море.
[5]) шолковыя ленты, которыми украшались пальмы.
[6]) = быть данымъ, доставаться.
[7]) = очень.
[8]) tapes, tapete, tapetum (τάπης) толстая ткань, вродѣ ковра (срвн. фр. tapis).
[9]) время, пора жизни.
[10]) Императора Авита.
[11]) сдѣлавшись comes palatii—важная придворная должность, преимущественно съ юридическимъ значеніемъ.
[12]) Муза комедіи; здѣсь въ см. Музы вообще.
[13]) = severitas.
[14]) личность неизвѣстная.
[15]) бывшій сенаторомъ.
[16]) уроженецъ Нарбоны, занимавшійся поэзіей и юриспруденціей.
[17]) = XII таблицъ законовъ римскихъ.
[18]) = explicare, interpretari.

Ultro Claudius Appius [1]) taceret,
Claro obscurior in decemviratu;
Ac si dicat epos, metrumque rhythmis
Flectat commaticis [2]), tonante plectro,
Mordacem faciat silere Flaccum [3]),
Quamvis post satiras lyramque tendat
Ille ad Pindaricum volare cycnum [4])
Seu nos, Magne [5]), tuus favor tenebat,
Multis praedite dotibus virorum,
Forma, nobilitate, mente, censu;
Cuius si varios eam per actus,
Centum et ferrea lasset ora laude [6]),
Constans, ingeniosus, efficaxque [7]),
Prudens arbiter, optimus propinquus,
Nil fraudans genii [8]) sibi, vel ulli,
Personas, loca, tempus intuendo.
Seu nos atria [9]) vestra continebant,
Marcelline [10]) meus [11]), perite legum,
Qui verax nimis et nimis severus,
Asper crederis esse nescienti.
At si te bene quispiam probavit [12]),
Noscit quid velit [13]) ipse iudicare;
Nam numquam metuis loqui quod aequum est,
Si te Sulla premat ferusque Carbo [14]),
Si tristes Marii trucesque Cinnae,
Et si forte tuum caput latusque
Circumstent gladii trium virales [15]).
Seu nos Limpidii [16]) lares habebant

[1]) Appius Claudius, X vir legibus scribundis, 451.
[2]) = κομματικός, короткій.
[3]) Q. Horatius Flaccus.
[4]) Срвн. Horat. C. IV, 2, 1. Pindarum quisquis studet aemulari, Iule, caeratis, ope Daedalea, Nititur pennis и 25. Multa Dircaeum levat aura cycnum.
[5]) Magnus Felix, бывшій консуломъ.
[6]) срвн. Vergil. Aen. 6. 625. Non, mihi si linguae centum sint oraque centum, Ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas... possim.
[7]) = приводящій въ исполненіе всѣ свои начинанія.
[8]) fraudare, defraudare genium—обманывать своего генія (проводя жизнь мрачно, сурово, въ противоположность: genio indulgere); fraudare genium sibi—относиться сурово, мрачно къ себѣ.
[9]) соотвѣтствуетъ нашей пріемной, гостиной.
[10]) занимался адвокатурой.
[11]) см. прим. къ письму V. 17. Eriphi meus.
[12]) = nosse.
[13]) Velle здѣсь играетъ роль вспомогательнаго глагола (срвн. фр. vouloir); velit iudicare = iudicet.
[14]) Сулла—извѣстный диктаторъ. Cn. Papirius Carbo, C. Marius, Cornelius Cinna, демагоги, противники Суллы, отличавшіеся жестокостью.
[15]) Съ намекомъ на проскрипціи во время 2-го тріумвирата.
[16]) Личность неизвѣстная.

Civis magnifici virique summi,
Fraternam bene regulam sequentis;
Seu nos eximii simul tenebat
Nectens officiositas [1]) Marini [2]),
Cuius sedulitas sodalitasque [3])
Aeterna mihi laude sunt colendae;
Seu quoscumque alios videre fratres
Cordi utrique fuit, quibus vacasse
Laudandam reor occupationem.
Horum nomina cum referre versu
Affectus cupiat, metrum recusat [4]).
Hinc nos ad propriam domum vocabas,
Cum mane exierat novum, et calescens
Horam sol dabat alteram secundam [5]).
Hic promens teretes pilas trochosque [6]),
Hic talos crepitantibus fritillis [7]),
Nos ad verbera tractuum struentes [8]),
Tamquam Naupliades [9]) repertor artis,
Gaudebas hilarem ciere rixam.
Hinc ad balnea, non Neroniana [10]),
Nec quae Agrippa [11]) dedit, vel ille [12]) cuius
Bustum Dalmaticae vident Salonae,
Ad thermas [13]) tamen ire sed libebat,
Privato bene praebitas pudori.
Post quas nos tua pocula et tuarum
Musarum [14]) medius chorus tenebat,
Quales nec statuas imaginesque [15])

[1]) = услужливая привязанность.
[2]) личность неизвѣстная.
[3]) срвн. ст. 43. ponte, ponto.
[4]) Срвн. Horat. Sat. 1. V. 87. Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est.
[5]) слѣдов. quartam, что соотвѣтствуетъ нашему 9—10 утра.
[6]) = τροχός, колесо, которымъ играли, катая его. Другіе принимаютъ за волчокъ.
[7]) см. пр. къ письму V. 17.
[8]) struentes sc. se = выстраиваться, приготовляться. Verbera tractuum — удары, происходящіе при катаніи мяча. Впрочемъ tractus можно понимать и про бросаніе кости изъ fritillus; тогда verbera будетъ обозначать тотъ ударъ, который происходитъ при паденіи ея на tabula lusoria.
[9]) сынъ Навплія, Паламидъ, которому приписываютъ изобрѣтеніе игры въ кости.
[10]) выстроенныя въ Римѣ Нероном.
[11]) Marcus Agrippa, зять Августа.
[12]) Діоклетіанъ, погребенный въ Далматскомъ городѣ Салонахъ (Colonia Iulia Salona), близъ Spalatro.
[13]) = θερμαί, теплыя ванны.
[14]) = изображенія Музъ.
[15]) imago говорится больше про поясное изображеніе, бюстъ.

Aere aut marmoribus coloribusque
Mentor [1]), Praxiteles [2]), Scopas [3]) dederunt,
Quantas nec Polycletus [4]) ipse finxit,
Nec fit Phidiaco figura caelo [5]).
Sed iam te veniam loquacitati
Quingenti hendecasyllabi precantur.
Tantum, etsi placeat poëma, longum est.
Iamiam sufficit, ipse et impediris,
Multum in carmine perlegens amicum
Dormitantibus otiosiorem.

[1]) знаменитый чеканщикъ, ок. 356 г. до Р. Х.
[2]) Praxitĕles, Аѳинянинъ, знаменитый скульпторъ; ок. 364 г. до Р. Х.
[3]) съ о-ва Пароса, 395—350 г. до Р. Х., знаменитый скульпторъ и архитекторъ.
[4]) Polyclĕtus, Аргосскій, ок. 480 г. до Р. Х., также скульпторъ и архитекторъ.
[5]) Phidias, Аѳинянинъ, ок. 490 г. до Р. Х., скульпторъ всѣмъ извѣстный.

XII.

Св. Левъ Великій.

Св. Левъ родился ок. 395 года и въ 418 году занималъ церковную должность аколуѳа; при папѣ Целестинѣ (422—432) мы его находимъ діакономъ, а въ 439 году легатомъ императора въ Галліи, посланнымъ туда для примиренія враждовавшихъ полководцевъ Аетія и Альбина. Въ слѣдующемъ году онъ былъ выбранъ епископомъ Рима на мѣсто умершаго тогда Сикста III. Левъ вступилъ въ управленіе Римскою церковью при смутныхъ политическихъ и церковныхъ обстоятельствахъ, но своимъ умомъ, энергіею и вліяніемъ успѣлъ не только дважды спасти Римъ отъ нашествія варваровъ (въ 452 г. при Аттилѣ, и въ 455 г. при Гензерикѣ), но и поставить Римскую епископію на высокую степень могущества и вліянія, вслѣдствіе чего всѣми западными историками признается основателемъ единодержавія римской куріи. Участіе его въ дѣлахъ церковныхъ, какъ напримѣръ борьба съ различными ересями, заочное участіе на Халкидонскомъ соборѣ и т. д. общеизвѣстны. Святитель скончался въ 461 году.

Изъ сочиненій Св. Льва для историка литературы имѣютъ особенное значеніе его письма и проповѣди. Первыя (173) представляютъ сборникъ, въ цѣломъ своемъ составѣ вышедшій скорѣе изъ канцеляріи Льва, чѣмъ изъ подъ его собственнаго пера, и могутъ быть раздѣлены по содержанію на догматическія, историческія, касающіяся церковнаго устройства, и хронологическія (о времени празднованія Пасхи). Всѣ письма отличаются рѣдкою чистотою языка и отсутствіемъ риторики. Проповѣди Св. Льва (96), произнесенныя имъ по поводу праздниковъ, поста, сбора подаянія (de collectis) и т. д., представляютъ одинъ изъ замѣчательнѣйшихъ памятниковъ латинскаго церковнаго краснорѣчія. Отличаясь необычайною чистотою и изяществомъ формы, онѣ указываютъ на то, что Левъ былъ уроженцемъ Рима и, происходя изъ хорошаго семейства, получилъ прекрасное образованіе; содержаніе же ихъ ри-

сусетъ намъ образъ Святителя въ самыхъ привлекательныхъ чертахъ. О Св. Львѣ, какъ отцѣ церкви, см. Преосв. Филарета, Уч. объ от. церкви, т. III. §§ 221. 222.

Историческое значеніе Льва В. указано въ книгѣ Arndt, Leo der Grosse und seine Zeit. Mainz. 1835. См. также: Св. Левъ, папа Римскій. Москва 1849 г. и Христ. Чтеніе 1838 г.

Лучшія изданія сочиненій Льва: Paschasius Quesnellus. Paris. 1675. 2 vol. 4° и fratrum Balleriniorum Venetiis. 1755. 2 vol. fol. У Migne, Patrol. v. LIV—LVI.

1.

Sermo XXI.

In Nativitate Domini nostri Iesu Christi I.

Cap. 1. Salvator noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudeamus. Neque enim locum fas est ibi esse tristitiae, ubi natalis est vitae; quae consumpto mortalitatis timore, nobis ingerit de promissa aeternitate laetitiam. Nemo ab huius alacritatis participatione [1]) secernitur, una cunctis laetitiae communis est ratio, quia Dominus noster, peccati mortisque destructor, sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Exsultet sanctus, quia propinquat ad palmam [2]). Gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam. Animetur gentilis, quia vocatur ad vitam. Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis [3]), quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani, ut inventor mortis diabolus, per ipsam quam vicerat vinceretur. In quo conflictu pro nobis inito, magno et mirabili aequitatis iure certatum est: dum omnipotens Dominus cum saevissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra congreditur humilitate, obiiciens ei eandem formam eandemque naturam, mortalitatis quidem nostrae participem, sed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac nativitate est, quod de omnibus legitur: Nemo mundus a sorde, nec infans, cuius est unius diei vita super terram [4]). Nihil ergo in istam singularem nativitatem de carnis concupiscentia tran-

[1]) = участіе.
[2]) пальма есть знакъ награды.
[3]) см. Ефес. 1. 10.
[4]) Іовъ 14. 4. Vulg. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt. Перев. LXX. Τίς γὰρ καθαρός ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐδείς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.

sivit, nihil de peccati lege manavit. Virgo regia Davidicae stirpis eligitur, quae sacro gravidanda fetu divinam humanamque prolem prius conciperet mente quam corpore. Et ne superni ignara consilii ad inusitatos paveret effectus, quod in ea operandum erat a Spiritu sancto, colloquio discit angelico. Nec damnum credit pudoris, Dei genitrix mox futura. Cur enim de conceptionis novitate desperet, cui efficientia de Altissimi virtute promittitur? Confirmatur credentis fides etiam praeeuntis attestatione miraculi, donaturque Elizabeth inopinata fecunditas; ut qui conceptum dederat sterili, daturus non dubitaretur et virgini.

Cap. 2. Verbum igitur Dei, Deus, Filius Dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil [1]), propter liberandum ab aeterna morte hominem, factus est homo: ita se ad susceptionem humilitatis nostrae sine diminutione suae maiestatis inclinans, ut manens quod erat, assumensque quod non erat, veram servi formam et formae in qua Deo Patri est aequalis uniret, et tanto foedere utramque consereret, ut nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio. Salva igitur proprietate utriusque substantiae, et in unam coeunte personam, suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas, et ad dependendum nostrae conditionis debitum, natura inviolabilis naturae est unita passibili, Deusque verus et homo verus, in unitatem Domini [2]) temperatur; ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem Dei hominumque mediator [3]), et mori posset ex uno, et resurgere posset ex altero. Merito igitur virgineae integritati nihil corruptionis intulit partus salutis, quia custodia fuit pudoris editio [4]) veritatis. Talis igitur, dilectissimi, nativitas decuit Dei virtutem et Dei sapientiam, Christum, qua nobis et humanitate congrueret, et divinitate praecelleret. Nisi enim esset Deus verus, non afferret remedium; nisi esset homo verus, non praeberet exemplum. Ab exsultantibus ergo angelis, nascente Domino, Gloria in excelsis Deo canitur, et pax in terra bonae voluntatis hominibus nuntiatur [5]). Vident enim caelestem Ierusalem ex omnibus mundi gentibus fabricari, de quo inenarrabili divinae pietatis opere quantum laetari debet humilitas hominum, cum tantum gaudeat sublimitas angelorum?

Cap. 3. Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri, per Filium eius, in Spiritu sancto, qui propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos, misertus est nostri; et cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo [6]), ut essemus in ipso nova creatura

[1]) Іоан. 1. 1—3.
[2]) = Iesu Christi.
[3]) 1 Тим. 2. 5.
[4]) = рожденіе.
[5]) Лук. 2. 14.
[6]) Ефес. 2. 5.

novumque figmentum [1]). Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis [2]), et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus operibus. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam, et divinae consors factus naturae, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione [3]) redire. Memento cuius capitis et cuius corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen et regnum. Per baptismatis sacramentum Spiritus sancti factus es templum; noli tantum habitatorem pravis de te actibus effugare, et diaboli te iterum subiicere servituti, quia pretium tuum sanguis est Christi, quia in veritate te iudicabit, qui in misericordia te redemit, qui cum Patre et Spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

2.

Sermo XXXIX.

De Quadragesima [4]) I.

Cap. 1. Hebraeorum quondam populus et omnes Israëliticae tribus, cum propter peccatorum suorum offensiones gravi Philistinorum dominatione premerentur, ut superare hostes suos possent, sicut sacra manifestat historia, vires animi et corporis indicto sibi reparavere ieiunio. Intellexerant enim duram et miseram illam subiectionem [5]) neglectu se mandatorum Dei et morum corruptione meruisse, frustraque se armis certare, nisi prius vitiis repugnassent. Abstinentes ergo a cibo et potu severae sibi castigationis adhibuere censuram, et ut hostes suos vincerent, gulae illecebram in se ipsis ante vicerunt. Factumque est hoc modo, ut saevi adversarii et graves domini esurientibus cederent, quos sibi saturos subiugarant. Et nos itaque, dilectissimi, inter multas adversitates et praelia constituti, si similibus remediis uti cupimus, simili observatione [6]) curemur. Eadem enim propemodum causa nostra est quae illorum fuit: quoniam sicut illi a carnalibus adversariis, ita et nos a spiritalibus maxime impugnamur inimicis. Qui si donata nobis per Dei gratiam morum correctione vincantur, etiam corporeorum nobis hostium

[1]) съ намекомъ на созданіе перваго человѣка изъ персти.
[2]) Ефес. 4. 22.
[3]) = образъ жизни.
[4]) = Τεσσαρακοστή, сорокадневный постъ передъ Пасхой.
[5]) = подчиненіе Филистимлянамъ.
[6]) = остерегаясь подобнымъ же образомъ. Срвн. observare въ см. cavere, напр. Лук. 12. 15 (Vulg.) videte et observate (φυλάσσεσθε) ab omni cupiditate.

fortitudo succumbet, et emendatione nostra infirmabuntur, quos graves nobis, non ipsorum merita, sed nostra delicta fecerunt.

Cap. 2. Quapropter, dilectissimi, ut omnes hostes nostros superare valeamus, per observantiam caelestium mandatorum divinum quaeramus auxilium, scientes non aliter nos praevalere posse adversariis nostris, nisi praevaluerimus et nobis. Sunt enim intra nosmetipsos multa certamina, et aliud caro adversus spiritum, aliud adversus carnem spiritus concupiscit [1]). In qua dissensione si cupiditates corporis fuerint fortiores, turpiter animus amittet propriam dignitatem, et perniciosissimum erit eum servire quem decuerat imperare. Si autem mens rectori suo subdita, et supernis muneribus delectata terrenae voluptatis incitamenta calcaverit, et in suo mortali corpore regnare peccatum non siverit [2]), ordinatissimum tenebit ratio principatum et munitiones eius nulla spiritalium nequitiarum labefactabit illusio; quia tunc est vera pax homini et vera libertas, quando et caro animo iudice regitur, et animus Deo praeside gubernatur. Haec autem praeparatio, dilectissimi, licet omni tempore salubriter assumatur, ut pervigiles hostes incessabili superentur industria, nunc tamen sollicitius expetenda est, et studiosius instruenda, quando et ipsi subtilissimi adversarii acriori insidiantur astutia. Scientes enim adesse sacratissimos Quadragesimae dies, in quorum observantia omnes praeteritae desidiae castigantur, omnes neglegentiae diluuntur, ad hoc utique totam vim suae malignitatis intendunt, ut celebraturi sanctum Pascha Domini, in aliquo inveniantur immundi, et unde eis obtinenda erat propitiatio, inde contrahatur offensio [3]).

Cap. 3. Accedentes ergo, dilectissimi, ad Quadragesimae initium, id est, ad diligentiorem Domini servitutem, quia quasi ad quemdam agonem sancti operis introimus, ad pugnas tentationum animas praeparemus, et intellegamus quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab adversariis impetendos [4]). Sed fortior est qui in nobis est, quam qui adversum nos est, et per ipsum validi sumus, in cuius virtute confidimus: quia ob hoc Dominus se tentari a tentatore permisit, ut cuius munimur auxilio, eiusdem erudiremur exemplo. Vicit enim adversarium, ut audistis, testimoniis legis [5]), non potestate virtutis; ut hoc ipso et hominem plus honoraret, et adversarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi a Deo iam, sed quasi ab homine vinceretur. Pugnavit ergo ille tunc, ut et nos postea pugnaremus; vicit ille, ut et nos similiter vinceremus. Nulla sunt enim, dilectissimi, sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine probationibus [6]) fides, nullum

[1]) Галат. 5. 17.
[2]) Римл. 6. 12.
[3]) слѣдов. вмѣсто того, чтобы умилостивить Бога, они, недостойно приготовившись къ празднованію Пасхи, Его оскорбляютъ.
[4]) = ὁρμᾶν, устремляться.
[5]) sc. divinae. См. Матѳ. IV. 1—11. Лук. IV. 1—13.
[6]) = испытаніе.

sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita haec nostra in medio insidiarum, in medio praeliorum est. Si nolumus decipi, vigilandum est; si volumus superare, pugnandum est. Et ideo sapientissimus Salomon, Fili, inquit, accendens ad servitutem Dei, praepara animam tuam ad tentationem [1]). Vir enim sapientia Dei plenus, sciens studium religionis laborem habere certaminis, cum praevideret pugnae periculum, ante admonuit pugnaturum, ne forte si ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret.

Cap. 4. Nos itaque, dilectissimi, qui divinis eruditionibus instituti, ad agonem praesentis certaminis scienter accedimus, audiamus dicentem Apostolum: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in caelestibus [2]); et non ignoremus quod hi hostes nostri contra se geri omnia sentiunt, quaecumque nos pro nostra salute agere tentamus; et hoc ipso quod boni aliquid appetimus, adversarios provocamus. Haec enim inter nos atque illos per diabolicae invidiae fomitem [3]) inveterata dissensio est, ut quia illi ab his bonis exciderunt ad quae nos Deo auxiliante provehimur, nostris iustificationibus [4]) torqueantur. Si ergo nos erigimur, illi corruunt; si nos convalescimus, illi infirmantur. Remedia nostra plagae ipsorum sunt, quia curatione nostrorum vulnerum vulnerantur. State ergo, dilectissimi, ut Apostolus ait, succincti lumbos mentis vestrae in veritate, et calceati pedes in praeparatione Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignea exstinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei [5]). Videte, dilectissimi, quam potentibus nos telis, quam insuperabilibus munimentis dux multis insignis triumphis et invictus Christianae militiae magister armaverit. Succinxit lumbos balteo [6]) castitatis, calceavit [7]) pedes vinculis pacis, quia et discinctus miles cito ad impudicitiae incentore [8]) vincitur, et non calceatus facile a serpente mordetur. Scutum fidei ad protectionem totius corporis dedit, capiti galeam salutis imposuit, dexteram gladio, id est verbo veritatis, instruxit, ut spiritalis praeliator non solum sit tutus a vulnere, sed et repugnantem valeat vulnerare.

Cap. 5. His igitur, dilectissimi, freti armis, impigre atque intrepide propositum nobis certamen ineamus, ut in isto ieiuniorum stadio, non eo tantum simus fine contenti, ut solam ciborum abstinen-

[1]) Сирах. 2. 1.
[2]) Ефес. 6. 12.
[3]) ибо въ трутъ западаетъ и въ немъ разгорается огонь.
[4]) = δικαίωμα.
[5]) Ефес. 6. 14—18.
[6]) см. прим. къ Пруд. г. 1. с. 32.
[7]) calceus, обувь, вродѣ нашего сапога, носилась особенно солдатами.
[8]) = δημιουργός.

tiam putemus esse sectandam. Parum enim est si carnis substantia tenuatur, et animae fortitudo non alitur. Afflicto paululum exteriore homine, reficiatur interior; et subtracta carni saturitate corporea, spiritalibus mens deliciis roboretur. Circumspiciat se omnis anima Christiana, et severo examine cordis sui interna discutiat. Videat, ne quid ibi discordiae inhaeserit, ne quid cupiditatis insederit. Castitas incontinentiam procul pellat, tenebras simulationis lux abigat veritatis. Detumescat superbia, resipiscat iracundia, comminuantur iacula noxarum, et obtrectatio linguae frenetur. Cessent vindictae, et oblivioni mandentur iniuriae. Omnis postremo plantatio quam non plantavit Pater caelestis, radicitus auferatur [1]). Tunc enim in nobis bene virtutum semina nutriuntur, quando de agro cordis nostri omne germen externum evellitur. Si quis ergo quempiam ita cupiditate ultionis exarsit, ut eum aut carceri tradiderit, aut vinculis illigaverit, absolutionem non solum insontis, sed etiam eius qui poena dignus videtur acceleret, ut illa Dominicae orationis regula fidenter utatur, dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris [2]). Quam partem petitionum ita Dominus speciali insinuatione [3]) commendat, quasi totius orationis effectus in hac conditione consistat: Si enim, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et Pater vester vobis, qui in caelis est. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra [4]).

Cap. 6. Proinde, dilectissimi, memores infirmitatis nostrae, quia facile in quaelibet delicta prolabimur, hoc potissimum remedium et istam efficacissimam vulnerum nostrorum curationem nullatenus [5]) neglegamus. Remittamus, ut remittatur nobis, demus veniam, quam rogamus, et non studeamus vindicari, qui nobis precamur ignosci. Pauperum gemitus surdo non transeamus auditu, et misericordiam indigentibus prompta benignitate praestemus, ut misericordiam in iudicio mereamur invenire. Ad quam perfectionem qui studium suum gratia Dei adiutus intenderit, hic sanctum ieiunium fideliter peraget, hic a fermento malitiae veteris alienus, in azymis sinceritatis et veritatis [6]) ad beatum Pascha perveniet, et per novitatem vitae dignae laetabitur in sacramento reformationis humanae per Christum Dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

---

[1]) Матѳ. 15. 13.
[2]) Матѳ. 6. 12.
[3]) = указаніе, совѣтъ.
[4]) Матѳ. 6. 14. 15.
[5]) = οὐδαμῶς.
[6]) 1 Кор. 5. 8.

3.

Sermo LVIII.

De Passione Domini VII, habitus die Dominico [1]).

Cap. 1. Scio quidem, dilectissimi, paschale festum tam sublimis esse mysterii, ut non solum humilitatis meae tenuissimum sensum, sed etiam magnorum ingeniorum superet facultatem. Sed non ita mihi divini operis consideranda est magnitudo, ut vel diffidam, vel erubescam de servitute [2]) quam debeo; cum sacramentum salutis humanae non liceat taceri, etiamsi nequeat explicari. Auxiliantibus autem orationibus vestris, affuturam credimus gratiam Dei, quae inspirationis suae rore sterilitatem nostri cordis aspergat, ut linguae pastoralis officio, quae sancti gregis auribus sint utilia, proferantur. Dicente enim Domino bonorum omnium largitore: Aperi os tuum, et ego adimplebo illud [3]), audemus eidem verbis propheticis dicere: Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam [4]). Incipientes igitur, dilectissimi, evangelicam de Passione Domini historiam retractare, divino intellegimus dispositum fuisse consilio, ut sacrilegi Iudaeorum principes et impii sacerdotes, qui saeviendi in Christum occasiones saepe quaesiverant, non nisi in solemnitate paschali exercendi furoris sui acciperent potestatem. Oportebat enim ut manifesto implerentur effectu, quae diu fuerant figurato promissa mysterio, ut ovem significativam [5]) ovis vera removeret, et ut uno expleretur sacrificio variarum differentia victimarum. Nam omnia illa quae de immolatione agni divinitus per Moysen fuerant praestituta, Christum prophetaverant et Christi occisionem proprie nuntiaverant. Ut ergo umbrae cederent corpori et cessarent imagines sub [6]) praesentia veritatis, antiqua observantia [7]) novo tollitur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, et legalis [8]) festivitas dum mutatum, impletur.

Cap. 2. Unde cum scribas [9]) et seniores populi ad impium consilium pontifices congregarent, omniumque animos sacerdotum cura admittendi in Iesum sceleris occupasset, ipsi se doctores legis lege

---

[1]) = Κυριακή, Воскресный день.
[2]) = ministerium, officium, и преимущественно officium ecclesiasticum.
[3]) Псал. 80. 11.
[4]) Псал. 50. 17.
[5]) = прообразующій.
[6]) = in.
[7]) = обряды.
[8]) = предписанная закономъ Моисея.
[9]) = книжники.

privarunt, et spontaneo defectu [1]) ritus sibi patrios sustulerunt. Incipiente enim festivitate paschali, qui ornare templum, mundare vasa, victimas providere, et legitimis purificationibus sacratiorem diligentiam adhibere debuerant, parricidalis odii furore concepto, ad unum opus vacant, et in unum facinus simili crudelitate coniurant, nil assecuturi supplicio innocentiae et condemnatione iustitiae, nisi ut et nova mysteria non apprehenderent [2]), et antiqua violarent. Providentibus ergo principibus, ne in die sancto tumultus oriretur, non festivitati, sed facinori studebatur, nec religioni serviebat haec cura, sed crimini. Diligentes enim pontifices et solliciti sacerdotes, seditiones turbarum fieri in praecipua solemnitate metuebant, non ut populus non peccaret, sed ne Christus evaderet.

Cap. 3. At Iesus consilii sui certus, et in opere paternae dispositionis [3]) intrepidus, vetus Testamentum consummabat et novum Pascha condebat. Discumbentibus enim secum discipulis ad edendam mysticam cenam, cum in Caiphae atrio tractaretur, quomodo Christus posset occidi, ille corporis et sanguinis sui ordinans sacramentum, docebat qualis Deo hostia deberet offerri, ne ab hoc quidem mysterio traditore summoto, ut ostenderetur nulla iniuria exasperatus, qui in voluntaria erat impietate praescitus. Ipse enim sibi fuit materia ruinae et causa perfidiae, sequens diabolum ducem, et nolens Christum habere rectorem. Dicens itaque Dominus: Amen dico vobis, quod unus vestrum me traditurus est [4]), notam sibi proditoris sui conscientiam demonstravit, non aspera nec aperta impium increpatione confundens, sed leni ac tacita admonitione conveniens, ut facilius corrigeret paenitudo [5]), quem nulla deformasset [6]) abiectio. Cur, infelix Iuda, tanta benignitate non uteris? Ecce, parcit ausibus tuis Dominus, et nulli te, nisi tibi, indicat Christus: nec nomen tuum, nec persona detegitur, sed veritatis et misericordiae verbo cordis tantum tui arcana tanguntur. Non apostolici ordinis honor, non sacramentorum tibi communio denegatur. Redi in integrum, et deposito furore resipisce. Clementia invitat, salus pulsat, ad vitam vita te revocat. Ecce, immaculati et innocentes condiscipuli tui ad significationem facinoris expavescunt, et omnes sibi, non edito impietatis auctore, fermidant. Contristati enim sunt, non de [7]) conscientiae reatu, sed de humanae mutabilitatis incerto, timentes ne minus verum esset quod in se quisque noverat, quam quod ipsa Veritas praevidebat. Tu autem in hac trepidatione sanctorum abuteris Domini patientia, et abscondi te tua credis audacia. Addis impudentiam sceleri, nec signo evidentiore terreris. Cumque se a cibo alii, in quo indicium Dominus posuerat, continerent, tu manum non retrahis a paropside [1]), quia animum non avertis a crimine.

Cap. 4. Secutum est itaque, dilectissimi, sicut Iohannes Evangelista narravit, ut cum traditori suo Dominus manifestius designando panem porrexisset intinctum [2]), totum Iudam diabolus occuparet [3]), et quem malignis cogitationibus obligarat, iam ipso impietatis opere possideret. Corpore enim tantum cum cenantibus recumbebat, mente autem sacerdotum invidiam, testium falsitatem, et furorem imperitae plebis armabat. Denique videns Dominus cui flagitio Iudas esset intentus, Quod facis, inquit, fac citius [4]). Vox haec non iubentis est, sed silentis, nec trepidi, sed parati: qui habens omnium temporum potestatem ostendit se et [5]) moram non facere traditori, et sic ad redemptionem mundi paternam exsequi voluntatem, ut facinus quod a persequentibus parabatur nec impelleret, nec timeret. Postquam igitur Iudas persuasus a diabolo discessit a Christo, seque a corpore apostolicae unitatis abscidit, nullo Dominus pavore turbatus, sed de sola redimendorum salute sollicitus, omne temporis spatium, quod a persequentium vacabat incursu, mysticis sermonibus sacrataeque doctrinae, sicut Iohannis Evangelio declaratur, impendit: elevans ad caelum oculos, et pro universa ecclesia supplicans Patri, ut omnes quos dedisset, daturusque esset Filio Pater, unum fierent [6]) et in gloria Redemptoris individui permanerent; adiiciens postremo illam orationem qua ait: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste [7]). Ubi non existimandum est quod Dominus Iesus passionem et mortem, cuius iam discipulis sacramenta tradiderat, voluerit declinare; cum ipse beatum apostolum Petrum devota fide et caritate ferventem, uti adversum persecutores gladio vetet, dicens: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum [8])? certumque sit et quod secundum Evangelium Iohannis Dominus ait: Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam [9]); et quod de ipso ait apostolus Paulus: Christus nos dilexit, et tradidit semetipsum pro nobis hostiam Deo in odorem suavitatis [10]). In salvandis enim omnibus per crucem Christi communis erat voluntas Patris et Filii, commune consilium; nec ulla poterat ratione turbari quod ante aeterna secula et misericorditer

---

[1]) = несоблюденіе, измѣна.
[2]) = уразумѣть, понять.
[3]) = опредѣленіе, повелѣніе.
[4]) Matth. 26. 21.
[5]) = paenitentia.
[6]) = опозорить, обезчестить.
[7]) = вслѣдствіе.

[1]) = παροψίς.
[2]) sc. sale.
[3]) Ioan. 13. 26.
[4]) Ioan. 13. 27.
[5]) = etiam.
[6]) Ioan. 17. 11.
[7]) Matth. 26. 39.
[8]) Ioan. 18. 11.
[9]) Ioan. 3. 16.
[10]) Ефес. 5. 2.

erat dispositum [1]), et incommutabiliter praefinitum. Qui ergo verum, dilectissimi, totumque hominem assumpsit, veros et corporis sensus et animi suscepit affectus. Nec quia omnia in illo plena erant sacramentis, plena miraculis, ideo aut falsis lacrimis flevit, aut mendaci esurie cibum sumpsit, aut simulato sopore dormivit. In nostra [2]) humilitate contemptus, in nostra moestitudine contristatus, in nostro est dolore crucifixus. Passiones enim mortalitatis nostrae ob hoc misericordia subiit, ut sanaret, ob hoc virtus recepit, ut vinceret. Quod Isaias apertissime prophetavit, dicens: Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos putavimus illum esse in dolore, et in plaga, et in vexatione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter facinora nostra, et livore eius sanati sumus [3]).

Cap. 5. Cum itaque, dilectissimi, Dei Filius dicit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste, nostrae utitur voce naturae, et causam agit [4]) fragilitatis et trepidationis humanae, ut in iis quae toleranda sunt, et patientia roboretur, et formido pellatur. Denique cessans hoc ipsum petere, excusato quodammodo nostrae infirmitatis metu, in quo nobis remanere non expedit, in alium affectum transit et dicit: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [5]); et iterum: Si non potest, inquit, calix iste transire a me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua [6]). Haec vox capitis salus est totius corporis; haec vox omnes fideles instruxit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronavit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus et pro omnibus diceret Patri: Fiat voluntas tua? Discant igitur hanc vocem omnes ecclesiae filii, magno pretio redempti, gratis iustificati; et cum adversitas violentae alicuius tentationis incubuerit, praesidio potentissimae orationis utantur, ut superato tremore formidinis, accipiant tolerantiam passionis. Hinc iam, dilectissimi, ad perstringendum [7]) ordinem Dominicae passionis sermo est dirigendus, quem ne vos cumulo prolixitatis oneremus, in quartam sabbati [8]), diviso communi labore [9]), differamus. Aderit precantibus vobis gratia Dei, quae mihi solvendi debiti tribuat facultatem. Per Dominum nostrum Iesum Christum viventem et regnantem cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

---

[1]) = устроить, постановить.
[2]) = humana.
[3]) Ис. 53. 4. 5.
[4]) см. ниже: excusato quodammodo nostrae infirmitatis metu.
[5]) Матѳ. 26. 39.
[6]) Матѳ. 26. 42.
[7]) = persequi.
[8]) Sabbatum здѣсь въ знач. недѣли, и потому quarta Sabbati есть quarta dies или feria hebdomadis.
[9]) communis labor у проповѣдника состоитъ въ поученіи, а у слушателей въ молитвенномъ настроеніи.

4.

Sermo LIX.

De Passione Domini VIII, feria quarta habitus.

Cap. 1. Decursis, dilectissimi, sermone proximo iis quae comprehensionem Domini praecesserunt, superest nunc, ut auxiliante Dei gratia, de ipso iam passionis ordine, sicut promisimus, disseramus. Nam cum verbis sacrae orationis suae Dominus declarasset verissime sibi atque plenissime et humanam et divinam inesse naturam, ostendens unde esset quod pati nollet, et unde quod vellet, depulsa trepidatione infirmitatis, et confirmata magnanimitate virtutis, rediit in sententiam suae dispositionis aeternae, et saevienti diabolo per ministeria Iudaeorum, formam servi nihil peccati habentis obiecit, ut per eum ageretur omnium causa, in quo solo erat omnium natura sine culpa. Irruerunt ergo in lumen verum filii tenebrarum, et utentes faculis atque laternis non evaserunt infidelitatis suae noctem, quia non intellexerunt lucis auctorem. Occupant paratum teneri, et trahunt volentem trahi, qui si vellet obniti, nihil quidem in iniuriam eius impiae manus possent, sed mundi redemptio tardaretur, et nullum salvaret illaesus, qui pro omnium salute erat moriturus.

Cap. 2. Sinens igitur inferri sibi quicquid sacerdotum incitamentis furor popularis audebat, ad Annam Caiphae socerum ac deinde ad Caipham ex Annae transmissione [1]) perducitur, et post insanas calumniantium obiectiones, post commenticias subornatorum testium falsitates, ad audientiam Pilati pontificum delegatione transfertur. Qui, divino iure neglecto, clamantes se regem non habere nisi Caesarem [2]), tamquam Romanis devoti legibus omne iudicium potestati praesidis reservassent, expetierunt exsecutorem magis saevitiae quam arbitrum causae. Offerebant enim Iesum duris nexibus vinctum, colaphis et alapis frequentibus caesum, sputis oblitum, clamoribus praedamnatum, ut inter tot praeiudicia [3]), quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus absolvere. Denique nec in accusato eum reperisse culpam, nec in sententia sua tenuisse constantiam docet ipsa cognitio, in qua iubex, quem innocentem pronuntiat, damnat, addicens iniquo populo sanguinem iusti, a quo abstinendum sibi, et intellectu proprio senserat, et somnio uxoris noverat. Non purgant contaminatum animum manus lotae, nec in asper-

---

[1]) = пересылка.
[2]) Іоан. 19. 15.
[3]) своимъ образомъ дѣйствій Іудеи уже выказали свое рѣшеніе относительно Христа, еще до суда Его у Пилата.

sis aqua digitis expiatur quod famulante impia mente committitur. Excessit quidem Pilati culpam facinus Iudaeorum, qui illum nomine Caesaris territum et invidiosis vocibus increpatum, ad effectum sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse evasit reatum, qui cooperatus seditiosis, reliquit iudicium proprium, et in crimen transivit alienum.

Cap. 3. Quod ergo Pilatus, dilectissimi, implacabilis populi victus insania, multis Iesum dehonestari ludibriis, et immodicis vexari permisit iniuriis, quodque eum flagellis caesum, spinis coronatum, et amictu irrisoriae vestis indutum, scribarum et sacerdotum ostentavit aspectui, mitigandos procul dubio inimicorum animos existimavit, ut exsaturatis invidiae odiis non ultra iam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Sed cum inardesceret ira clamantium, ut Barabbam indulgentia relaxaret, et Iesum crucis poena susciperet; cum consono fremitu diceretur a turbis: Sanguis eius super nos et super filios nostros [1]); obtinuerunt iniqui in damnationem suam quod pertinaciter exigebant, quorum dentes, sicut propheta testatus est, arma erant et sagittae, et lingua eorum gladius acutus [2]). Frustra enim crucifigendo maiestatis Domino manus proprias continebant, in quem letalia vocum spicula et venenata verborum tela iaciebant. Vobis, vobis, falsi Iudaei, et sacrilegi principes populi, totum facinoris istius pondus incumbit, et licet immanitas sceleris et praesidem obligarit, et milites, omnis tamen facti summa vos arguit. Et quicquid in supplicio Christi vel Pilati peccavit iudicium vel cohortis obsequium, hoc vos facit humani generis odio digniores, quia vestri furoris impulsu nec illis innocentes esse licuit, quibus iniquitas vestra non placuit.

Cap. 4. Traditus itaque Dominus saevientium voluntati, ad irrisionem regiae dignitatis, supplicii [3]) sui iussus est esse gestator; ut impleretur quod Isaias propheta praeviderat, dicens: Ecce natus est puer, et datus est nobis filius, cuius imperium super umeros eius [4]). Cum ergo Dominus lignum portaret crucis, quod in sceptrum sibi converteret potestatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, sed manifestabatur fidelibus grande mysterium, quia gloriosissimus diaboli victor, et inimicarum virtutum potentissimus debellator, pulchra specie triumphi sui portabat trophaeum, et invictae patientiae [5]) umeris signum salutis, adorandum regnis omnibus inferebat, tamquam et tunc ipsa operis sui imagine omnes imitatores suos confirmaret et diceret: Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus [6]).

[1]) Matth. 27. 25.
[2]) Psal. 56. 5.
[3]) = орудіе казни.
[4]) Is. 9. 6.
[5]) Gen. qualit.
[6]) Matth. 10. 38.

Cap. 5. Euntibus autem cum Iesu turbis ad locum poenae, Simon quidam Cyrenaeus inventus est, in quem lignum crucis transferretur a Domino [1]), ut etiam tali facto praesignaretur gentium fides, quibus crux Christi non confusio [2]) erat futura, sed gloria. Non ergo fortuitum, sed figuratum et mysticum fuit, ut Iudaeis in Christum saevientibus, ad compatiendum ei peregrinus occurreret, dicente apostolo: si compatimur, et conregnabimus [3]), ut sacratissimo Salvatoris opprobrio, non Hebraeus quisquam, nec Israëlita, sed alienigena subderetur. Per hanc enim translationem... a filiis carnalibus ad filios spiritales immaculati agni propitiatio et omnium sacramentorum plenitudo transibat. Siquidem Pascha nostrum, ut ait apostolus [4]), immolatus est Christus, qui se novum et verum reconciliationis sacrificium offerens Patri, non in templo, cuius iam erat finita reverentia, nec intra septa civitatis ob meritum sui sceleris diruendae, sed foris et extra castra crucifixus est, ut veterum victimarum cessante mysterio, nova hostia novo imponeretur altari, et crux Christi non templi esset ara, sed mundi [5]).

Cap. 6. Exaltato igitur, dilectissimi, per crucem Christo, non illa tantum species aspectui mentis occurrat, quae fuit in oculis impiorum, quibus per Moysen dictum est: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes vitae tuae [6]). Isti enim nihil in crucifixo Domino praeter facinus suum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera iustificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster vero intellectus, quem spiritus veritatis illuminat, gloriam crucis caelo terraque radiantem puro ac libero corde suscipiat, et interiore acie [7]) videat, quale sit, quod Dominus cum de passionis suae loqueretur instantia [8]), dixit: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis [9]); et infra: Nunc, inquit, turbata est anima mea, et quid dicam? Pater, salva me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam. Pater, clarifica Filium tuum [10]); et cum vox Patris venisset e caelo dicens: Et clarificavi, et iterum clarificabo [11]), respondens Iesus circum stantibus, dixit: Non propter me vox haec facta est, sed propter vos. Nunc iudicium mundi est, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum [12]).

[1]) Matth. 27. 32.
[2]) = посрамленіе.
[3]) Римл. 8. 17.
[4]) 1 Кор. 5. 7.
[5]) Евр. 13. 11.
[6]) Второз. 28. 66.
[7]) sc. oculorum.
[8]) = близость (срвн. tempus instat).
[9]) Іоан. 12. 23.
[10]) Іоан. 12. 27.
[11]) Іоан. 12. 28.
[12]) Іоан. 12. 30—32.

Cap. 7. O admirabilis potentia crucis! o ineffabilis gloria passionis! in qua et tribunal Domini, et iudicium mundi, et potestas est crucifixi. Traxisti enim, Domine, omnia ad te, et cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem et contradicentem tibi [1]), confitendae maiestatis tuae sensum totus mundus accepit [2]). Traxisti, Domine, omnia ad te, cum in exsecrationem Iudaici sceleris, unam protulerunt omnia elementa sententiam, cum obscuratis luminaribus [3]) caeli, et converso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolitis, universaque creatura impiorum usui se negaret. Traxisti, Domine, omnia ad te; quoniam scisso templi velo, sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, et lex in Evangelium verteretur. Traxisti, Domine, omnia ad te, ut quod in uno Iudaeae templo obumbratis significationibus agebatur, pleno apertoque sacramento universarum ubique nationum devotio [4]) celebraret. Nunc etenim et ordo clarior levitarum, et dignitas amplior seniorum, et sacratior est unctio sacerdotum, quia crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobio, vita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, una corporis et sanguinis tui implet oblatio, quoniam tu es verus Agnus Dei, qui tollis peccata mundi [5]), et ita in te universa perficis mysteria, ut sicut unum est pro omni victima sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum.

Cap. 8. Confiteamur igitur, dilectissimi, quod beatus magister gentium Paulus apostolus gloriosa voce confessus est, dicens: Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere [6]). Hinc enim mirabilior est erga nos misericordia Dei, quod non pro iustis, neque pro sanctis, sed pro iniquis et impiis Christus est mortuus [7]), et cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis, suscepit tamen, nascendo ex nobis, quod posset offerre pro nobis. Olim enim morti nostrae mortis suae potentia minabatur, dicens per Oseam prophetam: O mors, ero mors tua, et ero morsus tuus, inferne [8]). Leges enim inferni moriendo subiit, sed resurgendo dissolvit, et ita perpetuitatem mortis incidit, ut eam de aeterna faceret temporalem; sicut enim omnes in Adam moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [1]). Fiat itaque, dilectissimi, quod apostolus Paulus ait: Ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est et resurrexit [2]); et quia vetera transierunt, et facta sunt omnia nova, nemo in carnalis vitae vetustate remaneat, sed omnes de die in diem proficiendo, per pietatis augmenta renovemur. Quantumlibet enim quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probatior esse possit et melior. Qui autem non proficit, deficit, et qui nihil acquirit, nonnihil perdit. Currendum ergo nobis est fidei gressibus, misericordiae operibus, amore iustitiae, ut diem redemptionis nostrae spiritaliter celebrantes, non in fermento veteri malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis [3]), resurrectionis Christi mereamur esse participes, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

[1]) Римл. 10. 21.
[2]) весь міръ получилъ способность исповѣдывать твое величество.
[3]) = φωστήρ.
[4]) срвн. фр. devotion.
[5]) Іоан. 1. 29.
[6]) 1 Тим. 1. 15.
[7]) Римл. 5. 6.
[8]) Ос. 13. 14.

[1]) 1 Кор. 15. 22.
[2]) 2 Кор. 5. 15.
[3]) 1 Кор. 5. 8.

XIII.

Св. Григорій Великій, Двоесловъ.

Св. Григорій, происходившій изъ знатнаго патриційскаго рода, родился ок. 540 г. Въ молодости онъ съ успѣхомъ началъ дѣйствовать на поприщѣ государственной службы и вскорѣ занялъ высокую должность префекта города Рима. Но почести міра не имѣли для него никакого значенія, и онъ, отказавшись отъ нихъ, предался уединенію и строгой подвижнической жизни; продавъ богатое имущество, оставшееся ему отъ отца, онъ частію роздалъ вырученныя за него деньги бѣднымъ, частію употребилъ ихъ на основаніе семи монастырей, изъ которыхъ одинъ былъ въ Римѣ—туда удалился Григорій въ качествѣ простаго монаха. Но не долго могъ предаваться Григорій подвижничеству: римскій епископъ Бенедиктъ назначилъ его окружнымъ діакономъ, а его преемникъ Пелагій II послалъ его апокрисіаріемъ или легатомъ въ Константинополь, отчасти для устройства дѣлъ римской церкви, отчасти для испрошенія защиты отъ Лангобардовъ. Въ 590 г. Григорій былъ избранъ римскимъ епископомъ, не смотря на свое энергическое сопротивленіе этому избранію. Въ своей дѣятельности на епископской каѳедрѣ Св. Григорій представляетъ сходство съ Св. Амвросіемъ; подобно послѣднему онъ смотрѣлъ на officium docendi, какъ на часть пастырскаго служенія, и надобно удивляться количеству оставленныхъ Григоріемъ трудовъ литературныхъ, особенно принимая во вниманіе другіе его труды (какъ-то: борьбу съ еретиками, съ злоупотребленіями въ среди самой церкви, заботы о лучшемъ ея устройствѣ и распространеніи среди язычниковъ—проповѣдь Христіанства Англосаксамъ) и постоянную его болѣзненность. Изъ трудовъ Григорія В. для историка литературы важны:

1) Dialogorum libri IV или De vita et miraculis patrum Italicorum et de aeternitate animarum, собраніе назидательныхъ разсказовъ изъ жизни Италійскихъ отцовъ. По формѣ это сочиненіе

представляетъ бесѣду Григорія съ приближеннымъ ему діакономъ Петромъ, въ которой Святитель искалъ отдыха отъ многотрудныхъ занятій по управленію епархіей. Сочиненіе это пріобрѣло замѣчательную популярность, доказательствомъ чему служитъ его переводъ на Греческій языкъ при папѣ Захаріи (741—752) и на Арабскій, въ VIII в., и прозваніе Св. Григорія—Двоесловомъ. Не меньшей извѣстностью пользовалось и другое сочиненіе Григорія:

2) Moralium s. expositio in beatum Iob libri XXXV, посвященное епископу Севильскому Леандру и представляющее толкованіе на книгу Іова, начатое Григоріемъ еще въ Константинополѣ, по просьбѣ сопровождавшихъ его туда иноковъ. Это толкованіе имѣетъ цѣлію не только изъясненіе Священнаго текста (дословное, образное и нравственное), но и развитіе различныхъ нравственныхъ ученій, по поводу важнѣйшихъ событій человѣческой жизни. Первое, не отличающееся особенными достоинствами, далеко уступаетъ мѣсто второму, привлекательному, какъ по содержанію, такъ и по простотѣ и изяществу изложенія. Исключительно нравственный характеръ имѣетъ небольшое сочиненіе:

3) Regula pastoralis s. de pastorali cura libri IV (написанное подъ сильнымъ вліяніемъ сочиненія св. Григорія Назіанзина: λόγος περὶ φυγῆς),, посвященное Іоанну, епископу Равеннскому и заключающее въ себѣ указанія для достойнаго прохожденія пастырскаго служенія: 1-я книга излагаетъ тѣ требованія или условія, которыя необходимы для пастыря, 2-я показываетъ, какъ онъ долженъ жить, 3-я—какъ онъ долженъ учить и проповѣдывать, и 4-я—какъ онъ долженъ ежедневно углубляться въ самого себя и примѣчать свои слабости для того, чтобы смиряться и сокрушаться о нихъ. Это сочиненіе, на Западѣ признанное необходимымъ для всего духовенства, рано было переведено на греческій и англосаксонскій языки.

4) Registri или regesti въ XIV книгахъ, собраніе болѣе 800 писемъ, бытоваго, нравственнаго, догматическаго содержанія, весьма важныхъ для характеристики личности Григорія и времени, въ которое онъ жилъ.

Изложеніе прозаическихъ сочиненій Григорія В. не можетъ быть названо образцовымъ, тѣмъ не менѣе мѣстами оно дѣлается совершенно простымъ и безыскусственнымъ, напоминая такимъ образомъ лучшую пору Латинскаго стиля.

Кромѣ сочиненій въ прозѣ, отъ Григорія осталось нѣсколько гимновъ, носящихъ на себѣ сильные слѣды вліянія гимновъ Амвросія.

О Св. Григоріи, какъ отцѣ церкви, и его трудахъ для Богослуженія см. Пр. Филарета, Уч. объ отцахъ ц. т. III. § 238—240.

О жизни и историческомъ значеніи Григорія см. Marggraf de Gregorii M. vita. Berlin. 1844 и C. I. Th. Lau, Gregor I der Grosse nach seinem Leben und seiner Lehre geschildert. Leipzig. 1845. Христ. Чтеніе 1849.

Лучшія изданія сочиненій Григорія: Sammarthanus Parisiis 1705. 4 vol. fol. Gallicioli Venetiis 1768—76. 4 vol. fol. Migne Patrolog. T. LXXV—LXXIX.

На русскомъ языкѣ переводъ Собесѣдованій Григорія Двуслова изданъ при Казанской духовной академіи (1858), а о пастырскомъ служеніи при С.-Петербургской (1847).

1.

Dialogorum liber 1.

Praefatio.

Quadam die nimiis quorundam secularium [1]) tumultibus depressus, quibus in suis negotiis plerumque cogimur solvere [2]), etiam quod nos certum est non debere [3]), secretum locum petii amicum moerori, ubi omne quod de mea mihi occupatione displicebat, se patenter ostenderet, et cuncta quae infligere dolorem consueverant, congesta ante oculos licenter venirent. Ibi itaque cum afflictus valde et diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui mihi a primevo iuventutis flore in amicitiis familiariter obstrictus est atque ad sacri verbi indagationem socius. Qui gravi excoqui [4]) cordis languore me intuens, ait: Numquid non [5]) novi tibi aliquid accidit quod plus te solito moeror tenet? Cui inquam [6]): Moeror, Petre, quem quotidie patior, et semper mihi per usum vetus est, et semper per augmentum novus. Infelix quippe animus meus, occupationis suae pulsatus vulnere, meminit qualis aliquando in monasterio fuit [7]), quomodo ei labentia [8]) cuncta subtererant, quantum rebus omnibus quae volvuntur eminebat, quod nulla nisi caelestia cogitare consueverat, quod etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat, quod mortem quoque quae paene cunctis poena est, videlicet ut ingressum vitae [9]) et laboris sui praemium amabat. At nunc ex occasione curae pastoralis secularium hominum negotia patitur et post tam pulchram quietis

[1]) нач. secularia, им.
[2]) = опускать, оставлять.
[3]) sc. solvere.
[4]) срвн. Enn. у Cic. de senect. 1. curam.... quae nunc te coquit et versat in pectore fixa.
[5]) = не — ли.
[6]) = respondi.
[7]) coordinatio вмѣсто subordinatio (fuerit).
[8]) о времени.
[9]) vita κατ' ἐξοχήν про жизнь будущую.

suae speciem terreni actus pulvere foedatur. Cumque se pro condescensione [1]) multorum ad exteriora sparserit, etiam cum interiora appetit, ad haec procul dubio minor redit. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quod amisi. Dumque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior atque in navi mentis tempestatis validae procellis illidor. Et cum prioris vitae statum recolo, quasi post tergum reductis oculis viso littore suspiro. Quodque adhuc gravius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo quem reliqui; quia et ita sunt casus mentis, ut prius quidem perdat bonum quod tenuit, si tamen [2]) se perdidisse meminerit; cumque longius recesserit, etiam boni ipsius quod perdiderat obliviscitur, fitque ut post neque per memoriam quidem videat quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agitur quod praemisi; quia cum navigamus longius, iam nec portum quietis, quem reliquimus, videmus. Nonnumquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur quod quorundam vita qui praesens seculum tota mente reliquerunt, mihi ad memoriam revocatur. Quorum dum culmen [3]) aspicio, quantum ipse in infirmis iaceam agnosco; quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt, qui ne per humanos actus a novitate [4]) mentis veterascerent, eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari. Sed quae iam prilata sunt melius insinuo [5]), si ea quae per inquisitionem [6]) ac responsionem dicenda sunt, sola nominum [7]) praenotatione distinguo.

Petrus. Non valde [8]) in Italia aliquorum vitam virtutibus fulsisse cognovi; ex quorum igitur comparatione accenderis vitae ignoro [9]). Equidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito, signa tamen atque virtutes aut ab eis nequaquam facta [10]) existimo, aut ita sunt hactenus silentio suppressa, ut utrumne sint facta nesciamus.

Gregorius. Si sola, Petre, referam, quae de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnovi vel per memetipsum didici, dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit.

[1]) — indulgentia (срвн. фр. condescendance). Multorum есть Gen. Obiect. въ зависимости отъ condescendentia.
[2]) = attamen ita ut...
[3]) высота ихъ жизни.
[4]) = обновленіе. A указываетъ направленіе, въ которомъ идетъ состояніе, выраженное черезъ veterascere.
[5]) = docere, exponere.
[6]) = quaestio.
[7]) разумѣются имена собесѣдующихъ.
[8]) = parum.
[9]) порядокъ: igitur ignoro ex quorum vitae comparatione accenderis. Ex comp.=comparatione. Comparatio vitae = сравненіе жизни упомянутыхъ отцовъ съ жизнію Григорія.
[10]) fieri, по отношенію къ virtutes = пролиться.

Petrus. Vellem quaerenti mihi de eis aliqua narrares. Neque hac pro re interrumpere expositionis studium [1]) grave videatur, quia non dispar aedificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter invenienda atque tenenda sit virtus agnoscimus [2]), in narratione vero signorum [3]) cognoscimus inventa ac retenta qualiter declaretur. Et sunt nonnulli, quos ad amorem patriae caelestis plus exempla quam praedicamenta succendunt. Fit vero plerumque in audientis animo duplex adiutorium [4]) in exemplis patrum: quia ad amorem venturae vitae ex praecedentium comparatione accenditur, etiam si se esse aliquid existimat, dum meliora de aliis cognoverit, humiliatur.

Gregorius. Ea quae mihi sunt virorum venerabilium narratione comperta, incunctanter narro sanctae auctoritatis exemplo, cum mihi luce clarius constet, quod Lucas et Marcus evangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerint. Sed ut dubitationis occasionem legentibus subtraham, per singula quae describo, quibus haec narrantibus mihi comperta sint, manifestabo. Hoc vero scire te cupio, quia [5]) in quibusdam sensum salummodo, in quibusdam vero et verba cum sensu teneo, quia si de personis [6]) omnibus ipsa specialiter [7]) verba tenere voluissem, hoc rusticano usu prolata stilus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relatione quod narro.

Dialogorum lib. tertius. Caput primum.

De Paulino Nolanae urbis episcopo.

Dum vicinis [8]) valde patribus intendo [9]), maiorum facta reliquetos quorum memini virtute et tempore praecessit, memoriae defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo, eaque quanta valeo brevitate perstringo. Sicut enim bonorum facta innotescere citius similibus solent, senioribus nostris per iustorum exempla gradientibus praedicti [11]) venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiusque opus [12]) admi-

---

[1]) нравственное наставленіе черезъ толкованіе Св. Писанія.
[2]) = cognoscere.
[3]) = знаменіе, чудо.
[4]) = польза.
[5]) = quod.
[6]) = personarum.
[7]) = speciatim, expresse.
[8]) разумѣется, по времени.
[9]) = обращать вниманіе.
[10]) о Павлинѣ см. пр. къ August. C. D. 1. 10.
[11]) = вышеупомянутый.
[12]) въ коллектив. смыслѣ = подвиги.

rabile ad eorum se instruenda studia tetendit [1]), quorum me necesse fuit grandaevitati tam certo credere, ac si ea quae dicerent meis oculis vidissem.

Cum saevientium Vandalorum tempore fuisset Italia in Campaniae partibus depopulata, multique essent de hac terra in Africanam regionem transducti, vir Domini Paulinus cuncta quae ad episcopii [2]) usum habere potuit captivis indigentibusque largitus est. Cumque iam nihil omnino superesset quod petentibus dare potuisset, quodam die quaedam vidua advenit, quae a regis Vandalorum genero suum filium in captivitatem fuisse ductum perhibuit, atque a viro Dei eius pretium postulavit [3]), si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, et hunc concederet ad propria [4]) remeare. Sed vir Dei magnopere petenti feminae quid dare potuisset inquirens, nihil apud se aliud nisi se invenit, petentique feminae respondit, dicens: Mulier, quod possim dare non habeo, sed memetipsum tolle, servum me iuris tui esse profitere, atgue ut filium tuum recipias, me vice illius in servitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisionem potius credidit quam compassionem. At ille, ut erat vir eloquentissimus atque apprime exterioribus [5]) quoque studiis eruditus, dubitanti feminae citius persuasit, ut audita crederet, et pro receptione filii sui in servitium episcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur utrique [6]) ad [7]) Africam. Procedenti autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit ac prius petiit, ut ei filium donare debuisset. Quod cum vir barbarus typho [8]) superbiae turgidus, gaudio transitoriae prosperitatis inflatus, non solum facere, sed etiam audire despiceret, vidua subiunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium [9]) praebeo; solummodo pietatem [10]) in me exhibe mihique unicum filium redde. Cumque ille venusti vultus hominem conspexisset, quam artem nosset inquisivit. Cui vir Dei Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam [11]) nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis [12]) valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus esset audivit. Suscepit itaque servum [13]). et roganti viduae reddidit filium. Quo

---

[1]) т. е. изумительные подвиги Павлина направились на устроеніе житейскихъ занятій тѣхъ и т. д.
[2]) = domus episcopi.
[3]) = rogare, orare.
[4]) = domum.
[5]) studia exteriora, въ противоположность богословскому кругу наукъ, науки свѣтскія.
[6]) Павлинъ и вдова.
[7]) = in.
[8]) синонимъ къ superbia.
[9]) = замѣняющій, въ замѣнъ.
[10]) = милосердіе.
[11]) = опредѣленный.
[12]) здѣсь не: язычникъ (ибо Вандалы того времени были Аріане), но: варваръ.
[13]) = cum, ut servum.

accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus vero excolendi horti suscepit curam. Cumque idem regis gener crebro ingrederetur hortum, suumque hortulanum quaedam requireret, et sapientem valde esse hominem videret, amicos coepit et familiares deserere, et saepius cum suo hortulano colloqui atque eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam odoriferas virentesque herbas deferre consueverat, et accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageretur, quadam die suo domino secum secretius loquenti ait: Vide quid agas, et Vandalorum regnum qualiter disponi [1]) debeat provide, quia rex citius et sub omni celeritate [2]) est moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem rege prae ceteris diligebatur, ei minime tacuit, sed quid a suo hortulano, sapienti scilicet viro, agnovisset indicavit. Quod dum rex audisset, illico respondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus, respondit dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre consuevit, has itaque huc ad mensam eum deportare facio, ut quis sit qui mihi haec est locutus agnoscas. Factumque est. Et dum rex ad prandendum discubuit, Paulinus ex suo opere [3]) odora quaeque et virentia delaturus [4]) advenit. Cumque hunc rex subito conspexisset, intremuit, atque, accersito eius domino, sibi per filiam propinquo, ei secretum quod prius absconderat indicavit, dicens: Verum est quod audisti; nam nocte hac in somnio, sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iste etiam simul sedebat, et flagellum quod aliquando acceperam eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare, quisnam sit; nam ego hunc tanti meriti virum, popularem [5]), ut conspicitur. esse non suspicor [6]). Tunc regis gener secreto Paulinum tulit [7]), et quisnam esset inquisivit. Cui vir Domini respondit: Servus tuus sum, quem pro filio viduae vicarium suscepisti. Cumque instanter ille requireret, ut non quid esset, sed quid in terra sua fuisset indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis exigeret, vir Domini, constrictus magnis coniurationibus [8]), iam non valens negare quid esset, episcopum se fuisse testatus est [9]). Quod possessor eius audiens, valde pertimuit atque humiliter obtulit [10]), dicens: Pete quod vis, quatenus [11]) ad terram tuam a me cum magno munere revertaris. Cui vir Domini Paulinus ait: Unum est quod mihi impendere

[1]) = устраивать.
[2]) = во всей скорости.
[3]) = отъ трудовъ своихъ.
[4]) = deferens.
[5]) = изъ простаго народа, простолюдинъ.
[6]) = puto, arbitror.
[7]) = отвелъ въ уединеніе, въ сторону.
[8]) = заклинаніе.
[9]) = признаться
[10]) объектъ виденъ изъ слѣдующей фразы.
[11]) = чтобы.

beneficium potes, ut omnes civitatis meae captivos relaxes [1]). Qui cuncti protinus in Africana regione requisiti, cum onustis frumento navibus pro venerandi viri Paulini satisfactione, in eius comitatu laxati sunt. Post non multos vero dies Vandalorum rex occubuit, et flagellum quod ad suam perniciem, dispensante Deo, pro fidelium disciplina acceperat, amisit. Sicque factum est, ut omnipotentis Dei famulus Paulinus vera praediceret, et qui se in servitium solum tradiderat, cum multis a servitio ad libertatem rediret, illum videlicet imitatus qui formam servi assumpsit, ne nos essemus servi peccati. Cuius sequens vestigia Paulinus, ad tempus, voluntarie servus factus est solus, ut esset postmodum liber cum multis.

Petr. Dum me audire contingit quod imitari non valeo, flere magis libet quam aliquid dicere.

Gregor. De cuius etiam morte apud eius ecclesiam scriptum est, quia cum dolore esset lateris tactus, ad extrema perductus est. Dumque eius omnis domus in sua soliditate persisteret, cubiculum in quo iacebat aeger, facto terrae motu, contremuit, omnesque qui illic aderant nimio terrore concussit, sicque sancta illa anima carne soluta est. Factumque est, ut magnus pavor invaderet eos qui Paulini mortem videre potuissent. Sed quia haec, quam superius dixi, Paulini virtus valde est intima, nunc, si placet, ad miracula exteriora veniamus, quae et multis iam nota sunt, et ego tam religiosorum virorum relatione didici, ut de his omnimodo ambigere non possim.

Caput II.

De sancto Iohanne papa.

Gothorum tempore, cum Iohannes [2]) vir beatissimus huius Romanae ecclesiae pontifex ad Iustinum seniorem [3]) principem pergeret, in Corinthi partibus [4]) advenit, cui necesse fuit ut in itenere ad sedendum equus requri debuisset. Quod illic quidam vir nobilis audiens, equum, quem pro magna mansuetudine eius coniux sedere consueverat, ita ei obtulit, ut cum ad loca alia pervenienti aptus equus inveniri potuisset, deberet ille quem dederat propter suam coniugem retransmitti [5]). Factumque est, et usque ad certum locum praedictus vir equo eodem subvehente [6]) perductus est. Qui mox ut

[1]) срвн. Итал. rilasciare.
[2]) Іоаннъ I правилъ Римскою церковью съ 523—526.
[3]) Iustinus senior, императоръ на Востокѣ, 518—527.
[4]) = in partes, въ предѣлы Коринѳскіе.
[5]) = ἀνθυποστρέφειν.
[6]) ибо всадникъ сидѣлъ на конѣ.

alium reperit, illum quem acceperat retransmisit. Cumque eum praedicti nobilis viri coniux sedere ex more voluisset, ultra non valuit [1]), quia post sessionem tanti pontificis mulierem ferre recusavit. Coepit namque immenso flatu et fremitu, atque incessanti totius corporis motu quasi despiciendo prodere, quia post membra pontificis mulierem ferre non posset. Quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum protinus retransmisit, magnis precibus petens, ut equum ipse possideret, quem iuri suo sedendo dedicasset. De quo etiam illud mirabile a nostris senioribus narrari solet, quod in Constantinopolitana urbe ad portam quae vocatur Aurea [2]), veniens, populorum turbis sibi occurrentibus, in conspectu omnium roganti caeco lumen reddidit, et manu superposita oculorum tenebras fugavit.

Caput III.

De Sancto Agapito papa.

Post non multum vero temporis, exigente causa Gothorum, vir quoque beatissimus Agapitus [3]) huius sanctae Romanae ecclesiae pontifex, cui Deo dispensante [4]) deservio [5]), ad Iustinianum [6]) principem accessit. Cui adhuc pergenti quadam die in Graeciarum iam patribus curandus oblatus est mutus et claudus, qui neque ulla verba edere, neque ex terra umquam surgere valebat. Cumque hunc propinqui illius flentes obtulissent, vir Domini sollicite requisivit, an curationis illius haberent fidem. Qui dum in virtute Dei, ex auctoritate Petri, fixam salutis illius spem habere se dicerent [7]), protinus venerandus vir orationi incubuit, et missarum sollemnia exorsus, sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolavit [8]). Quo peracto, ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque assistente et aspiciente populo, eum mox a terra in propriis gressibus [9]) erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret [10]), illa diu muta ad loquendum

---

[1]) οὐδαμῶς τοῦ λοιποῦ ἠδυνήθη. Греч. переводъ.
[2]) Золотыя ворота, выстроенныя Θеодосіемъ В., служили для въѣзда императоровъ послѣ побѣды.
[3]) 535—536.
[4]) = распоряжаться.
[5]) deservire ecclesiae (ecclesiam) = управлять приходомъ, епархіей (срв. фр. desservir).
[6]) 527—565.
[7]) Порядокъ: Qui dum (= cum) dicerent se habere spem salutis illius fixam in virtute Dei, ex auctoritate Petri. Virtus = сила, могущество, auctoritas = ходатайство, заступничество (тоже, что ниже: adiutorium).
[8]) про совершеніе литургіи.
[9]) = pes.
[10]) = влагать.

lingua soluta est. Mirati omnes flere prae gaudio coeperunt, eorumque mentes illico metus et reverentia invasit, cum videlicet cernerent, quid Agapitus facere in virtute Domini ex adiutorio Petri potuisset.

Caput IV.

De Datio Mediolanensi episcopo.

Eiusdem quoque principis tempore cum Datius [1]) Mediolanensis urbis episcopus causa fidei exactus, ad Constantinopolitanam urbem [2]) pergeret, Corinthum devenit. Qui dum largam domum ad hospitandum [3]) quaereret, quae comitatum illius totum ferre [4]) potuisset, et vix inveniret, aspexit eminus domum congruentis [5]) magnitudinis, eamque sibi praeparari ad hospitandum iussit. Cumque eiusdem loci incolae dicerent, in ea hunc manere non posse, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret, atque ideo vacua remansisset, vir venerabilis Datius respondit, dicens: Imo ideo hospitari in domo eadem debemus, si hanc spiritus malignus invasit, et ab ea hominum inhabitationem repulit. In ea igitur sibi parari praecepit, securusque illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intravit. Itaque intempestae noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus magnisque clamoribus coepit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum stridores et soricum. Tunc repente Datius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit, vehementer iratus, et contra antiquum hostem magnis coepit vocibus clamare, dicens: Bene [6]) tibi contigit, miser, tu ille es qui dixisti: Ponam sedem meam ad Aquilonem, et ero similis Altissimo [7]); ecce per superbiam tuam porcis et soricibus similis factus es; qui imitari Deum indigne voluisti, ecce, ut dignus es, bestias imitaris. Ad quam eius vocem, ut ita dicam [8]), deiectionem suam malignus spiritus erubuit. An non erubuit, qui eamdem domum ad exhibenda monstra quae consueverat ulterius non intravit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est, quia dum eam unus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus mendax spiritus atque infidelis abscessit. Sed oportet iam ut priora taceamus; ad ea quae diebus nostris sunt gesta veniendum est.

---

[1]) р. Мартирологъ (14 янв.) зоветъ его Исповѣдникомъ.
[2]) = въ Константинополь.
[3]) = гостить, останавливаться.
[4]) = вмѣстить.
[5]) = подходящій.
[6]) съ иронією.
[7]) Ис. 14. 14.
[8]) эта фраза поясняетъ сл. erubuit

Caput V.

De Sabino Canusinae civitatis episcopo.

Quidam enim religiosi viri Apuliae provinciae patribus cogniti, hoc [1]) quod apud multorum notitiam longe lateque percrebuit, de Sabino [2]) Canusinae [3]) urbis episcopo testari solent, quia idem vir longo iam senio oculorum lumen amiserat, ita ut omnimodo nil videret. Quem rex Gothorum Totila [4]) prophetiae habere spiritum audiens, minime credidit, sed probare studuit quod audivit. Qui cum in iisdem partibus devenisset, hunc vir Domini ad prandium [5]) rogavit. Cumque iam ventum esset ad mensam, rex discumbere noluit, sed ad Sabini venerabilis viri dexteram sedit. Cum vero eidem patri puer ex more poculum vini praeberet, rex silenter [6]) manum tetendit, calicem abstulit, eumque per se episcopo vice pueri praebuit, ut videret, an spiritu providente discerneret, quis ei poculum praeberet. Tunc vir Dei, accipiens calicem, sed tamen ministrum non videns, dixit: Vivat ipsa manus. De quo verbo rex laetatus erubuit, quia quamvis ipse deprehensus fuisset, in viro tamen Dei quod quaerebat invenit. Huius autem venerabilis viri, cum ad exemplum vitae sequentium [7]) in longum senium vita traheretur, eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus, eum exstinguere veneno molitus est. Qui cum vini fusoris [8]) eius animum corrupisset, ut mixtum vino veneni ei poculum praeberet, refectionis [9]) hora cum iam vir Dei ad edendum discumberet, ei praemiis corruptus puer hoc quod ab archidiacono eius acceperat veneni poculum obtulit. Cui statim venerabilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod mihi bibendum praebes. Tremefactus puer, deprehensum se esse sentiens, maluit moriturus bibere quam poenas pro illa tanti homicidii culpa tolerare. Cumque sibi ad os calicem duceret [10]), vir Domini compescuit [11]), dicens: Non bibas, da mihi, ego bibo; sed vade, dic ei qui tibi illud dedit: Ego quidem venenum bibo, sed tu episcopus non eris. Facto igitur signo crucis, venenum episcopus bibit secu-

[1]) объектъ къ testari.
[2]) р. Мартирологъ (9 февр.) зоветъ его Исповѣдникомъ.
[3]) Canusium, н. Canosa, въ Апуліи, на р. Aufidus, н. Ofanto
[4]) Царь Остготскій, 541—552.
[5]) = обѣдъ.
[6]) = молча.
[7]) глубокая старость добродѣтельнаго Сабина служила какъ бы примѣромъ для таковой же всѣхъ, слѣдовавшихъ ему.
[8]) = pincerna.
[9]) = cibi sumptio, cena.
[10]) = подносить.
[11]) = остановить.

rus. Eademque hora in loco alio quo inerat archidiaconus eius defunctus est, ac si per os episcopi ad archidiaconi viscera illa venena transissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, sed hunc [1]) in conspectu aeterni iudicis venenum suae malitiae occidit.

Petr. Mira sunt haec et nostris valde stupenda temporibus, sed talis eiusdem viri vita perhibetur, ut qui conversationem [2]) eius agnoverit, virtutem non debeat mirari.

Caput VI.

De Cassio Narniensis civitatis episcopo.

Gregorius. Neque hoc, Petre sileam quod multi nunc qui hic de Narniensi civitate [3]) adsunt mihi sedulo testificantur. Eodem namque Gothorum tempore, cum praefatus rex Totila Narniam venisset, ei vir vitae venerabilis Cassius eiusdem urbis episcopus occurrit. Cui quia ex conspersione [4]) semper facies rubere consueverat, hoc rex Totila non conspersionis esse credidit, sed assiduae potationis, eumque omnimodo despexit. Sed omnipotens Deus, ut quantus vir esset qui despiciebatur ostenderet, in Narniensi campo quo rex advenerat, malignus spiritus [5]) coram omni exercitu eius spatharium [6]) invasit eumque vexare crudeliter coepit. Qui cum ante regis oculos ad venerandum virum Cassiem fuisset adductus, hunc ab eo [7]) vir Domini, oratione facta, signo crucis expulit, qui in eum ingredi ulterius non praesumpsit [8]). Sicque factum est, ut rex barbarus servum Dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem despectum valde iudicabat ex facie. Nam quia virum tantae virtutis vidit, erga illum illa mens effera ab elationis fastu detumuit [9]).

---

[1]) и qui и hic указываютъ на одно лицо.
[2]) = образъ жизни.
[3]) Narnia, н. Narni, гор. въ Умбріи, на берегу р. Nar.
[4]) = природная сыпь.
[5]) анаколуѳъ; мы ожидали бы: Sed omnipotens Deus, ut ostenderet... malignum spiritum invadere permisit.
[6]) spatharius (σπαθάριος), меченосецъ, оруженосецъ.
[7]) = ex.
[8]) = дерзать, осмѣливаться.
[9]) т. е. по отношенію къ Кассію дикій духъ Тотилы смирился, утративъ свою превозносившуюся горделивость.

Caput VIII.

De Constantio Aquinae civitatis episcopo.

Vir quoque venerabilis vitae Constantius Aquinae [1]) civitatis episcopus fuit, qui nuper praedecessoris mei tempore beatae memoriae [2]) Iohannis papae defunctus est. Hunc prophetiae habuisse spiritum multi testantur, qui eum familiariter scire [3]) potuerant. Cuius inter multa [4]) hoc ferunt religiosi veracesque viri qui praesentes fuerunt, quod in die obitus sui cum a circumstantibus civibus utpote discessurus pater tam amabilis amarissime plangeretur, eum flendo requisierunt [5]), dicentes: Quem post te, pater, habebimus? Quibus ipse pater per prophetiae spiritum respondit, dicens: Post Constantium, mulionem, post mulionem, fullonem. O [6]) te, Aquine, et hoc habes. Quibus prophetiae verbis editis, vitae spiritum exhalavit extremum. Quo defuncto, eius ecclesiae pastoralem suscepit curam Andreas diaconus illius, qui quondam in stabulis itinerum cursum servaverat equorum [7]). Atque hoc ex hac vita subducto [8]), ad episcopatus ordinem [9]) Iovinus accersitus est, qui in eadem urbe fullo fuerat. Quo adhuc superstite, ita cuncti inhabitatores [10]) civitatis illius et barbarorum gladiis et pestilentiae immanitate vastati sunt [11]), ut post mortem illius nec quis episcopus fieret, nec quibus [12]) fieret inveniri potuisset. Sic itaque completa est viri Dei sententia, quatenus post decessum duorum se sequentium eius ecclesia pastorem minime haberet.

---

[1]) Aquinum, н. Aquino, гор. въ Лаціумѣ.
[2]) = bonae memoriae, блаженной памяти.
[3]) = cognoscere.
[4]) sc. facta.
[5]) анаколуѳъ, при чемъ къ requisierunt subiect. cives.
[6]) = vae.
[7]) τῶν στρατιωτικῶν θερέθων τοὺς σταύλους τῶν ἵππων ἐφύλασσε. Изъ греч. перевода видно, что здѣсь рѣчь идетъ о военной дорогѣ, на которой были станціи съ лошадьми для смѣны.
[8]) = removere, впрочемъ про смерть естественную.
[9]) = достоинство.
[10]) = incolae.
[11]) должно бы относиться къ civitas, а не къ inhabitatores.
[12]) Dativ.

Caput IX.

De Frigdiano Lucensis civitatis episcopo.

Sed neque hos sileam, quod narrante viro venerabili Venantio Lunensi episcopo [1]) me ante biduum contigit agnovisse [2]). Lucanae [3]) namque ecclesiae, sibimet propinquae, fuisse mirae virtutis virum Frigdianum [4]) nomine narravit episcopum, cuius hoc opinatissimum [5]) a cunctis illic habitantibus testatur memorari miraculum, quod Auseris [6]) fluvius, qui iuxta illius urbis muros influebat [7]), saepe inundatione facta cursus sui alveum egressus per agros diffundi consueverat, ut quaeque sata et plantata reperiret everteret. Cumque hoc crebro fieret, et magna eiusdem loci incolas necessitas urgeret, dato studio operis, eum per loca alia derivare conati sunt. Sed quamvis diutius laboratum fuisset, a proprio alveo deflecti non potuit. Tunc vir Domini Frigdianus rastrum sibi parvulum fecit, ad alveum fluminis accessit, et solus orationi incubuit; atque eidem flumini praecipiens ut se sequeretur, per loca quaeque ei visa sunt rastrum per terram traxit. Quem relicto alveo proprio tota fluminis aqua secuta est, ita ut funditus locum consueti cursus desereret, et ibi sibi alveum, ubi tracto per terram rastro vir Domini signum fecerat, vindicaret, et quaeque essent alimentis hominum profutura sata vel plantata ultra non laederet.

Caput X.

De Sabino episcopo Placentino qui Padum flumen per litteras suas compescuit.

Huius quoque venerabilis viri Venantii episcopi aliud miraculum relatione [8]) cognovi, quod in Placentina urbe [9]) perhibet [10]) ge-

---

[1]) Къ Венанцію и о Венанціи есть нѣсколько писемъ Григорія. Luna, на границѣ Лигуріи и Етруріи, м. б. теперешняя Спеція.
[2]) = cognoscere.
[3]) Luca, н. Lucca, въ Етруріи.
[4]) Frigdianus (S. Frediano), Ирландецъ родомъ, епископъ Луккскій 560—578. Въ его имя въ VII в. была выстроена въ Луккѣ базилика, существующая и нынѣ.
[5]) = celeberrimum.
[6]) Auseris s. Sarculum, н. Serchio.
[7]) = fluere, praeterfluere.
[8]) = narratio.
[9]) Placentia, н. Piacenza, на берегу р. По.
[10]) субъектъ: Venantius.

stum; quod vir quoque veracissimus Iohannes in hac modo Romana civitate [1]) locum praefectorum servans [2]), qui in eadem Placentina urbe est ortus et nutritus, ita ut episcopus memorat, quia gestum fuerit attestatur [3]). In ea namque civitate Sabinum nomine fuisse asserunt mirae virtutis episcopum. Cui dum die quadam suus diaconus nuntiasset quod cursus sui Padus alveum egressus ecclesiae agros occupasset, totaque illic loca nutriendis hominibus profutura aqua eiusdem fluminis teneret, venerabilis vitae Sabinus episcopus respondit, dicens: Vade et dic ei: Mandat tibi episcopus, ut te compescas et ad proprium alveum redeas. Quod diaconus eius audiens, despexit et irrisit. Tunc vir Dei, accersito notario [4]), dictavit, dicens: Sabinus Domini Iesu Christi servus, commonitorium Pado: Praecipio tibi in nomine Iesu Christi Domini nostri, ut de alveo tuo in locis istis ulterius non exeas, nec terras ecclesiae laedere praesumas [5]). Atque eidem notario subiunxit, dicens: Vade, hoc scribe, et in aquam eiusdem fluminis proiice. Quo facto, sancti viri praeceptum suscipiens, statim se a terris ecclesiae fluminis aqua compescuit [6]), atque ad proprium alveum reversa, exire ulterius in loca eadem non praesumpsit. Qua in re, Petre, quid aliud quam inoboedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute Iesu et elementum irrationabile sancti viri praeceptis oboedivit?

Caput XI.

De Cerbonio Populonii episcopo.

Vir quoque vitae venerabilis Cerbonius Populonii [7]) episcopus, magnam diebus nostris sanctitatis suae probationem [8]) dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus, die quadam transeuntes milites hospitio suscepit, quos Gothis supervenientibus abscondit, eorumque vitam ab illorum nequitia abscondendo servavit. Quod dum Gothorum regi perfido Totilae nuntiatum fuisset, crudelitatis immanissimae vaesania succensus, hunc ad locum qui ab octavo

[1]) = urbs (срвн. фр. cité).
[2]) = tenere. Слѣд. Іоаннъ былъ намѣстникомъ префекта, его помощникомъ, исправлявшимъ его должность.
[3]) построеніе: attestatur quia (= quod) gestum fuerit ita, ut episcopus memorat.
[4]) = стенографъ, писецъ.
[5]) = дерзать, осмѣливаться.
[6]) = abstinere.
[7]) Populonium, Populonia, городъ въ Етруріи, недалеко отъ теперешней Массы, рано пришедшій въ упадокъ.
[8]) доказательство.

huius urbis miliario [1]) Merulis dicitur, ubi tunc ipse cum exercitu sedebat, iussit deduci, eumque in spectaculo populi ursis ad devorandum proiici. Cumque idem rex perfidus in ipso quoquo spectaculo consedisset ad inspiciendam mortem episcopi, magna populi turba confluxit. Tunc episcopus deductus in medium est, atque ad eius mortem immanissimus ursus exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, saevi regis animum satiaret. Dimissus itaque ursus ex cavea [2]) est: qui accensus et concitus episcopum petit, sed subito suae feritatis oblitus deflexa cervice, summissoque humiliter capite lambere episcopi pedes coepit, ut patenter omnibus daretur intellegi quia erga illum virum Dei et ferina corda essent hominum, et quasi humana bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum venerat mortis magno clamore versus est in admirationem venerationis [3]). Tunc ad eius reverentiam colendam [4]) rex ipse permotus est, quippe cum quo superno iudicio actum erat, ut qui Deum sequi prius in custodienda vita episcopi noluit, saltem ad mansuetudinem bestiam sequeretur. Cui rei hi qui tunc praesentes fuerunt adhuc nonnulli supersunt, eamque cum omni illic populo se vidisse testantur. De quo etiam viro aliud quoque miraculum Venantio Lunensi episcopo narrante cognovi. In ea namque Populonii ecclesia, cui praeerat, sepulcrum sibi praeparavit. Sed cum Langobardorum gens in Italiam veniens cuncta vastasset, ad Ilvam [5]) insulam recessit. Qui ingruente aegritudine ad mortem veniens, clericis suis sibique obsequentibus praecepit, dicens: In sepulcro meo quod mihi praeparavi Populonii me ponite. Cui illi cum dicerent: Corpus tuum illic qualiter [6]) reducere possumus, qui a Langobardis teneri loca eadem, et ubique eos illic discurrere scimus? Ipse respondit: Reducite me securi, nolite metuere, sed festine [7]) sepelire me curate; mox autem ut sepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco sub [8]) omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt navi; cumque Populonium tenderent, collecto in nubibus aëre, immensa nimis pluvia erupit. Sed ut patesceret omnibus cuis viri corpus navis illa portaret, per illud maris spatium quod ab Ilva insula usque Populonium duodecim millibus distat, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit, et in navem eamdem una pluviae

[1]) miliarium, miliare, верстовой столбъ, стоявшій по дорогѣ на концѣ мили (5,000 шаговъ). Ab octavo miliario = на 8-й верстѣ.
[2]) cavea, родъ клѣтки въ амфитеатрѣ, въ которой держались и изъ которой выпускались на арену звѣри.
[3]) = in admirationem et venerationem.
[4]) = къ уваженію того почтенія, которое оказалъ епископу народъ. Другіе принимаютъ reverentia за титулъ епископа (срвн. фр. Votre réverence). Срв. гл. XII нач. episcopi veneratio.
[5]) п. Ельба.
[6]) = quomodo.
[7]) = поспѣшно.
[8]) = cum.

gutta non cecidit. Pervenerunt itaque ad locum clerici, et sepulturae tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius praecepta servantes, ad navem sub festinatione reversi sunt. Quam mox ut [1]) intrare potuerunt, in eumdem locum ubi vir Domini sepultus fuerat, Langobardorum dux crudelissimus Gummarith advenit. Ex cuius adventu virum Dei habuisse spiritum prophetiae claruit, qui ministros suos a sepulturae suae loco sub festinatione discedere praecepit.

Caput XII.

De Fulgentio Utriculanae civitatis episcopo.

Hoc vero quod de divisa pluvia factum narravi miraculum, etiam in alterius episcopi veneratione [2]) monstratum est. Nam quidam clericus senex, qui adhuc superest, eidem rei praesto se fuisse testatur, dicens: Fulgentius episcopus qui Utriculensi [3]) ecclesiae praeerat, regem crudelissimum Totilam infensum omnimodo [4]) habebat. Cumque ad easdem partes eum exercitu propinquasset, curae fuit episcopo per clericos suos xenia [5]) ei transmittere, eiusque furoris insaniam, si posset, muneribus mitigare. Quae ille ut vidit, protinus sprevit, atque iratus suis hominibus iussit, ut eumdem episcopum sub omni asperitate constringerent [6]), eumque eius examini [7]) servarent. Quem dum feroces Gothi, ministri scilicet crudelitatis illius, tenuissent, circumdantes eum uno in loco stare praeceperunt, eique in terra circulum designaverunt, extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir Dei in sole nimio aestuaret, ab eisdem Gothis circumdatus et designatione circuli inclusus, repente coruscationes et tonitrua, et tanta vis pluviae erupit, ut hi qui eum custodiendum acceperant, immensitatem pluviae ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eamdem designationem circuli in qua vir Domini Fulgentius stetit, ne una quidem pluviae gutta descendit. Quod dum regi crudelissimo nuntiatum esset, illa mens effera ad magnam eius reverentiam versa est, cuius poenam prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens Deus contra elatas carnalium [8]) mentes potentiae suae miracula per despectos operatur, ut qui superbe contra praecepta veritatis se elevant, eorum cervicem veritas per humiles premat.

[1]) = едва только... какъ.
[2]) veneratio episcopi=episcopus venerabilis.
[3]) Utriculum, н. Ocricoli, гор въ Умбріи.
[4]) = всячески, весьма.
[5]) хенія (τὰ ξένια), дары, посылаемые гостю.
[6]) = схватить.
[7]) = допросъ.
[8]) = carni servientium.

Caput XIII.

De Herculano Perusinae civitatis episcopo.

Nuper quoque Floridus venerabilis vitae episcopus narravit quoddam memorabile valde miraculum, dicens: Vir sanctissimus Herculanus nitritor meus, Perusinae [1]) civitatis episcopus fuit, ex conversatione [2]) monasterii ad sacerdotalis [3]) ordinis gratiam deductus. Totilae autem perfidi regis temporibus, eamdem urbem annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi civium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo nondum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intravit. Tunc comes [4]) qui eidem exercitui praeerat, ad regem Totilam nuntios misit, exquirens quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille praecepit, dicens: Episcopo prius a vertice usque ad calcaneum [5]) corrigiam tolle, et tunc caput eius amputa; omnem vero populum qui illic inventus est gladio exstingue. Tunc idem comes venerabilem virum Herculanum episcopum super urbis murum deductum capite truncavit, eiusque cutem iam mortui a vertice usque ad calcaneum incidit, ut ex eius corpore corrigia sublata videretur. Moxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam, humanitatis pietate compulsi, abscissum caput cervici apponentes, cum uno parvulo infante, qui illic exstinctus inventus est iuxta murum, corpus episcopi sepulturae tradiderunt. Cumque post eamdem caedem die quadragesimo rex Totila iussisset, ut cives urbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent, hi qui prius famem fugerant, vivendi licentia accepta, reversi sunt. Sed, cuius vitae eorum episcopus fuerat memores, ubi sepultum esset corpus illius quaesierunt, ut hoc iuxta honorem debitum in ecclesia beati Petri apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulcrum, effossa terra, invenerunt corpus pueri pariter humati, utpote iam die quadragesimo, tabe corruptum et vermibus plenum, corpus vero episcopi ac si die eodem esset sepultum. Et quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput cuius unitum fuerat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, ut nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc et in terra verterent, exquirentes si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita

[1]) Perusia, н. Pegura, гор. въ Этруріи.
[2]) = vita monachica.
[3]) = епископскій.
[4]) = начальникъ, συστρατιώτης, σύμμαχος.
[5]) = пятка.

sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Petr. Quis non obstupescat talia signa mortuorum, quae fiunt pro exercitatione [1]) viventium?

Caput XIV.

De Isaac servo Dei.

Greg. Prioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam urbem [2]) vir vitae venerabilis Isaac nomine, qui usque ad extrema paene Gothorum tempora pervenit, quem nostrorum multi noverunt, et maxime sacra virgo Gregoria, quae nunc in hac Romana urbe iuxta ecclesiam beatae Mariae semper Virginis habitat. Quae dum adolescentiae suae tempore constitutis iam nuptiis in ecclesiam fugisset et sanctimonialis [3]) vitae conversationem quaeret, ab eodem viro defensa atque ad eum quem desiderabat habitum [4]), Domino protegente, perducta est. Quae quia sponsum fugit in terra, habere sponsum meruit in caelo. Multa autem de eodem viro, narrante venerabili patre Eleutherio, agnovi, qui et hunc familiariter noverat et eius verbis vita fidem praebebat. Hic itaque venerabilis Isaac ortus ex Italia non fuit, sed ea illius narro miracula quae conversatus [5]) in Italia fecit. Cum primum de Syriae partibus ad Spoletanam urbem venisset, ingressus ecclesiam a custodibus petiit, ut sibi quantum vellet licentia concederetur orandi eumque horis secretioribus [6]) egredi non urgerent. Qui mox ad orandum stetit diemque totum peregit in oratione, cui sequentem continuavit [7]) et noctem. Secundo etiam die, cum nocte subsequenti indefessus in precibus perstitit, diem quoque tertium in oratione coniunxit. Cumque hoc unus ex custodibus superbiae spiritu inflatus cerneret, unde proficere debuit, inde ad defectus [8]) damna pervenit. Nam hunc simulatorem dicere et verbo rustico [9]) coepit impostorem clamare qui se tribus diebus et noctibus orare ante oculos hominum demonstraret. Qui protinus currens virum Dei alapa percussit, ut, quasi religiosae vitae simulator de ecclesia cum contumelia exiret. Sed hunc

[1]) наставленіе.
[2]) = Spoletium, гор. въ Умбріи, н. Spoleto.
[3]) monachicus.
[4]) = status.
[5]) = жить.
[6]) разумѣется время священнодѣйствій.
[7]) = addidit sine interruptione.
[8]) существъ.
[9]) въ см.: грубый.

repente ultor spiritus [1]) invasit et ad viri Dei vestigia stravit ac per os illius clamare coepit: Isaac me eiiciet. Vir quippe peregrinus quo censeretur [2]) nomine nesciebatur, sed eius nomen ille spiritus prodidit qui se ab illo posse eiici clamavit. Mox autem super vexati corpus vir Dei incubuit et malignus spiritus qui eum invaserat abscessit. In tota urbe tunc statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri et feminae nobiles atque ignobiles pariter coeperunt certatimque eum in suis rapere domibus [3]) conabantur. Alii ad construendum monasterium praedia, alii pecunias, alii subsidia quaeque [4]) poterant, offerre viro Dei suppliciter volebant. Sed servus omnipotentis Domini horum nihil accipiens, egressus urbem [5]) non longe desertum locum reperit, ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius aeternae vitae accendi desiderio coeperunt atque sub eius magisterio in omnipotentis se Domini servitium dederunt. Cumque ei crebro discipuli humiliter imminerent [6]), ut pro usu monasterii possessiones quae offerebantur acciperet, ille sollicitus suae paupertatis custos fortem sententiam tenebat dicens: Monachus qui in terra possessionem quaerit monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis suae securitatem perdere, sicut avari divites solent perituras divitias custodire. Ibi itaque prophetiae spiritu magnisque miraculis cunctis longe lateque habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad vesperum in hortum monasterii fecit iactari ferramenta, quae usitato nos nomine vangas [7]) vocamus. Dixit itaque discipulis suis: Tot [8]) vangas in hortum proiicite et citius redite. Nocte vero eadem, dum ex more cum fratribus ad exhibendas laudes Domino surrexisset, praecepit dicens: Ite et operariis nostris pulmentum coquite, ut mane primo paratum sit. Facto autem mane fecit deferri pulmentum quod parari iusserat atque hortum cum fratribus ingressus quot vangas iactari praeceperat, tot in eo laborantes operarios invenit. Ingressi quippe fures fuerant, sed mutata mente per spiritum [9]) apprehenderunt vangas quas invenerunt et ab ea hora qua ingressi sunt, quousque vir Domini ad eos veniret, cuncta horti illius spatia quae inculta fuerant coluerunt. Quibus vir Domini mox ut ingressus est ait: Gaudete fratres, multum laborastis, iam quiescite. Quibus illico alimenta quae detulerat praebuit eosque post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter autem refectis ait: Nolite malum facere,

[1]) ultor spiritus здѣсь не значитъ: духъ мститель, но: злой духъ, посланный въ него для наказанія.
[2]) = appellaretur.
[3]) = in suas—domos.
[4]) = quae.
[5]) = urbe.
[6]) = instanter rogare. Humiliter imminere, oxymoron.
[7]) = sarcula.
[8]) = столько-то.
[9]) = велѣніе Божіе.

sed quotiens de horto aliquid vultis ad horti aditum venite, tranquille petite, cum benedictione percipite et a furti pravitate cessate. Quos statim collectis oleribus onustari [1]) fecit. Actumque est, ut qui ad hortum nocituri venerant cum laboris sui praemio et repleti ab eo et innocui redirent.

Alio quoque tempore accesserunt ad eum peregrini quidam misericordiam postulantes, scissis vestibus, pannis obsiti, ita ut paene nudi viderentur. Cumque hunc vestimenta peterent, eorum verba vir Domini tacitus audivit, qui unum ex discipulis suis protinus silenter vocavit eique praecepit dicens: Vade, atque in illa silva in loco tali cavam arborem require et vestimenta quae in ea inveneris defer. Cumque discipulus abiisset, arborem sicut fuerat iussum requisivit, vestimenta reperit et latenter detulit magistro. Quae vir Dei suscipiens peregrinis nudis atque petentibus ostendit et praebuit dicens: Venite, quia nudi estis, ecce tollite et vestite vos. Haec illi intuentes recognoverunt quae posuerant magnoque pudore consternati sunt, et qui fraudulenter vestimenta quaerebant aliena, confusi receperunt sua.

Alio quoque tempore quidam se eius orationibus commendans sportas duas plenas alimentis ei per puerum transmisit, quarum unam idem puer subripuit atque in itinere abscondit, unam vero ad Dei hominem detulit et petitionem illius qui se ei per xenium [2]) commendaverat enarravit. Quam vir Domini benigne suscipiens eumdem puerum admonuit dicens: Gratias agimus, sed vide sportam quam in itinere posuisti, ne incaute tangere praesumas [3]), quia in eam serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus, ne si tollere incaute volueris, a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus exsultavit quidem quod mortem evaserit, sed tristis ad modicum [4]) factus est, quia quamvis salubrem poenam [5]), tamen pertulit verecundiam suam. Qui reversus ad sportam caute ac sollicite attendit, sed eam iam, sicut vir Dei praedixerat, serpens tenebat. Hic itaque cum virtute abstinentiae, contemptu rerum transeuntium, prophetiae spiritu, orationis intentione esset incomparabiliter praeditus, unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quod nonnumquam tanta ei laetitia inerat, ut illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur.

Petr. Quidnam, quaeso te, hoc esse dicimus? Sponte sibi laetitiae frena laxabat, an tot virtutibus pollens aliquando ad praesens gaudium etiam renitens eius animus trahebatur?

Greg. Magna est, Petre, omnipotentis Dei dispensatio et plerumque contingit, ut quibus maiora bona praestat, quaedam minora

[1]) собств. отягчить (onus), здѣсь про множество данныхъ плодовъ.
[2]) ξένιον, гостинецъ.
[3]) = вздумать.
[4]) = modicum.
[5]) sc. accepit.

non tribuat, ut semper eorum animus habeat, unde se ipse reprehendat, quatenus [1]) dum appetunt perfecti esse nec possunt et laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen laborando praevalent, in his quae accepta habent se minime extollant, sed discant quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis vincere parva vitia atque extrema [2]) non possunt. Hinc est enim quod perducto Dominus ad terram repromissionis [3]) populo, cunctos fortes atque praepotentes adversarios eius exstinguens, Philistaeos atque Chananaeos diutius reservavit, ut, sicut scriptum est, in eis experiretur Israël [4]), quia nonnumquam, ut dictum est, eis etiam, quibus magna dona tribuit, parva quaedam reprehensibilia relinquit, ut semper habeant contra quod bellum gerant et devictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adhuc adversarii etiam minimi fatigant. Fit itaque, ut miro modo una eademque mens et virtute polleat et ex infirmitate lassescat, quatenus et ex parte constructa sit, et ex parte se conspiciat esse destructam, ut per bonum quod quaerit et habere non valet, illud servet humiliter quod habet. Sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, quando illa superna regio in civibus suis ex parte damna pertulit et ex parte fortiter stetit, ut electi angelorum spiritus dum alios per superbiam cecidisse conspicerent ipsi tanto robustius quanto humilius starent? Illi ergo regioni sua etiam detrimenta profecerunt, quae ad aeternitatis statum ex parte suae destructionis est solidius instructa. Sic ergo et in unaquaque anima agitur, ut in humilitatis custodiam aliquando ad lucra maxima ex minimo damno servetur.

Petr. Placet quod dicis.

2.

Regula Pastoralis. Secunda pars.

De vita pastoris.

Cap. 1. Tantum debet actionem populi actio transcendere praesulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Oportet namque, ut metiri sollicite studeat, quanta tenendae rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius aestimatione populus grex vocatur [5]). Sit

[1]) = ut.
[2]) послѣдніе ничтожные по своему значенію.
[3]) — обѣтованіе.
[4]) Суд. 3. 4.
[5]) т. е. при пастырѣ народъ, имъ руководимый, зовется стадомъ, почему пастырю необходимо на столько превосходить чистотою жизни народъ, на сколько пастухъ превосходитъ пасомое имъ стадо.

ergo, necesse est, cogitatione mundus, actione praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, prae cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens. Sed haec, quae breviter enumerando perstrinximus, paulo latius replicando [1]) disseramus.

Cap. 2. Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officii, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat; quia necesse est, ut esse munda studeat manus, quae diluere sordes curat, ne tacta quaeque deterius inquinet, si sordida insequens lutum tenet. Hinc namque per Prophetam dicitur [2]): Mundamini qui fertis vasa Domini. Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad aeterna sacraria perducendas in suae conversationis fide [3]) suscipiunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari conspiciant, qui ad aeternitatis templum vasa viventia in sinu propriae sponsionis [4]) portant.

Hinc divina voce praecipitur [5]), ut in Aaron pectore rationale iudicii [6]) vittis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxae [7]) possideant, sed ratio sola constringat; nec indiscretum [8]) quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis constitutus, ex gravitate vitae semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter [9]) adiungitur, ut duodecim Patriarcharum nomina describantur [10]). Adscriptos etenim patres semper in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter [11]) graditur, cum exempla patrum praecedentium indesinenter [12]) intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat, et cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis limitem operis pedem tendat [13]). Quod bene etiam rationale iudicii vocatur; quia debet rector subtili semper examine bona malaque discernere, et quae vel quibus, quando vel qualiter congruant, studiose cogitare, nihilque proprium quaerere, sed sua commoda propinquorum bona deputare.

---

[1]) = раскрывать.
[2]) Ис. 52. 11.
[3]) = полагаясь на чистоту своего образа жизни.
[4]) ручательство передъ Богомъ въ наблюденіи за душами пасомыхъ.
[5]) Исх. 28. 15.
[6]) = наперсникъ судный.
[7]) = мимолетный, несдержанный.
[8]) то, что не провѣрено судомъ, ratio, разсудка.
[9]) prudenter, sapienter.
[10]) = inscribantur.
[11]) = sine reprehensione.
[12]) = непрестанно.
[13]) = чтобы не шагнуть въ своихъ дѣйствіяхъ за предѣлы своего достоинства.

Unde illic scriptum est [1]): Pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem, quae erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, et gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu Domini semper. Sacerdoti quippe iudicium filiorum Israël in pectore coram Domini conspectu gestare, est subiectorum causas pro sola interni iudicis intentione [2]) discutere, ut nihil se [3]) ei humanitatis admisceat in hoc, quod divina positus vice dispensat, ne correptionis studia privatus dolor exasperet. Cumque contra aliena vitia aemulator ostenditur, quae sua sunt, exsequatur [4]), ne tranquillitatem iudicii aut latens invidia maculet, aut praeceps ira perturbet. Sed dum consideratur terror eius, qui super omnia praesidet, videlicet iudicis intimi, non sine magno reguntur timore subiecti. Qui nimirum timor, dum mentem rectoris humiliat, purgat; ne hanc aut praesumptio spiritus [5]) levet, aut carnis delectatio inquinet, aut per terrenarum rerum cupidinem importunitas pulvereae [6]) cogitationis obscuret; quae tamen non pulsare rectoris animum nequeunt, sed festinare necesse est, ut repugnatione vincantur, ne vitium, quod per suggestionem [7]) tentat, mollitie delectationis subigat, cumque haec ab animo tarde repellitur, mucrone consensus, occidat.

Cap. 3. Sit rector operatione [8]) praecipuus, ut vitae viam subditis vivendo denuntiet, et grex, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo imperat, ostendendo adiuvat, ut fiat. Hinc enim per Prophetam dicitur [9]): Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion. Ut videlicet qui caelesti praedicatione utitur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur, tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat, quanto per vitae meritum de supernis clamat.

Hinc divina lege [10]) armum [11]) sacerdos in sacrificium et dextrum accipit et separatum, ut non solum sit eius operatio utilis, sed etiam singularis, nec inter malos tantummodo, quae recta sunt, faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transscendat. Cui in esu quoque pectusculum

---

[1]) Исх. 28. 30.
[2]) = обращая вниманіе лишь на...
[3]) se объектъ къ admisceat = admisceatur.
[4]) = карать, и вслѣдствіе сего уничтожать.
[5]) = душевная надменность.
[6]) ибо все земное есть прахъ.
[7]) = искушеніе.
[8]) = добрыя дѣла вообще.
[9]) Ис. 40. 9. Evangelizare = εὐαγγελίζειν.
[10]) Исх. 29. 22.
[11]) = плечо жертвеннаго животнаго.

cum armo tribuitur, ut quod de sacrificio praecipitur sumere, hoc de semetipso auctori [1]) discat immolare. Et non solum pectore, quae recta sunt, cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis invitet: nulla prospera praesentis vitae appetat, nulla adversa pertimescat, blandimenta mundi respecto intimo terrore despiciat, terrores autem considerato internae dulcedinis blandimento contemnat. Unde supernae quoque vocis [2]) imperio in utroque umero sacerdos velamine superhumeralis [3]) astringitur, ut contra adversa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta vocem Pauli [4]), per arma iustitiae a dextris sinistrisque gradiens, cum ad sola, quae interiora sunt, nititur, in nullo delectationis infimae latere [5]) flectatur. Non hunc prospera elevent, non adversa perturbent, non blanda usque ad voluptatem demulceant, non aspera ad desperationem premant, ut dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat, quanta in utroque umero superhumeralis pulchritudine tegatur, ostendat.

Quod recte etiam superhumerale ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, et torta fieri bysso praecipitur [6]); ut quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aëreo colore [7]) resplendet, adiungitur; ut per omne quod intellegendo penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem caelestium surgat, ne dum suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque et hyacintho purpura permiscetur, ut videlicet sacerdotale cor, cum summa, quae praedicat, sperat, in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque velut ex regia potestate [8]) contradicat, quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspicit, et caelestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur [9]): Vos autem genus electum, regale sacerdotium. De hac etiam potestate, qua vitia subigimus, Iohannis voce roboramur, qui ait [10]): Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis Psalmista considerat, dicens [11]): Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quia nimirum sanctorum mens principaliter in summis erigitur, cum exte-

[1]) sc. Deo.
[2]) Исх. 29. 5.
[3]) = ефодъ, парамникъ.
[4]) 2 Кор. 6. 7.
[5]) = сторона.
[6]) Исх. 28. 8. coccus bis tinctus (δίβαφος)—дважды окрашенная ткань шафраннаго цвѣта.
[7]) слѣд. голубой.
[8]) ибо пурпуръ—знакъ царскаго достоинства.
[9]) 1 Петр. 2. 9.
[10]) Іоан. 1. 12.
[11]) Псал. 138. 17.

rius perpeti abiecta cernuntur. Auro etiam, hyacintho ac purpurae bis tinctus coccus adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur, et cuncta, quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitri flamma [1]) intimi amoris accendat. Quae scilicet caritas, quia Deum simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam neglegat, vel sic proximorum curam exsequitur, ut a divino amore torpescat, quia unum horum quodlibet neglegit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit.

Sed cum mens ad praecepta caritatis tenditur, restat procul dubio, ut per abstinentiam caro macceretur. Unde et bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditiae corporalis castitas designatur? Quae videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam afflictae carnis meritum proficit, quasi in diversa superhumeralis specie byssus torta candescit.

Cap. 4. Sit rector discretus [2]) in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos, qui eruditi poterant, in errore derelinquit. Saepe namque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, et iuxta veritatis vocem [3]) nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt [4]), quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, dicens [5]): Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur, dicens [6]): Non ascendistis ex adverso, nec opposuistis murum pro domo Israël, ut staretis in praelio in die Domini. Ex adverso quippe ascendere est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in praelio stare est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga praebuisse? qui nimirum si pro grege se obiicit, murum pro domo Israël hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur [7]): Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam provocarent. Prophetae quippe in sacro eloquio [8]) nonnumquam doctores vocan-

[1]) ибо шафранъ огненнаго цвѣта.
[2]) срвн. фр. discret, какъ и ниже: indiscretus = indiscret.
[3]) Іоан. 10. 12.
[4]) = исполнять.
[5]) Исх. 56. 10.
[6]) Іезек. 13. 5.
[7]) Плачъ Іер. 2. 14.
[8]) = Священное писаніе.

tur, qui dum fugitiva esse praesentia indicant, quae sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit; quia dum corripere culpas metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur; qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo correptionis; quia increpando culpam detegit, quam saepe nescit ipse etiam, qui perpetravit. Hinc Paulus ait [1]): Ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere. Hinc per Malachiam dicitur [2]): Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Hinc per Isaiam Dominus admonet, dicens [3]): Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Praeconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est praeco mutus?

Hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus Sanctus insedit [4]), quia nimirum quos repleverit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi praecipitur [5]), ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, ut videlicet voces praedicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est [6]): Ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit [7]), si sine praedicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere, propheta attestante [8]): Sacerdotes tui induantur iustitiam? Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent, ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque sacerdotis opera clament.

Sed cum rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautelae studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem [9]) insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit [10]): Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium

[1]) Тит. 1. 9.
[2]) Малах. 2. 7.
[3]) Ис. 58. 1.
[4]) Дѣян. 2. 3.
[5]) Исх. 28. 33.
[6]) Исх. 28. 35.
[7]) = возбуждать.
[8]) Псал. 131. 9.
[9]) ту связь, которая соединяетъ пасомыхъ имъ во единое стадо.
[10]) Марк. 9. 49.

unitas confundatur. Hinc Paulus ait [1]): Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta divinam vocem [2]) tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc, quod iam praemisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat [3]): Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite, ut per omne, quod dicitis, unitatem fidei cauta observatione teneatis.

Providendum quoque est sollicita intentione rectoribus, ut ab eis non solum prava nullo modo, sed ne recta quidem nimie [4]) et inordinate proferantur, quia saepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate levigatur; et auctorem suum haec eadem loquacitas inquinat, quae servire auditoribus ad usum profectus ignorat.... Unde Paulus quoque cum discipulum de instantia praedicationis admoneret, dicens [5]): Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius et regnum eius, praedica verbum, insta opportune: dicturus importune, praemisit opportune, quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua utilitate se destruit [6]), si habere importunitas opportunitatem nescit.

Cap. 5. Sit rector singulis compassione proximus, prae cunctis contemplatione suspensus [7]), ut et per pietatis viscera [8]) in se infirmitatem ceterorum transferat, et per speculationis [9]) altitudinem semetipsum quoque invisibilia appetendo transcendat, ne aut alta petens proximorum infirma despiciat, aut infirmis proximorum congruens [10]) appetere alta derelinquat. Hinc est namque quod Paulus [11]) in paradisum ducitur, caelique tertii secreta rimatur, et tamen illa invisibilium contemplatione suspensus ad cubile carnalium [12]) aciem mentis revocat, atque in occultis suis qualiter debeant conversari dispensat, dicens [13]): Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat. Uxori vir debi-

[1]) Римл. 12. 3.
[2]) Исх. 28. 34.
[3]) Марк. 9. 49.
[4]) объясняется ниже черезъ loquacitas.
[5]) 2 Тим. 4. 1.
[6]) = лишать.
[7]) = парить, возвышаться.
[8]) = внутреннее, глубокое чувство.
[9]) = contemplatio.
[10]) = сочувствовать.
[11]) 2 Кор. 12. 3.
[12]) sc. hominum.
[13]) 1 Кор. 7. 2.

tum reddat, similiter autem et uxor viro. Et paulo post [1]): Nolite fraudare invicem, nisi forte ex cosensu ad tempus, ut vacetis orationi, et iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos satanas. Ecce iam caelestibus secretis inseritur, et tamen per condescensionis [2]) viscera carnalium cubile perscrutatur, et quem sublevatus ad invisibilia erigit, hunc miseratus ad secreta infirmantium [3]) oculum cordis flectit. Caelum contemplatione transcendit, nec tamen stratum carnalium sollicitudine deserit, quia compage caritatis summis simul et infimis iunctus, et in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur, et pietate in aliis aequanimiter [4]) infirmatur. Hinc etenim [5]): Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Hinc rursum ait [6]): Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus. Quod videlicet exhibebat non amittendo fidem, sed extendendo pietatem, ut in se personam infidelium transfigurans ex [7]) semetipso disceret, qualiter aliis misereri debuisset, quatenus hoc illis impenderet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi recte voluisset. Hinc iterum dicit [8]): Sive mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis, quia et semetipsum noverat contemplando transcendere, et eumdem se auditoribus condescendendo temperare.

Hinc Iacob [9]) Domino desuper innitente, et uncto deorsum lapide, ascendentes ac descendentes Angelos vidit, quia scilicet praedicatores recti non solum sursum sanctum caput ecclesiae, videlicet Dominum contemplando, appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat et exit: et qui intus in contemplationem rapitur, foris infirmantium negotiis urgetur. Intus Dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamenti arca [10]) Dominum consulit, exemplum procul dubio rectoribus praebens, ut cum foris ambigunt, quid disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant, et velut coram testamenti arca Dominum consulant si de his, in quibus dubitant, apud semetipsos intus sacri eloquii paginas requirant [11]). Hinc ipsa veritas [12]) per susceptionem [13]) nostrae humanitatis nobis ostensa, in monte orationi inhaeret, miracula in urbibus exercet, imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens, ut, etsi iam summa contem-

[1]) 1 Кор. 7. 5.
[2]) = снисхожденіе (срвн. фр. condescendre).
[3]) = болѣющій, слабый.
[4]) = терпѣливо.
[5]) 2 Кор. 11. 29.
[6]) 1 Кор. 9. 20.
[7]) = преобразуя.
[8]) 2 Кор. 5. 13.
[9]) Быт. 28. 12.
[10]) = кивотъ завѣта.
[11]) = находить.
[12]) Лук. 6. 12.
[13]) = принятіе.

plando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur, quia tunc ad alta caritas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit; et quo benigne [1]) descendit ad infima, valenter recurrit ad summa.

Tales autem sese, qui praesunt, exhibeant, quibus subiecti occulta quoque sua prodere non erubescant, ut cum tentationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrant, et hoc, quod se inquinari pulsantis [2]) culpae sordibus praevident, exhortationis eius solatio et lacrimis orationis lavent. Unde et ante fores templi [3]) ad abluendas ingredientium manus mare aeneum, id est luterem [4]), duodecim boves portant, qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim bobus, nisi universus pastorum ordo designatur? De quibus Paulo disserente [5]) Lex [6]) dicit: Non obturabis os bovi trituranti. Quorum quidem nos aperta opera cernimus, sed apud districtum [7]) iudicem, quae illos posterius maneant in occulta retributione nescimus. Qui tamen cum condescensionis suae patientiam diluendis proximorum confessionibus [8]) praeparant, velut ante fores templi luterem portant, ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet, et quasi in boum lutere cogitationis vel operis manus lavet. Et fit plerumque, ut dum rectoris animus aliena tentamenta condescendendo cognoscit, auditis tentationibus etiam ipse pulsetur; quia et haec eadem, per quam populi multitudo diluitur, aqua procul dubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suae munditiae serenitatem perdit. Sed haec nequaquam pastori timenda sunt, quia Deo subtiliter [9]) cuncta pensante tanto facilius a sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur.

Cap. 6. Sit rector bene agentibus per humilitatem socuis, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus; ut et bonis in nullo se praeferat, et cum pravorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat, quatenus et honore suppresso [10]) aequalem se subditis bene viventibus deputet, et erga perversos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam sicut in libris Moralibus dixisse me memini, liquet, quod omnes homines natura aequales genuit, sed variante meritorum [11]) ordine alios aliis culpa postponit. Ipsa autem

[1]) = quo benignius—eo valentius. Соотвѣтствіе между степенями въ сравнительныхъ предложеніяхъ нерѣдко нарушается у Григорія В.
[2]) срвн. гл. 2. кон. quae tamen non pulsare rectoris animum nequeunt.
[3]) 3 Цар. 7. 23 сл.
[4]) luter = λουτήρ.
[5]) 1 Кор. 9. 9.
[6]) Второз. 25. 4.
[7]) по аналогіи съ districtus ensis.
[8]) = очищеніе исповѣдуемыхъ прегрѣшеній.
[9]) = мудро.
[10]) = оставивъ въ сторонѣ свой почетъ.
[11]) здѣсь принимается in malam partem.

diversitas, que accessit ex vitio, divino iudicio dispensatur, ut quia omnis homo aeque stare non valet, alter regatur ab altero.

Unde cuncti qui praesunt, non in se potestatem debent ordinis, sed aequalitatem pensare conditionis [1]), nec praeesse se hominibus gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. Et cum Noë Dominus filiisque eius diceret [2]): Crescite et multiplicamini, et replete terram, protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae. Quorum videlicet terror ac tremor quia esse super animalia terrae praecipitur, profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem hominibus ceteris natura praelatus est; et idcirco ei dicitur, ut ab animalibus et non ab hominibus timeatur, quia contra naturam superbire est, ab aequali velle timeri. Et tamen necesse est, ut rectores a subditis timeantur, quando ab eis Deum minime timeri deprehendunt, ut humana saltem formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Nequaquam namque praepositi ex hoc quaesito [3]) timore superbiunt, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quaerunt. In eo enim quod metum sibi a perverse viventibus exigunt, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini iacere substrati.

Sed plerumque rector eo ipso, quo ceteris praeeminet, elatione cogitationis intumescit, et dum ad usum cuncta subiacent, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi, si qua bene gesta sunt, laudibus efferunt, male gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant etiam, quod reprobare debuerant, seductus ab his, quae infra suppetunt [4]), super se animus extollitur: et dum foris immenso favore circumdatur intus veritate vacuatur, atque oblitus sui in voces se spargit [5]) alienas, talemque se credit, qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit, eosque aequales sibi naturae ordine non agnoscit, et quos sorte potestatis excesserit, transcendisse se etiam vitae meritis credit. Cunctis se aestimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum, et qui aequa ceteris naturae conditione constringitur, ex aequo respicere ceteros dedignatur, sicque usque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est [6]): Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae. Qui singulare culmen appe-

[1]) поколику они люди.
[2]) Быт. 9. 1. 7.
[3]) ибо онъ не прирожденъ человѣку.
[4]) = sunt.
[5]) въ противоположность внутренней сосредоточенности.
[6]) Іовъ 41. 25.

tens, et socialem angelorum vitam [1]) despiciens ait [2]): Ponam sedem meam ad Aquilonem, et ero similis Altissimo. Miro ergo iudicio intus foveam dciectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostatae quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit: per humilitatem quippe praelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait [3]): Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israël? Parvulum se in suis prius oculis viderat, sed fultus temporali potentia iam se parvulum non videbat. Ceterorum [4]) namque comparatione se praeferens, quia plus cunctis poterat, magnum se prae omnibus aestimabat. Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Deum magnus; cum vero apud se magnus apparuit, apud Deum parvulus fuit.

Plerumque ergo dum ex subiectorum affluentia animus inflatur, in fluxum [5]) superbiae ipso potentiae fastigio lenocinante corrumpitur. Quam videlicet potentiam bene regit, qui et tenere illam noverit et impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigi, et scit cum illa ceteris aequalitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur, etiam cum nulla potestate fulcitur; quanto magis in altum se erigit, cum se ei etiam potestas adiungit? Quam tamen potestatem recte dispensat, qui sollicite noverit et sumere ex illa, quod adiuvat, et expugnare, quod tentat, et aequalem se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre.

Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastoris primi exempla cernamus. Petrus namque auctore Deo sanctae ecclesiae principatum tenens, a bene agente Cornelio et sese ei humiliter prosternente, immoderatius venerari recusavit, seque illi similem recognovit [6]), dicens [7]): Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum. Sed cum Ananiae [8]) et Saphirae culpam reperit, mox quanta potentia super ceteros excrevisset, ostendit. Verbo namque eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit, et summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit [9]), quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illic communionem aequalitatis meruit sanctitas actionis, hic zelus ultionis ius aperuit potestatis. Paulus bene agentibus fratribus praelatum se esse

[1]) = жизнь въ сообществѣ Ангеловъ.
[2]) Исх. 14. 13.
[3]) 1 Цар. 15. 17.
[4]) = cum ceteris.
[5]) fluxus superbiae = неудержимая, неумѣренная гордость.
[6]) = признать.
[7]) Дѣян. 10. 26.
[8]) Дѣян. 5. 5.
[9]) = припомнить.

nesciebat, cum diceret [1]): Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri. Atque illico adiunxit: Fide enim statis. Ac si id, quod protulerat, aperiret, dicens: Ideo non dominamur fidei vestrae, quia fide statis; aequales enim vobis sumus, in quo vos stare cognoscimus. Quasi praelatum se fratribus esse nesciebat, cum diceret [2]): Facti sumus parvuli in medio vestrum. Et rursum [3]): Nos autem servos vestros per Christum. Sed cum culpam, quae corrigi debuisset, invenit, illico magistrum se esse recoluit, dicens [4]): Quid vultis? In virga veniam ad vos.

Summus itaque locus bene regitur, cum is, qui praeest, vitiis potius, quam fratribus dominatur. Sed cum delinquentes subditos praepositi corrigunt, restat necesse est, ut sollicite attendant, quatenus per disciplinae debitum culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam aequales se ipsis fratribus, qui corriguntur, agnoscant; quamvis plerumque etiam dignum est, ut eosdem, quos corrigimus, tacita nobis cogitatione praeferamus. Illorum namque per nos vitia disciplinae vigore feriuntur, in his vero, quae ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo invectione [5]) laceramur. Tanto ergo apud Dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inulte peccamus. Disciplina autem nostra subditos divino iudicio tanto liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit.

Servanda itaque est et in corde humilitas, et in opere disciplina. Atque inter haec sollerter intuendum est, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, solvantur iura regiminis, et dum praelatus quisque plus se, quam decet, deiicit, subditorum vitam stringere sub disciplinae vinculo non possit. Teneant ergo rectores exterius, quod [6]) pro aliorum utilitate suscipiunt, servent interius, quod de sua aestimatione pertimescunt. Sed tamen quibusdam signis decenter erumpentibus, eos apud se esse humiles etiam subiecti deprehendant, quatenus et in auctoritate eorum, quod formident, videant, et de humilitate, quod imitentur, agnoscant. Studeant igitur sine intermissione, qui praesunt, ut eorum potentia quanto magna exterius cernitur, tanto apud eos interius deprimatur: ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne iam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit.

Ne enim praesidentis animus ad elationem potestatis suae delectatione rapiatur, recte per quemdam sapientem dicitur [7]): Ducem

[1]) 2 Кор. 1. 23.
[2]) 1 Солун. 2. 7.
[3]) 2 Кор. 4. 5.
[4]) 1 Кор. 4. 21. Virga = жезлъ.
[5]) invectio verdi = слово порицанія.
[6]) т. е. во внѣшнихъ поступкахъ пастыря пусть проявляется величіе его служенія, а въ душѣ его сохраняется боязнь предъ судомъ Божіимъ.
[7]) Сирахъ 32. 1.

te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi unus ex illis. Hinc etiam Petrus ait [1]): Non dominantes in clero, sed forma facti gregis. Hinc per semetipsam veritas ad altiora nos virtutum merita provocans, dicit [2]): Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hinc est, quod servum ex suscepto regimine elatum, quae post supplicia maneant, indicat, dicens [3]): Quod si dixerit malus ille servus in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, et coeperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriis: veniet dominus servi illius, in die, qua non sperat, et hora, qua ignorat, et dividet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Inter hypocritas enim iure deputatur, qui ex simulatione disciplinae ministerium regiminis vertit in usum dominationis; et tamen nonnumquam gravius delinquitur, si inter perversos plus aequalitas, quam disciplina custoditur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Heli [4]) delinquentes filios noluit, apud disctrictum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit. Hinc namque divina ei voce dicitur [5]): Honorasti filios tuos magis quam me. Hinc pastores increpat per prophetam, dicens [6]): Quod fractum est, non alligastis, et quod abiectum est, non reduxistis. Abiectus enim reducitur, cum quisque in culpa lapsus, ad statum iustitiae ex pastoralis sollicitudinis vigore revocatur. Fracturam vero ligamen astringit, cum culpam disciplina deprimit, ne plaga usque ad interitum defluat, si hanc districtionis [7]) severitas non coarctat.

Sed saepe deterius frangitur, cum fractura incaute colligatur, ita ut gravius scissuram sentiat, si hanc immoderatius ligamenta constringant. Unde necesse est, ut cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magna se sollicitudine etiam districtio ipsa moderetur, quatenus sic iura disciplinae contra delinquentes exerceat, ut pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est, ut rectorem subditis et matrem pietas, et patrem exgibeat disciplina [8]). Atque inter haec sollicita circumspectione providendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Nam sicut in libris Moralibus iam diximus, disciplina vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet

[1]) 1 Петр. 5. 3.
[2]) Матѳ. 20. 25 сл.
[3]) Матѳ. 24. 48 сл.
[4]) 1 Цар. 4. 17. 18.
[5]) 1 Цар. 2. 29.
[6]) Іезек. 34. 4.
[7]) = наказаніе, кара.
[8]) = ut pietas exhibeat rectorem matrem subditis, disciplina—patrem.

et iuste consulens misericordia, et pie saeviens disciplina. Hinc namque est, quod docente veritate [1]), per Samaritani studium semivivus in stabulum ducitur, et vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, ut per vinum scilicet mordeantur vulnera, per oleum foveantur. Necesse quippe est, ut quisquis sanandis vulneribus praeest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foveantur sananda.

Miscenda ergo est lenitas cum severitate; faciendum quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Quod iuxta Pauli vocem [2]) bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul et manna est; quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit et manna dulcedinis. Hinc David ait [3]): Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae, quae feriat, sit et consolatio baculi, quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens, sit vigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderate saeviens, sit pietas, sed non plus, quam expediat, parcens, ut dum se in arce regiminis iustitia clementiaque permiscet, is, qui praeest, corda subditorum et terrendo demulceat, et tamen ad terroris reverentiam demulcendo constringat.

Cap. 7. Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non derelinquens; ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat [4]), aut solis interioribus occupatus, quae foris debet, proximis non impendat. Saepe namque nonnulli velut obliti, quod fratribus animarum causa praelati sunt, toto cordis adnisu secularibus curis inserviunt: has, cum adsunt, se agere exsultant; ad has etiam cum desunt, diebus ac noctibus cogitationis turbidae aestibus anhelant. Cumque ab his, cessante fersitan opportunitate, quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Voluptatem namque censent, si actionibus deprimuntur, laborem deputant, si in terrenis negotiis non laborant. Sicque fit, ut dum se urgeri mundanis tumultibus gaudent, interna, quae alios docere debuerant, ignorent.

Unde subiectorum quoque procul dubio vita torpescit, quia cum proficere spiritaliter appetit, in exemplo eius, qui sibi praelatus est, quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite membra incassum vigent, et in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur, si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio sublevat, eorumque culpas increpatio

[1]) Лук. 10. 34. stabulum = mansio, hospitium.
[2]) Евр. 9. 4.
[3]) Псал. 20. 4.
[4]) = отставать.

nulla castigat, quia dum per animarum praesulem terreni exercetur officium iudicis, a gregis custodia vacat cura pastoris, et subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris sensus terrena studia occupant, vento tentationis impulsus ecclesiae oculos pulvis caecat. Quo contra recte humani generis Redemptor, cum nos a ventris voracitate compesceret, dicens [1]): Attendite autem vobis, ut non graventur corda vestra in crapula et ebrietate, illico adiunxit: Aut in curis huius vitae. Ubi pavorem quoque protinus intente [2]) adiiciens: Ne forte, inquit, superveniat in vos repentina dies illa. Cuius adventus etiam qualitatem denuntiat, dicens [3]): Tamquam laqueus enim veniet super omnes, qui sedent super faciem omnis terrae. Hinc iterum dicit [4]): Nemo potest duobus dominis servire. Hinc Paulus religiosorum mentes a mundi consortio contestando, ac potius conveniendo suspendit, dicens [5]): Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Hinc ecclesiae rectoribus et vacandi studia praecipit, et consulendi remedia ostendit, dicens [6]): Secularia igitur iudicia, si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum, ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inserviant, quos dona spiritalia non exornant. Ac si apertius dicat: Quia penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur. Hinc Moyses [7]), qui cum Deo loquitur, Iethro alienigenae reprehensione iudicatur, quod terrenis populorum negotiis stulto labore deserviat; cui et consilium mox praebetur, ut pro se alios ad iurgia dirimenda constituat, et ipse liberius ad erudiendos populos spiritalium arcana cognoscat.

A subditis ergo inferiora gerenda sunt, a rectoribus summa cogitanda, ut scilicet oculum, qui praevidendis gressibus praeeminet, cura pulveris non obscuret. Caput nempe subiectorum sunt cuncti, qui praesunt; et ut recta pedes valeant itinera carpere, haec procul dubio caput debet ex alto providere, ne a profectus sui itinere pedes torpeant, cum curvata rectitudine corporis caput sese ad terram declinat. Qua autem mente animarum praesul honore pastorali inter ceteros utitur, si in terrenis negotiis, quae reprehendere in aliis debuit, et ipse versatur? Quod videlicet ex ira iustae retributionis per Prophetam Dominus minatur, dicens [8]): Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sacerdos quippe est ut populus, quando ea agit is, qui spiritali officio fungitur, quae illi nimirum faciunt, qui adhuc de studiis carnalibus iudicantur. Quod cum magno

[1]) Лук. 21. 54.
[2]) = съ намѣреніемъ (срвн. фр. intention).
[3]) Лук. 21. 35.
[4]) Лук. 16. 13.
[5]) 2 Тим. 2. 4.
[6]) 1 Кор. 6. 4.
[7]) Исх. 18. 17. 18.
[8]) Ос. 4. 9.

scilicet dolore caritatis Ieremias Propheta conspiciens, quasi sub destructione templi deplorat, dicens [1]): Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum? Quid namque auro, quod metallis ceteris praeeminet, nisi excellentia sanctitatis? Quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reverentia religionis exprimitur? Quid sanctuarii lapidibus, nisi sacrorum ordinum personae signantur? Quid platearum nomine, nisi praesentis vitae latitudo figuratur? Quia enim Graeco eloquio [2]) πλάτος latitudo dicitur, profecto a latitudine plateae sunt vocatae. Per semetipsam vero veritas dicit [3]): Lata et spatiosa via est, quae ducit ad perditionem.

Aurum igitir obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur, cum quorumdam, qui degere religiose credebantur, aestimatio anteacta minuitur. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato ante humanos oculos eius reverentia despecta pallescit. Sanctuarii quoque lapides in plateas disperguntur, cum causarum secularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamentum ecclesiae internis mysteriis quasi in secretis tabernaculi vacare debuerunt. Ad hoc quippe sanctuarii lapides fiebant, ut intra Sancta Sanctorum in vestimento summi sacerdotis apparerent. Cum vero ministri religionis a subditis honorem Redemptoris sui ex merito vitae non exigunt, sanctuarii lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarii lapides dispersi per plateas iacent, cum personae sacrorum ordinum voluptatum suarum latitudini deditae terrenis negotiis inhaerent. Et notandum, quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit, quia et cum terrena agunt, summi videri appetunt; ut et lata itinera teneant ex voluptate delectationis, et tamen in platearum sint capite ex honore sanctitatis.

Nil quoque obstat, si sanctuarii lapides eosdem ipsos, quibus constructum sanctuarium existebat, accipimus; qui dispersi in platearum capite iacent, quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inserviunt, ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare videbatur. Secularia itaque negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, numquam vero ex amore requirenda, ne cum mentem diligentis aggravant, hanc suo victam pondere ad ima de caelestibus mergant. At contra nonnulli gregis quidam [4]) curam suscipiunt, sed sic sibimet vacare ad spiritalia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus neglegunt, subditorum necessitatibus minime concurrunt. Quo-

[1]) Плачъ Iер. 4. 1.
[2]) = sermo.
[3]) Матѳ. 7. 13.
[4]) quidam соед. съ nonulli.

rum nimirum praedicatio plerumque despicitur; quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria praesentis vitae non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinae sermo non penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordiae non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audientis pectore pietas praedicantis rigat. Unde rectorem necesse est, ut interiora possit infundere, cogitatione innoxia etiam exteriora providere. Sic itaque pastores erga interiora studia subditorum suorum ferveant, quatenus in eis exterioris quoque vitae providentiam non relinquant. Nam quasi animus frangitur, si cura exterioris subsidii a pastore neglegatur.

Unde et primus Pastor sollicite admonet, dicens [1]): Seniores qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et eius, quae in futuro revelanda est, gloriae communicatur, pascite, qui in vobis est, gregem Dei. Qui hoc in loco pastionem cordis an corporis suaderet, aperuit, cum protinus adiunxit [2]): Providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie. Quibus profecto verbis pastoribus pie praecavetur, ne dum subiectorum inopiam satiant, se mucrone ambitionis occidant, ne cum per eos carnis subsidiis reficiuntur proximi, ipsi remaneant a iustitiae pane ieiuni. Hanc pastorum sollicitudinem Paulus excitat, dicens [3]): Qui suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Inter haec itaque metuendum semper est, et vigilanter intuendum, ne dum cura ab eis exterior agitur, ab interna intentione mergantur. Plerumque enim, ut praediximus, corda rectorum, dum temporali sollicitudini incaute deserviunt, ab intimo amore frigescunt; et foras fusa oblivisci non metuunt, quia animarum regimina susceperunt.

Sollicitudo ergo, quae subditis exterius impenditur, sub certa necesse est mensura teneatur. Unde bene ad Ezechielem dicitur [4]): Sacerdotes caput suum non radent, neque comam nutrient, sed tondentes attondeant capita sua. Sacerdotes namque iure vocati sunt, qui ut sacrum ducatum [5]) praebeant, fidelibus praesunt. Capilli vero in capite exterioris sunt cogitationes in mente; qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis designant; quae ex sensu neglegenti, quia importune aliquando prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui praesunt habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte et caput prohibentur radere, et comam nutrire; ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se

[1]) 1 Петр. 5. 1. Consenior = συμπρεσβύτερος.
[2]) 1 Петр. 5. 2.
[3]) 1 Тим. 5. 8.
[4]) Iезек. 44. 20.
[5]) = водительство, руководство по пути къ святости.

funditus amputent, nec rursum ad crescendum nimis relaxent. Ubi ei bene dicitur [1]): Tondentes tondeant capita sua; ut videlicet curae temporalis sollicitudinis et quantum necesse est prodeant, et tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant. Dum igitur et per administratam exteriorem providentiam corporum vita protegitur, et rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis et servantur, ut cutem cooperiant, et resecantur, ne oculos claudant.

Cap. 8. Inter haec quoque necesse est, ut rector sollerter invigilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiose interiora penetrat, cum provide exteriora subministrat, se magis a subditis diligi quam veritatem, quaerat; ne cum bonis actibus fultus a mundo videtur alienus, hunc auctori reddat extraneum amor suus. Hostis namque Redemptoris est, qui per recta opera quae facit eius vice ab ecclesia amari concupiscit, quia adulterinae cogitationis reus est, si placere puer sponsae oculis appetit, per quem sponsus dona transmisit. Qui nimirum amor proprius [2]) cum rectoris mentem ceperit, aliquando hanc inordinate ad mollitiem, aliquando vero ad asperitatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiem vertitur; quia cum peccantes subditos respicit, ne erga hunc [3]) eorum dilectio torpeat, corripere non praesumit, nonnumquam vero errata subditorum, quae increpare debuerat, adulationibus demulcet. Unde bene per Prophetam dicitur [4]): Vae his, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas. Pulvillos quippe sub omni cubito manus ponere est cadentes a sua rectitudine animas atque in huius mundi se delectatione reclinantes, blanda adulatione refovere. Quasi enim pulvillo cubitus, vel cervicalibus caput iacentis excipitur, cum correptionis duritia peccanti subtrahitur, eique mollities favoris adhibetur, ut in errore molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Sed haec rectores, qui semetipsos diligunt, his procul dubio exhibent, a quibus se noceri posse in studio hloriae temporalis timent.

Nam quos nil contra se valere conspiciunt, hos nimirum asperitate rigidae semper invectionis premunt, numquam clementer admonent, sed pastoralis mansuetudinis obliti, iure dominationis terrent. Quos recte per Prophetam divina vox increpat, dicens [5]): Vos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Plus enim se suo auctore diligentes iactanter erga subditos se erigunt, nec quid agere debeant, sed quid valeant, attendunt, nil de subsequenti

[1]) Iезек. 44. 20.
[2]) срвн. фр. amour propre.
[3]) = къ нему.
[4]) Iезек. 13. 18.
[5]) Iезек. 34. 4.

iudicio metuunt, improbe [1]) de temporali potestate gloriantur; libet, ut licenter et illicita faciant, et subditorum nemo contradicat. Qui ergo et prava studet agere, et tamen ad haec vult ceteros tacere, ipse sibimet testis est, quia plus veritate se appetit diligi, quam contra se non vult defendi. Nemo quippe est, qui ita vivat, ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui sibi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim Petrus increpationem Pauli [2]) libenter accepit, hinc David [3]) correptionem subditi humiliter audivit, quia rectores boni dum privato diligere amore se nesciunt, liberae puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter haec necesse est, ut cura regiminis tanta moderaminis arte temperetur, quatenus subditorum mens, cum quaedam recte sentire potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erumpat, ne dum fortasse immoderatius linguae eis libertas conceditur, vitae ab his humilitas amittatur.

Sciendum quoque est, quod oporteat, ut rectores boni placere hominibus appetant, sed ut suae aestimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam quasi quamdam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem Conditoris introducant. Difficile quippe est, ut quamlibet recta denuntians praedicator, qui non diligitur, libenter audiatur. Debet ergo, qui praeest, et studere se diligi, quatenus possit audiri, et tamen amorem suum pro semetipso non quaerere, ne inveniatur ei, cui servire per officium cernitur, occulta cogitationis tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat [4]), cum sui nobis studii occulta manifestat, dicens [5]): Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit [6]): Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Placet ergo Paulus, et non placet, quia in eo quod placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem quaerit.

Cap. 9. Scire etiam rector debet, quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam saepe sub parsimoniae nomine se tenacia [7]) palliat [8]), contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Saepe inordinata remissio pietas creditur, et effrenata ira spiritalis zeli virtus aestimatur. Saepe praecipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas gravitatis consilium putatur. Unde necesse est, ut rector animarum virtutes ac vitia vigilanti cura dis-

[1]) = неумѣренно.
[2]) Галат. 2. 11.
[3]) 2 Цар. 12. 7.
[4]) = docere.
[5]) 1 Кор. 10. 33.
[6]) Галат. 1. 10.
[7]) = avaritia.
[8]) = драпироваться.

cernat, ne aut cor tenacia occupet, et parcum se videri in dispensationibus exsultet; aut cum effuse quid perditur, largum se quasi miserando glorietur; aut remittendo, quod ferire debuit, ad aeterna supplicia subditos pertrahat; aut immaniter feriendo quod delinquitur, ipse gravius delinquat; aut hoc, quod agi recte ac graviter potuit, immature praeveniens leviget; aut bonae actionis meritum differendo, ad deteriora permutet.

Cap. 10. Sciendum quoque est, quod aliquando subiectorum vitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda [1]); aliquando et aperte cognita mature toleranda, aliquando vero subtiliter et occulta perscrutanda; aliquando leniter arguenda, aliquando autem vehementer increpanda. Nonnulla quippe, ut diximus, prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda, ut cum delinquens et deprehendi se cognoscit et perpeti [2]), has quas in se tacite tolerari considerat, augere culpas erubescat, seque se iudice puniat, quem sibi apud se [3]) rectoris patientia clementer excusat. Qua scilicet dissimulatione bene Iudaeam Dominus corripit, cum per Prophetam dicit [4]): Mentita es, ei mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens et quasi non videns. Et dissimulavit ergo culpas, et innotuit [5]), quia et contra peccantem tacuit, et hos ipsum tamen, quia tacuerit, dixit. Nonnulla autem vel aperte cognita, mature toleranda sunt, cum videlicet rerum minime opportunitas congruit, ut aperte corrigantur. Nam secta immature vulnera deterius infervescunt, et nisi cum tempore medicamenta conveniant, constat procul dubio, quod medendi officium amittant. Sed cum tempus subditis ad correptionem quaeritur, sub ipso culparum pondere patientia praesulis exercetur. Unde bene per Psalmistam dicitur [6]): Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. In dorso quippe onera sustinemus. Supra dorsum igitur suum fabricasse peccatores queritur, ac si aperte dicat: Quos corrigere nequeo, quasi superimpositum onus porto.

Nonnulla autem occulta subtiliter sunt perscrutanda, ut quibusdam signis erumpentibus, rector in subditorum mente omne, quod clausum latet, inveniat, et interveniente correptionis articulo ex minimis maiora cognoscat. Unde recte ad Ezechielem dicitur [7]): Fili hominis, fode parietem. Unde mox idem Propheta subiungit [8]): Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum. Et dixit ad me: Ingredere, et vide abominationes pessimas, quas isti faciunt

[1]) = indicandum est subiecto, quod ea vitia dissimulantur a rectore.
[2]) = pati.
[3]) въ глазахъ пастыря.
[4]) Ис. 57. 11.
[5]) sensu activo: significare, notum facere.
[6]) Псал. 128. 3.
[7]) Іезек. 8. 8.
[8]) Іезек. 8. 9. 10.

hic. Et ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominatio, et universa idola domus Israël depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe praepositorum persona signatur, per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere, nisi acutis inquisitionibus duritiam cordis aperire? Quem cum fodisset, apparuit ostium, quia cum cordis duritia vel studiosis percunctationibus vel maturis correptionibus scinditur, quasi quaedam ianua ostenditur, ex qua omnia in eo, qui corripitur, cogitationum interiora videantur. Unde et bene illic sequitur: Ingredere, et vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Quasi ingreditur, ut abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus ita corda subditorum penetrat, ut cuncta ei, quae illicite cogitantur, innotescant. Unde et subdidit: Et ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptiliium, et animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrenae signantur, in animalibus vero iam quidem aliquantulum a terra suspensae, sed adhuc terrenae mercedis praemia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terrae inhaerent, animalia autem magna parte corporis a terra suspensa sunt, appetitu tamen gulae ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem, quando cogitationes volvuntur in mente, quae a terrenis desideriis numquam levantur. Animalia quoque sunt intra parietem, quando et si qua iam iusta, si qua honesta cogitantur, appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deserviunt, et per semetipsa quidem iam quasi a terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gulae desiderium sese ad ima summittunt. Unde et bene subditur: Et universa idola domus Israël depicta erant in pariete. Scriptum quippe est [1]): Et avaritia, quae est idolorum servitus. Recte ergo post animalia idola describuntur, quia etsi honesta actione nonnulli iam quasi a terra se erigunt, ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponunt. Bene autem dicitur: Depicta erant, quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde depingitur, quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. Notandum itaque est, quia prius foramen in pariete, ac deinde ostium cernitur, et tunc demum occulta abominatio demonstratur, quia nimirum uniuscuiusque peccati prius signa forinsecus, deinde ianua apertae iniquitatis ostenditur, et tunc demum omne malum, quod intus latet, aperitur.

Nonnulla autem sunt leniter arguenda; nam cum non malitia, sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profecto necesse est, ut magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subsistimus, corruptionis nostrae infirmitati subiacemus. Ex se ergo debet quisque colligere, qualiter alienae hunc oporteat imbecillitatis misereri, ne contra in-

[1]) Колосс. 3. 5.

firmitatem proximi, si ad increpationis vocem ferventius rapitur, oblitus sui esse videatur. Unde bene Paulus admonet, dicens [1]): Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Ac si aperte dicat: Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis, pensa, quod es; ut in increpationis zelo se spiritus temperet, dum sibi quoque, quod increpat, timet.

Nonnulla autem sunt vehementer increpanda, ut cum culpa ab auctore non cognoscitur, quanti sit ponderis, ab increpantis ore sentiatur. Et cum sibi quis malum, quod perpetravit, levigat, hoc contra se graviter ex corripientis asperitate pertimescat. Debitum quippe rectoris est, supernae patriae gloriam per vocem praedicationis ostendere, quanta in huius vitae itinere tentamenta antiqui hostis lateant, aperire, et subditorum mala, quae tolerari leniter non debent, cum magna zeli asperitate corrigere, ne si minus contra culpas accenditur, culparum omnium reus ipse teneatur. Unde bene ad Ezechielem dicitur [2]): Sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civitatem Hierusalem. Statimque subiungitur: Et ordinabis adversus eam obsidionem, et aedificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro. Eique ad munitionem suam protinus subinfertur [3]): Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem. Cuius enim Ezechiel Propheta nisi magistrorum speciem tenet? Cui dicitur: Sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civitatem Hierusalem.

Sancti quippe doctores sibi laterem sumunt, quando terrenum auditorum cor, ut doceant, apprehendunt. Quem scilicet laterem coram se ponunt, quia tota illud mentis intentione custodiunt. In quo et civitatem Hierusalem iubentur describere, quia praedicando terrenis cordibus curant summopere, quae sit supernae pacis visio, demonstrare. Sed quia incassum gloria patriae caelestis agnoscitur, nisi et quanta hic irruant hostis callidi tentamenta noscantur, apte subiungitur: Et ordinabis adversus eam obsidionem, et aedificabis munitiones. Sancti quippe praedicatores obsidionem circa laterem, in quo Hierusalem civitas descripta est, ordinant, quando terrenae menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitae tempore vitiorum impugnet adversitas, demonstrant. Nam cum unumquodque peccatum quomodo proficientibus insidietur, ostenditur, quasi obsidio circa civitatem Hierusalem voce praedicatoris ordinatur. Sed quia non solum debent innotescere, qualiter vitia impugnent, verum etiam quomodo custoditae nos virtutes roborent, recte subiungitur: Et aedificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus

[1]) Галат. 6. 1.
[2]) Іезек. 4. 1.
[3]) = παρεισφέρειν, привносить, прибавлять.

praedicator aedificat, quando, quae virtutes quibus resistant vitiis, demonstrat. Et quia crescente virtute plerumque bella tentationis augentur, recte adhuc additur: Et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro. Aggerem namque comportat, quando praedicator quisque molem crescentis tentationis enuntiat. Et contra Hierusalem castra erigit, quando rectae intentioni audientium hostis callidi circumspectas et quasi incomprehensibiles insidias praedicit. Atque arietes in gyro ponit, cum tentationum aculeos in hac vita nos undique circumdantes et virtutum murum perforantes innotescit.

Sed cuncta haec licet subtiliter rector insinuet, nisi contra delicta singulorum aemulationis spiritu ferveat, nullam sibi in perpetuum absolutionem parat. Unde illic adhuc recte sibiungitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem. Per sartaginem quippe frixura [1]) mentis, per ferrum vero increpationis fortitudo signatur. Quid vero acrius doctoris mentem, quam zelus Dei frigit et excruciat? Unde Paulus huius sartaginis urebatur frixura, cum diceret [2]): Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Et quia quisquis zelo Dei accenditur, ne damnari ex neglegentia debeat, forti in perpetuum custodia munitur, recte dicitur: Pones eam murum ferreum inter te et civitatem. Sartago enim ferrea murus ferreus inter Prophetam et civitatem ponitur, quia cum nunc fortem zelum rectores exhibent, eumdem zelum postmodum inter se et auditores suos fortem munitionem tenent, ne tunc ad vindictam destituti sint, si nunc fuerint in correptione dissoluti.

Sed inter haec sciendum est, quia dum ad increpationem se mens doctoris exasperat, difficile valde est, ut non aliquando et ad aliquid, quod dicere non debet, erumpat. Et plerumque contingit, ut dum culpa subditorum cum magna invectione corripitur, magistri lingua usque ad excessus verba pertrahatur. Cumque increpatio immoderate accenditur, corda delinquentium in desperatione deprimuntur. Unde necesse est, ut exasperatus rector, cum subditorum mentem plus se, quam debuit, percussisse considerat, apud se semper ad poenitentiam recurrat, ut per lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat, ex eo etiam, quod per zeli eius studium peccat. Quod figurate Dominus per Moysen praecipit, dicens [3]): Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna caedenda, et lignum [4]) securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiet et vivet; ne forte proximus eius, cuius effusus est sanguis, doloris

[1]) = aestus, fervor.
[2]) 2 Кор. 11. 29.
[3]) Второв. 19. 5. 6.
[4]) = топорище.

stimulo persequatur et apprehendat eum, et percutiat animam eius. Ad silvam quippe cum amico imus, quotiens ad intuenda subditorum delicta convertimur. Et simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione resecamus. Sed securis manu fugit, cum sese increpatio plus, quam necesse est, in asperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit et occidit, quia auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatio plus, quam debuit, affligit. Sed is, qui incaute ligna percutit, et proximum exstinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat, quia si ad poenitentiae lamenta conversus, in unitate sacramenti sub spe, fide et caritate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur. Eumque extincti proximus et cum invenerit, non occidit, quia cum districtus iudex venerit, qui sese nobis per naturae nostrae consortium iunxit, ab eo procul dubio culpae reatum non expetit, quem sub eius venia fides, spes et caritas abscondit.

Cap. 11. Sed omne hoc rite a rectore agitur, si supernae formidinis et dilectionis spiritu afflatus studiose quotidie sacri eloquii praecepta meditetur; ut in eo vim sollicitudinis et erga caelestem vitam providae circumspectionis, quam humanae conversationis usus indesinenter destruit, divinae admonitionis verba restaurent, et qui ad vetustatem vitae [1]) per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritalis patriae compunctionis [2]) aspiratione renovetur. Valde namque inter humana verba cor defluit [3]); cumque indubitanter constet, quod externis occupationum tumultibus impulsum a semetipso [4]) corruat, studere incessabiliter debet, ut per eruditionis studium resurgat.

Hinc est enim, quod praelatum gregi discipulum Paulus admonet, dicens [5]): Dum venio, attende lectioni. Hinc David ait [6]): Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est. Hinc Moysi Dominus de portanda arca praecepit, dicens [7]): Facies quattuor circulos aureos, quos pones per quattuor arcae angulos, faciesque vectes de lignis sethim, et operies auro, inducesque per circulos, qui sunt in arcae lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec umquam extrahentur ab eis. Quid per arcam, nisi sancta ecclesia figuratur? Cui quattuor circuli aurei per quattuor angulos iubentur adiungi, quia in eo, quod per quattuor mundi par-

[1]) въ противоположность къ обновленію жизни черезъ соблюденіе заповѣдей Христа.
[2]) = сердечное сокрушеніе, раскаяніе; aspiratio=afflatus.
[3]) = падать.
[4]) = само по себѣ.
[5]) 1 Тим. 4. 13.
[6]) Псал. 118. 97.
[7]) Исх. 25. 12 сл.

tes dilatata tenditur, procul dubio quattuor sancti Evangelii libris accincta praedicatur. Vectesque de lignis sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia fortes perseverantesque doctores velut imputribilia ligna quaerendi sunt, qui instructioni [1]) sacrorum voluminum semper inhaerentes, sanctae ecclesiae unitatem denuntient, et quasi intromissis circulis arcam portent. Vectibus quippe arcam portare est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad rudes infidelium mentes praedicando deducere. Qui auro quoque iubentur operiri, ut dum sermone aliis insonant [2]), ipsi etiam vitae splendore fulgescant. De quibus apte subditur: Qui semper erunt in circulis, nec umquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse est, ut qui ad officium praedicationis excubant [3]), a sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vectes esse in circulis semper iubentur, ut cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur, quia videlicet cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur [4]), ignominiosum valde est, si tunc quaerat discere, cum quaestionem debet enodare. Sed circulis vectes inhaereant, ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti arcam sine mora elevent, si quicquid necesse est, protinus docent. Unde bene primus Pastor ecclesiae pastores ceteros admonet, dicens [5]): Parati semper satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe. Ac si aperte dicat: Ut ad portandam arcam nulla mora praepediat, vectes a circulis numquam recedant.

[1]) срав. фр. instruction.
[2]) = sonare, loqui.
[3]) выраженіе, заимствованное изъ военной терминологіи, въ см. заботиться, стараться, посвящать себя.
[4]) т. е. cum pastor consulitur a subditis de spiritali.
[5]) 1 Петр. 3. 15.

3.

Гимны.

1.

Hymnus matutinus diebus Dominicis [1]).

Primo dierum omnium,
Quo mundus exstat conditus,
Vel quo resurgens conditor
Nos morte victa liberat,
Pulsis procul torporibus,
Surgamus omnes ocius
Et nocte quaeramus pium,
Sicut prophetam novimus [2]),
Nostras preces ut audiat
Suamque dextram porrigat,
Et expiatos sordibus
Reddat polorum sedibus;
Ut, quique [3]) sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis [4]) muneret.
Iam nunc, paterna claritas,
Te postulamus affatim,
Absit libido sordidans
Omnisque actus noxius.
Ne foeda sit vel lubrica
Compago nostri corporis,
Per quod averni [5]) ignibus
Ipsi crememur acrius.
Ob hoc, Redemptor, quaesumus,
Ut probra nostra diluas,
Vitae perennis commoda
Nobis benigne conferas;

[1]) написанъ тѣмъ же метромъ, какимъ и Амвросіевы гимны.
[2]) sc. quaesivisse. Намекается на различныя мѣста у Псалмопѣвца (напр. 6, 7; 76, 2; 118, 58, 62 и др.), въ коихъ говорится о покаяніи его предъ Господомъ во время ночи. Pium здѣсь лучше относить къ prophetam; впрочемъ, сл. 2. 5. pio regi.
[3]) = qui.
[4]) = богатый.
[5]) въ см. преисподней. Собственно, lacus Avernus, близъ Неаполя, считалось входомъ въ преисподнюю.

Quo carnis actu exules [1]),
Effecti ipsi caelibes,
Ut praestolamur cernui [2]),
Melos canamus gloriae.

2.

Ad Nocturnum [3]).

Nocte surgentes vigilemus omnes,
Semper in psalmis meditemur atque
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos;
Ut pio regi pariter canentes
Cum suis sanctis mereamus aulam
Ingredi caeli simul et beatam
Ducere vitam.
Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cuius reboat per omnem
Gloria mundum.

3.

Ad Laudes [4]).

Ecce iam noctis tenuatur umbra,
Lucis aurora [5]) rutilans coruscat,

[1]) = освобожденные отъ плотскихъ прегрѣшеній.
[2]) = humiles.
[3]) Гимнъ писанъ меньшимъ Сафическимъ метромъ (metrum Sapphicum minus):

⏑ – – ⏑ ⏑ ‖ ⏑ – – ⏑ – ⏑
⏑ – – ⏑ ⏑ ‖ ⏑ – – ⏑ – ⏑
⏑ – – ⏑ ⏑ ‖ ⏑ – – ⏑ – ⏑
⏑ – – –

Nocturnum—ночное славословіе.
[4]) Метръ, какъ въ предъидущемъ. Laudes—pars ultima officii nocturnalis.
[5]) aurora есть Nom.

Nisibus totis rogitemus omnes
Cunctipotentem,
Ut Deus noster miseratus omnem
Pellat languorem, tribuat salutem,
Donet et nobis pietate patris
Regna polorum.
Praestet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterque sancti
Spiritus, cuius reboat per omnem
Gloria mundum.

4.

In Quadragesima [1]).

Clarum decus ieiunii
Monstratur orbi caelitus,
Quod Christus auctor omnium
Cibis dicavit abstinens.
Hoc Moyses carus Deo
Legisque lator factus est,
Hoc Eliam per aëra
Curru levavit igneo.
Hinc Daniel mysterium
Victor leonum viderat [2]),
Per hoc amicus intimus
Sponsi [3]) Iohannes claruit.
Haec nos sequi dona, Deus,
Exempla parsimoniae;
Tu robur auge mentium,
Dans spiritale gaudium.

5.

In passione Christi [4]).

Rex Christe, factor omnium,
Redemptor et credentium,

[1]) Метръ, какъ въ первомъ.
[2]) Дан. 2. 19.
[3]) = Christi, какъ Жениха небеснаго.
[4]) Метръ, какъ въ предъидущемъ.

Placare votis supplicum
Te laudibus colentium.
Cuius benigna gratia
Crucis per alma vulnera
Virtute solvit ardua
Primi parentis vincula.
Qui es creator siderum,
Tegmen subisti carneum,
Dignatus hanc vilissimam
Pati doloris formulam [1]).
Ligatus es, ut solveres
Mundi ruentis complices [2]),
Per probra tergens crimina,
Quae mundus auxit plurima.
Cruci redemptor figeris,
Terram sed omnem concutis;
Tradis potentem spiritum,
Nigrescit atque seculum [3]).
Mox et paternae gloriae
Victor resplendens culmine
Cum spiritus munimine
Defende nos, rex optime!

[1]) = forma; крестная казнь считалась одною изъ позорныхъ.
[2]) срвн. фр. complice.
[3]) =et seculum (міръ, вселенная) obscuratum est.

XIV.

Григорій Турскій.

Однимъ изъ замѣчательнѣйшихъ писателей времени, непосредственно предшествующаго эпохѣ Карла В., былъ Georgius Florentius, впослѣдствіи перемѣнившій свое имя на Gregorius и общеизвѣстный подъ названіемъ Турскаго (Turonensis), отъ города Тура (civitas Turonum), гдѣ онъ былъ впослѣдствіи епископомъ. Родился онъ въ Галльскомъ городѣ Arverna (Clermont Ferrand, въ Оверни), ок. 540 г., отъ знатныхъ родителей и состоялъ въ родствѣ съ нѣсколькими лицами, занимавшими высшія духовныя должности въ Галліи. Рано лишившись отца, Григорій былъ предназначенъ благочестивою матерью на служеніе церкви; подъ руководствомъ своего дяди, Арверискаго епископа Галла, и его преемника Авита, получилъ онъ образованіе и въ 572 г. былъ избранъ на епископскую каѳедру въ гор. Турѣ. Молодой Григорій долго не рѣшался принять столь высокій санъ и притомъ въ одномъ изъ самыхъ богатыхъ и значительныхъ городовъ Галліи, и только неотступныя просьбы Сигберта, сына Лотаря I († 561), побудили молодаго діакона согласиться на избраніе. Не смотря на трудное положеніе Турскаго епископа въ смутную эпоху борьбы дѣтей Лотаря I, Григорій сумѣлъ сдѣлаться истиннымъ пастыремъ своей паствы и изъ-за интересовъ политическихъ не позабывалъ и объ ея духовныхъ нуждахъ. Однимъ изъ средствъ удовлетворить послѣднимъ служила для Григорія литературная дѣятельность. Число написанныхъ имъ сочиненій значительно, что особенно примѣчательно какъ потому, что писать сталъ Григорій лишъ со вступленія на епископскую каѳедру, такъ и потому, что онъ въ продолженіи всего своего епископства игралъ видную и почтенную политическую роль. Дошедшія до насъ его сочиненія суть слѣдующія:

1) X книгъ Церковной исторіи Франковъ (historiae ecclesiasticae Francorum libri X), сочиненіе, стяжавшее автору прозваніе франкскаго Иродота. Начинаясь съ очерка всемірной исторіи отъ сотворенія міра, лѣтопись Григорія занимается затѣмъ исключительно исторіей Франковъ съ самаго завоеванія ими Галліи. Чѣмъ ближе къ современности подвигается авторъ, тѣмъ подробнѣе, живѣе и занимательнѣе становится его разсказъ, переходящій наконецъ въ повѣствованіе очевидца, и притомъ такого, который принималъ во многихъ событіяхъ непосредственное участіе. Исторія Григорія доведена до 592 г., а самъ онъ умеръ въ 594 г.

2) «VII книгъ чудесъ» (miraculorum libri VII), агіографическій сборникъ, состоящій изъ слѣдующихъ самостоятельныхъ сочиненій:

а) de gloria martyrum—легенды о чудесахъ мучениковъ, начинающіяся съ повѣствованій, имѣющихъ отношеніе къ Христу, Богоматери и Апостоламъ, затѣмъ сообщающія свѣдѣнія о другихъ мученикахъ, преимущественно Галльскихъ;

б) «о чудесахъ Св. Іуліана» (de miraculis S. Iuliani, въ Оверни постр. въ 304 г.);

в) «о славѣ исповѣдниковъ» (de gloria confessorum), также преимущественно о Галльскихъ и

г) «о чудесахъ Св. Мартина» (de miraculis S. Martini libri IV, въ Турѣ, † ок. 397).

Цѣль агіографическихъ трудовъ Григорія видна лучше всего изъ приводимаго ниже предисловія къ книгѣ: de gloria confessorum.

Будучи любопытны по содержанію, исчисленныя сочиненія Григорія любопытны и по изложенію: въ только что указанномъ предисловіи самъ онъ сознается въ своемъ незнаніи латинской грамматики и въ томъ, что его рѣчь похожа на рѣчь полуобразованнаго крестьянина. И дѣйствительно, въ языкѣ Григорія тамъ и сямъ попадаются слѣды начавшагося уже разложенія латинскаго языка, слѣды, правда, рѣдкіе, но тѣмъ не менѣе ясно указывающіе на тотъ путь, по которому впослѣдствіи пошла латинская рѣчь, сдѣлавшаяся полуварварской смѣсью изъ ученой латыни и вновь образовавшагося языка романскаго.

О Григоріи см. Kries, De Gregorii Turonensis vita et scriptis. Vratislaviae 1839. Löbell, Gregor v. Tours und seine Zeit. 2-е изд. Leipzig. 1869. Monod, Etudes critiques sur les sources de l' histoire mérovingienne. I. Paris. 1872 и введеніе Гизебрехта къ нѣмецкому переводу Исторіи, Berlin 1851 (въ собраніи: Die Geschichtsschreiber der deutschen Vorzeit, Перца).

Лучшія изданія Григорія Ruinart, Paris. 1699 fol. (у Migne T. LXXI) и Guadet et Taranne, Paris 1836—38. 4 vol. 8°.

1.

Historiae Francorum. Lib. II, c. 21.

Quo [1]) migrante [2]), Sidonius [3]) ex praefecto substituitur, vir secundum seculi dignitatem nobilissimus et de primis Galliarum senatoribus, ita ut filiam sibt Aviti imperatoris in matrimonio sociaret. Huius tempore, cum adhuc apud [4]) urbem Arvernam Victorius, cuius supra meminimus [5]), moraretur, fuit in monasterio beati Cyriaci [6]) urbis ipsius abbas, Abraham [7]) nomine, qui fide atque operibus Abrahae illius prioris refulgebat, sicut in libro vitae eius scripsimus.

Cap. 22. Sanctus vero Sidonius tantae facundiae erat, ut plerumque ex improviso luculentissime quae voluisset, nulla obsistente mora, componeret. Contigit autem quadam die, ut ad festivitatem basilicae monasterii, cuius supra meminimus, invitatus accederet, ablatoque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat, ita paratus a tempore [8]) cunctum festivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur nec putaretur ab adstantibus ibidem hominem locutum fuisse sed angelum. Quod in praefatione libri quem de missis [9]) ab eo compositis coniunximus [10]), plenius declaravimus. Cum autem esset magnificae [11]) sanctitatis atque, ut diximus, ex senatoribus primis, plerumque nesciente coniuge, vasa argentea auferebat a [12]) domo et pauperibus erogabat [13]). Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur [14]) in eum, sed tamen dato egenis pretio species [15]) domi restituebat.

Cap. 23. Cumque ad officium dominicum fuisset mancipatus [16]) et sanctam ageret in seculo vitam, surrexere contra eum duo presbyteri et ablata ei omne potestate a rebus ecclesiae, arctum ei victum et tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegere.

[1]) = Eparchio, episcopo Arvernorum.
[2]) = sc. ex hoc mundo in alium, = mortuo.
[3]) см. о Сидоніи Аполлинарисѣ, стр. 467.
[4]) = in.
[5]) 1. II. c. 20. Викторій былъ вождемъ (dux) Готѳовъ, управлявшимъ, по распоряженію Ейриха, 7 Галльскими провинціями (Septimania).
[6]) муч. Кирикъ и мать его Іулитта пострадали ок. 305 г.
[7]) родомъ Персіянинъ; объ его смерти см. Sidon. Apollin. 7. 17, составившаго ему епитафію, и отдѣльное жизнеописаніе, составленное Григоріемъ.
[8]) = ex tempore.
[9]) missa = литургія. О миссахъ, составленныхъ, Сидоніемъ, мы не знаемъ никакихъ подробностей, равно какъ и объ упоминаемомъ здѣсь сочиненіи Григорія.
[10]) = componere.
[11]) = magna, excellens, mirifica.
[12]) = ex.
[13]) = раздавать.
[14]) = σκανδαλίζεσθαι, соблазняться.
[15]) = самыя вещи.
[16]) про служеніе Богу, въ санѣ епископскомъ.

Sed non longi temporis spatio inultam [1]) eis iniuriam divina voluit sustinere clementia, nam unus ex his nequissimis et indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuisset eum de ecclesia velle extrahere, signum [2]) ad matutinas [3]) audiens fuisse commotum, fervens fele contra sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans quod die praecedente tractaverat [4]). Ingressus autem in secessum [5]) suum... spiritum exhalavit... Dehinc beatus sacerdos [6]), uno adhuc manente nihilominus inimico, suae restituitur potestati. Factum est autem post haec, ut accedente febre aegrotare coepisset, qui rogat suos, ut eum in ecclesiam ferrent. Cumque illuc illatus fuisset, conveniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, simulque etiam et infantium plangentium atque dicentium: Cur nos deseris, pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? Numquid erit nobis post transitum [7]) tuum vita? numquid erit postmodum qui nos sapientiae sale sic condiat, aut ad dominici nominis timorem talis prudentiae ratione redarguat? Haec et his similia populis [8]) cum magno fletu dicentibus tandem sacerdos spiritu in se sancto influente respondit: Nolite timere, o populi, ecce frater meus Aprunculus vivit et ipse erit sacerdos vester. Qui non intellegentes putabant eum loqui in exstasi [9]). Quo migrante presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remanserat, protinus omnem facultatem [10]) ecclesiae, tamquam si iam episcopus esset, inhians cupiditate, praeoccupat dicens: Tandem respexit in me Deus cognoscens me iustiorem esse Sidonio largitusque est mihi hanc potestatem. Cumque per totam urbem superbus ferretur, adveniente die dominico [11]), qui imminebat post transitum sancti viri, praeparato epulo, iussit cunctos cives in domo ecclesiae invitari, despectisque senioribus primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi somnium quod, si permittis, edicam. Videbam hac nocte dominica, et ecce erat domus magna, et in domo erat thronus positus, in quo quasi iudex residebat, cunctis potestate praestantior; cui adsistebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed et promiscuae populorum turbae valde innumerabiles. Verum, cum haec trepidus contemplarer, conspicio eminus inter eos beatum adstare Sidonium et cum presbytero illo tibi carissimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migravit, attente [12]) litigantem. Quo devicto, iubet rex, ut in imis carce-

[1]) sc. esse.
[2]) = колоколъ (срвн. Итал. segno).
[3]) matutinae sc. vigiliae, утреня.
[4]) = dicere.
[5]) = latrina (срвн. Итал. cesso).
[6]) = episcopus.
[7]) sc. in aliam vitam, = mortem.
[8]) = люди.
[9]) = забытье, бредъ.
[10]) = власть.
[11]) = κυριακή.
[12]) = cum magna virium intentione.

ris angustiis retrudatur, ablatoque isto contra te iterum suggerit, dicens te in eo scelere propter quod ille prior damnatus fuerat, fuisse participem. Verum ubi iudex, quem ad te transmitteret, sollicite coepit inquirere, ego me inter reliquos occulere coepi et a tergo [1]) statui [2]), tractans apud memetipsum, ne forte ego, qui notus sum homini, mittar. Dum haec mecum tacitus volverem, amotis omnibus, remansi solus in publico, vocatusque a iudice, propius accedo. Cuius virtutem atque splendorem contuens, coepi, hebes effectus, titubare prae metu. Et ille: Ne timeas, puer, inquit, sed vade, dic presbytero illi: Veni ad respondendam causam, quia Sidonius te accersiri deprecatus est. Tu vero ne moram facias ad eundum, quia sub grandi testificatione [3]) mihi praecepit rex ille tibi haec loqui, dicens: Si tacueris, morte pessima morieris. Haec eo loquente exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum. Ac de recubitu [4]) ablatus, mortuus sepulturae mandatus est, possessurus infernum cum satellite [5]) suo. Tale iudicium super contumaces clericos dominus in hunc praetulit mundum... Qui non ambiguntur [6]) pariter possidere tartarum, quia simul egerunt nequiter contra sanctum episcopum suum. Interea, cum iam terror Francorum resonaret in his partibus et omnes eos amore desiderabili cuperent regnare, sanctus Aprunculus, Lingonicae civitatis [7]) episcopus, apud Burgundiones [8]) coepit haberi suspectus. Cumque odium de die in diem cresceret, iussum est, ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio, nocte a castro Divionensi [9]) per murum demissus, Arvernos advenit ibique iuxta verbum Domini, quod posuit in ore sancti Sidonii, undecimus datur episcopus.

Lib. II, c. 29.

Igitur ex Chlotilde regina habuit [10]) filium primogenitum, quem cum mulier baptismo consecrare vellet, praedicabat assidue viro, dicens: nihil sunt dii quos colitis, qui neque sibi neque aliis poterunt subvenire. Sunt enim aut ex lapide aut ex ligno aut ex metallo aliquo sculpti; nomina vero quae iis indidistis homines fuere, non dii [11]): ut Saturnus, qui filio [12]), ne a regno depelleretur, per

[1]) sc. iudicis.
[2]) = steti.
[3]) = угроза.
[4]) = de loco, ubi recumbebat.
[5]) = товарищъ.
[6]) = de quibus non ambigitur eos...
[7]) т. Langres.
[8]) Burgundiones занимали теперешнюю Bourgogne.
[9]) = Divio, Dibio, н. Дижонъ.
[10]) Хлодовей, предводитель Франковъ, род. ок. 470 г.
[11]) т. е. nomina... testantur eos homines fuisse, non deos.
[12]) = e manibus filii.

fugam elapsus asseritur; ut ipse Iuppiter, omnium stuprorum spurcissimus perpetrator [1])..., qui nec ab ipsius sororis potuit abstinere concubitu, ut ipsa ait: Iovisque et soror et coniux [2]). Quid Mars Mercuriusque potuere, qui potius sunt magicis artibus praediti, quam divini numinis potentiam habuere? Sed ille magis coli debet, qui caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt verbo ex non exstantibus [3]) procreavit, qui solem lucere fecit et caelum stellis ornavit, qui aquas reptilibus [4]), terras animantibus, aëra volatilibus adimplevit, cuius nutu terrae frugibus, pomis arbores, uvis vineae decorantur, cuius manu genus humanum creatum est, cuius largitione ipsa illa creatura [5]) omnis homini suo quem creavit et obsequio et beneficio [6]) famulatur. Sed cum haec regina diceret, nullatenus [7]) ad credendum regis animus movebatur, sed dicebat: Deorum nostrorum iussione cuncta creantur ac prodeunt, Deus vero vester nihil posse manifestatur et, quod magis est, nec de deorum genere esse probatur. Interea regina fidelis filium ad baptismum exhibet: adornari ecclesiam velis praecipit atque cortinis [8]), quo facilius vel hoc mysterio provocaretur ad credendum qui flecti praedicatione non poterat. Baptizatus autem puer, quem Ignomerem vocitaverunt, in ipsis sicut regeneratus [9]) fuerat albis [10]) obiit. Qua de causa commotus fele [11]) rex non segniter [12]) increpabat reginam dicens: Si in nomine deorum meorum puer fuisset dicatus, vixisset utique; nunc autem quia in nomine dei vestri baptizatus est, vivere omnino non potuit. Ad haec regina: Deo, inquit, omnipotenti, creatori omnium gratias ago, qui me non usquequaque [13]) iudicavit indignam, ut de utero meo genitum regno suo dignaretur adscire. Mihi autem dolore huius causae [14]) animus non attingitur, quia scio in albis ab hoc mundo vocatos, Dei obtutibus nutriendos. Post hunc vero genuit alium filium quem baptizatum Chlodomerem vocavit, et hic cum aegrotare coepisset dicebat rex: Non potest aliud fieri nisi et de hoc sicut et de fratre eius contingat, ut baptizatus in nomine Christi vestri, protinus moriatur; sed orante matre, Domino iubente convaluit.

[1]) См. Пруд. г. II. ст. 466.
[2]) Vergil. Aen. 1, 46.
[3]) = небытіе.
[4]) мы ожидали бы: piscibus, но здѣсь имѣются въ виду раки, лягушки и т. п.
[5]) въ коллективномъ знач.
[6]) ибо служитъ на пользу человѣка.
[7]) = οὐδαμῶς.
[8]) cortinae (срвн. Нѣм. Gardinen), ковры или занавѣси, служившіе къ украшенію алтарей и храмовъ. См. Augustin. Quaest. 177. 2. in Exod: αὐλαίας quas Graeci appellant, Latini aulaea perhibent, quos cortinas vulgo vocant.
[9]) sc. per baptisma.
[10]) albae (sc. vestes), бѣлая одежда, которую надѣвали на окрещеннаго и которая носилась имъ цѣлую недѣлю.
[11]) = ira.
[12]) = не упускалъ случая.
[13]) = окончательно.
[14]) = res (срв. фр. chose).

Cap. 30. Regina vero non cessabat proedicare, ut Deum verum cognosceret et idola neglegeret, sed nullo modo ad haec credenda poterat commoveri, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoveretur [1]), in quo compulsus est confiteri necessitate quod prius voluntate negaverat. Factum est autem, ut confligente utroque exercitu [2]) vehementer caederentur [3]), atque exercitus Chlodovei valde ad internecionem ruere coepit. Quod ille videns, elevatis ad caelum oculis, compunctus [4]) corde, commotus in lacrimis ait: Iesu Christe, quem Chlotildis praedicat esse filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus victoriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuae opis gloriam devotus efflagito [5]), ut si mihi victoriam super hos hostes indulseris ex expertus fuero illam virtutem [6]) quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se praedicat, credam tibi et in nomine tuo baptizer. Invocavi enim deos meos, sed, ut experior, elongati sunt [7]) ab auxilio meo [8]), unde credo eos nullius esse potestatis praeditos [9]), qui sibi oboedientibus non succurrunt. Te nunc invoco et tibi credere desidero, tantum ut eruar [10]) ab adversariis meis. Cumque haec diceret, Alamanni terga vertentes in fugam labi coeperunt. Cumque regem suum cernerent interemptum, Chlodovei se ditionibus [11]) subdunt, dicentes: Ne amplius, quaesumus, pereat populus, iam tui sumus. At ille, prohibito bello coarctatoque populo cum pace regressus, narravit reginae, qualiter [12]) per invocationem nominis Christi victoriam meruit obtinere.

Cap. 31. Tunc regina accersiri clam sanctum Remigium [13]), Remensis urbis episcopum iubet, deprecans, ut regi verbum salutis insinuaret [14]). Quem sacerdos accersitum secretius coepit instigare [15]), ut Deum [16]) verum factorem caeli et terrae crederet, idola neglegeret, quae neque sibi neque aliis prodesse possunt. At ille ait: Libenter te, sanctissime pater, audiam, sed restat unum, quod populus qui me sequitur non paritur relinquere deos suos, sed vado et loquor eis iuxta verbum tuum. Conveniens autem cum suis, priusquam ille

---

[1]) въ 496 г.
[2]) при гор. Tolbiacum, н. Цюльпихъ, недалеко отъ Бонна на Рейнѣ.
[3]) подлежащее извлекай изъ utroque exercitu.
[4]) compungere = κατανύσσειν, потрясать, смущать.
[5]) = peto, oro.
[6]) = могущество.
[7]) elongare = μακρύνειν.
[8]) = мнѣ.
[9]) praeditus здѣсь управляетъ Genetiv.
[10]) = liberer.
[11]) риторич. plural.
[12]) = какъ, какимъ образомъ.
[13]) Ремигій (Sc. Remigius, St. Remi), † 533 г., епископъ гор. Реймса, за услуги, оказанныя имъ распространенію католичества въ Галліи, зовется апостоломъ Франковъ.
[14]) = возвѣстить.
[15]) = побуждать, увѣщевать.
[16]) = in Deum.

loqueretur, praecurrente potentia Dei, omnis populus pariter [1]) acclamavit: Mortales deos abigimus, pie rex, et Deum, quem Remigius praedicat, immortalem sequi parati sumus. Nuntiantur haec antistiti, qui gaudio magno repletus, iussit lavacrum [2]) praeparari. Velis depictis adumbrantur plateae ecclesiae [3]), cortinis albentibus adornantur, baptisterium componitur [4]), balsama diffunduntur; micant fragrantes odore cerei totumque templum baptisterii [5]) divino respergitur ab odore. Talemque ibi gratiam adstantibus Deus tribuit, ut aestimarent se paradisi odoribus collocari. Rex ergo prior poposcit se a pontifice baptizari: procedit novus Constantinus ad lavacrum, deleturus leprae veteris morbum [6]) sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingresso ad baptismum, sanctus Dei sic infit ore facundo: Mitis depone [7]) colla Sigamber [8]), adora quod incendisti, incende quod adorasti. Erat enim sanctus Remigius episcopus egregiae scientiae et rhetoricis apprime [9]) imbutus studiis, sed et sanctitate ita praelatus, ut Silvestri [10]) virtutibus aequaretur. Est enim nunc liber vitae eius [11]), qui eum narrat mortuum suscitasse. Igitur rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus baptizatus est in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti delibutusque sacro chrismate [12]) cum signaculo [13]) crucis Christi. De exercitu vero eius baptizati sunt amplius tria milia. Baptizata est et soror eius Albofledis, quae non post multum [14]) tempus migravit ad Dominum; pro qua cum rex contristaretur, sanctus Remigius consolatoriam misit epistolam, quae hoc modo sumpsit exordium: Angit me et satis me angit vestrae [15]) causa tristitiae, quod bonae memoriae [16]) germana vestra transiit Albofledis. Sed de hac re consolari possumus quia talis de hoc mundo migravit, ut suspici magis debeat quam lugeri. Conversa est enim et alia soror eius [17]) Lanthildis

---

[1]) = всѣ одинаково.
[2]) = fontes, купель.
[3]) = внутренніе портики.
[4]) = убираться, украшаться.
[5]) въ древности крещатики строились отдѣльнымъ зданіемъ близъ храма.
[6]) намекъ на исцѣленіе Господомъ прокаженныхъ.
[7]) = склонить.
[8]) Sigambri, Sugambri, германская народность, отличавшаяся ожесточенною ненавистью къ Римлянамъ.
[9]) = imprimis.
[10]) разумѣется Св. Сильвестръ, епископъ Римскій, † 335 г. Здѣсь Ремигій сравнивается съ Сильвестромъ потому, что, по преданію Латинской церкви (Martyrol. Rom. 31 Дек.), послѣдній крестилъ Константина В.
[11]) Разумѣется біографія Ремигія, написанная Венанціемъ Фортунатомъ, † 600 г.
[12]) = χρῖσμα, миропомазаніе.
[13]) = знаменіе.
[14]) = post non multum.
[15]) = tuae.
[16]) = блаженной памяти. Впослѣдствіи эти слова слились въ одно: bonaememorius, a.
[17]) = Chlodovei.

nomine, quae in haeresin Arianorum dilapsa fuerat, quae confessa aequalem Filium Patri et Spiritum Sanctum chrismata est [1]).

Lib. V, c. 43.

Leuuildus vero rex [2]) Agilanem legatum ad Chilpericum [3]) mittit [4]), virum nullius ingenii aut dispositionis ratione peritum [5]), sed tantum voluntate [6]) in catholica lege perversum. Quem cum via Turonos [7]) detulisset, lacessire [8]) nos de fide et impugnare ecclesiastica dogmata coepit. Iniqua enim, inquit, fuit antiquorum episcoporum lata sententia [9]) quae aequalem asseruit Filium Patri. Nam qualiter [10]), inquit, poterit esse Patri aequalis in potestate qui ait: Pater maior me est [11])? Non est ergo aequm, ut ei similis aestimetur quo se minorem dicit, cui [12]) tristitiam mortis ingemit, cui postremo moriens spiritum quasi nulla praeditus potestate commendat. Unde Patre eum et aetate et potestate aeterna minorem. Ad haec ego interrogo, si crederet Iesum Christum Filium Dei esse, si eundemque esse Dei sapientiam, si lumen, si veritatem, si vitam, si iustitiam fateretur? Qui ait: Credo haec omnia esse Filium Dei. Et ego: Dic ergo mihi, quando Pater sine sapientia, quando sine lumine, quando sine vita, quando sine veritate, quando sine iustitia fuerit? sicut enim Pater sine istis esse non potuit, ita et sine Filio esse non potuit, quae maxime et dominici nominis mysterium coaptantur [13]), sed nec pater esset utique, si filium non haberet. Quod autem eum dixisse ais: Pater maior me est, scias eum hoc ex assumptae carnis humilitate dixissse, ut cognoscas non potestate, sed humilitate te fuisse redemptum. Nam tu qui dicis: Pater maior me est, oportet te meminisse quod alibi ait: Ego et Pater unum sumus [14]). Nam et mortis timor et commendatio spiritus ad infirmitatem corporis est referenda, ut sicut verus Deus, ita et verus homo

[1]) въ знакъ присоединенія къ православію.
[2]) Леовигильдъ (568—586), царь Визиготескій, ревностный приверженецъ Аріанства.
[3]) Хильперикъ (562—584), царь Франкскій.
[4]) въ исходѣ VI в.
[5]) отрицаніе изъ nullius переходитъ и въ этотъ членъ предложенія; затѣмъ констр. peritum dispositionis ratione = опытный въ распредѣленіи (= изложеніи) своихъ мыслей по требованіямъ разума (= логики).
[6]) = душевное расположеніе, настроеніе.
[7]) т. Туръ.
[8]) = lacessere.
[9]) на Никейскомъ соборѣ.
[10]) = quomodo.
[11]) Іоан. 14. 28.
[12]) = передъ кѣмъ.
[13]) т. е. эти положенія и таинство имени Господня весьма подходятъ (= согласуются) одно къ другому.
[14]) Іоан. 10, 30.

credatur. Et ille: Cuius quis implet voluntatem eo et minor est. Semper filius minor est patre, quia ille facit voluntatem patris nec pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad haec ego: Intellege quia [1]) Pater in Filio et Filius in Patre in una semper deitate subsistit. Nam ut cognoscas Patrem Filii facere voluntatem, si in te fides evangelica [2]) manet, audi quid ipse Iesus, Deus noster, cum ad resuscitandum venit Lazarum, ait: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me; et ego sciebam quia semper me audis, sed propter turbam quae circumstat dixi, ut credant quia Tu me misisti [3]). Sed et cum ad passionem venit, ait: Pater, clarifica me ciaritate quam habui apud temetipsum, priusquam mundus fieret [4]). Cui Pater de caelo respondit: Et clarificavi et iterum clarificabo [5]). Aequalis ergo Filius in deitate, non minor, sed neque aliquid minus habens, nam si Deum confiteris, necesse est integrum fatearis et nihil egentem; si vero integrum esse negas, Deum esse non credis. Et ille: Ex assumpto homine coepit Dei filius vocitari, nam erat [6]) quando non erat. Et ego: Audi David dicentem ex persona Patris: Ex utero ante luciferum genui te [7]). Et Iohannes Evangelista ait: In principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum [8]); hoc ergo verbum caro factum est et habitavit in nobis [9]); per quem facta sunt omnia [10]); nam vos caecati veneno persuasionis [11]) nihil dignum de Deo sentitis. Et ille: Numquid et Spiritum Sanctum Deum dicitis aut aequalem Patri Filioque decernitis? Cui ego: Una in tribus est voluntas, potestas, operatio; unus Deus in trinitate et trinus in unitate. Tres personae, sed unum regnum, una maiestas, una potentia omnipotentiaque. Et ille: Spiritus Sanctus, inquit, quem aequalem Patri profertis ac Filio, utrisque minor accipitur, quia et a Filio promissus, et a Patre legitur missus. Nemo enim promittit, nisi quod suae dominationi subsistit [12]), et nemo mittit nisi inferiorem se, sicut ipse ait in evangelio: Nisi ego abiero, Paracletus [13]) ille non veniet; si autem abiero, mittam illum ad vos [14]). Ad haec ego respondi: Bene Filius ante passionem ait, quia nisi ille ad Patrem victor remeaverit ac proprio sanguine redempto mundo dignum Deo ex homine praeparet habitaculum,

[1]) = что.
[2]) = въ Евангеліе.
[3]) Іоан. 11, 41, 42.
[4]) Іоан. 17. 5.
[5]) Іоан. 12. 28.
[6]) sc. tempus.
[7]) Псал. 110. 3. Lucifer, Φωσφόρος, денница, утренняя звѣзда.
[8]) Іоан. 1. 1.
[9]) Іоан. 1. 14.
[10]) Іоан. 1. 3.
[11]) = обольщеніе.
[12]) = подчиняться.
[13]) см. прим. на стр. 249.
[14]) Іоан. 16. 7.

non potest Sanctus Spiritus idem deus in pectore fanatico [1]) et originalis criminis [2]) labe infecto descendere. Spiritus enim Sanctus, ait Salomon, fugiet fictum [3]). Tu autem si spem aliquam resurrectionis habes, noli loqui adversus Spiritum Sanctum, quia iuxta sententiam Domini, Spiritum Sanctum blasphemanti non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro [4]). Et ille: Deus est qui mittit, non est deus qui mittitur. Ad haec ego interrogo si crederet doctrinam Petri Paulique apostolorum? Respondente autem eo: Credo, adieci: Cum argueret Petrus apostolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat: Quid tibi visum mentiri Spiritui Sancto? non es enim mentitus hominibus, sed Deo [5]). Et Paulus, cum gratiarum spiritalium distingueret gradus: Haec omnia, inquit, operatur unus atque idem spiritus, dividens unicuique prout vult [6]). Qui enim quod voluerit facit, in nullius redigitur potestatem. Nam vos, ut superius dixi, nihil recte de Trinitate Sancta sentitis et quam iniqua sit huius sectae perversitas, ipsius auctoris vestri, id est Arii, expressit interitus. Ad haec ille respondit: Legem quam non colis blasphemare noli. Nos vero quae creditis etsi non credimus, non tamen blasphemamus, quia non deputatur crimini, si illa et illa colantur. Sic enim vulgato sermone dicimus non esse noxium si inter gentilium aras et Dei ecclesiam quis transiens utraque veneretur. Cuius ego stultitiam cernens aio: Ut video, et gentilium defensorem et haereticorum assertorem te esse manifestas, cum et ecclesiastica dogmata maculas et paganorum spurcitias praedicas adorari. Satius, inquio, faceres, si ea te armaret fides quam Abraham ad ilicem, Isaac in ariete, Iacob in lapide, Moyses vidit in sente [7]), quam Aaron portavit in logio [8]), David exsultavit in tympano, Salomon praedicavit in intellectu, quam omnes patriarchae, prophetae, sive lex ipsa vel oraculis [9]) cecinit [10]), vel sacrificiis figuravit, quam et nunc praesens suffragator Martinus [11]) noster vel possedit in pectore vel ostendit in opere, ut et tu conversus crederes inseparabilem Trinitatem et accepta a nobis benedictione purgatoque a malae credulitatis [12]) veneno pectore delerentur iniquitates tuae. At ille furore commotus et nescio quid quasi insanus frendens, ait:

[1]) fanaticus = qui colit fana, язычникъ.
[2]) = первородный грѣхъ.
[3]) Прем. 1. 5.
[4]) Матѳ. 12. 32.
[5]) Дѣян. 5. 3. 4.
[6]) 1 Кор. 12. 11.
[7]) = купина.
[8]) logium (=λογεῖον), rationale, наперсникъ или слово судное, носившееся еврейскимъ первосвященникомъ на груди.
[9]) = изреченіе.
[10]) это сказуемое относится и къ предъидущимъ: patriarchae, prophetae.
[11]) Мартинъ, еп. Турскій, 317—397 г., особенно почитавшійся въ Галліи.
[12]) = professio fidei (срвн. фр. croyance).

Ante anima ab huius corporis vinculis emicet [1]), quam ab ullo religionis vestrae sacerdote benedictionem accipiam. Et ego: Nec nostram Dominus religionem sive fidem ira tepescere [2]) faciat, ut distribuamus sanctum [3]) eius canibus ac pretiosarum margaritarum sacra porcis squalentibus exponamus. Ad haec ille, relicta altercatione, surrexit et abiit. Sed post haec cum in Hispanias [4]) reversus fuisset, infirmitate debilitatus ad nostram religionem necessitate cogente conversus est.

Lib. X, c. 1.

Anno igitur quinto decimo Childeberti [5]) regis, diaconus noster ab urbe Roma sanctorum cum pignoribus [6]) veniens, sic retulit, quod anno superiore mense nono tanta inundatione Tiberis fluvius urbem Romam obtexit, ut aedes antiquae diruerentur, horrea etiam ecclesiae subversa sint, in quibus nonnulla milia modiorum tritici periere. Multitudo etiam serpentium cum magno dracone in modum trabis validae per huius fluvii alveum in mare descendit. Sed suffocatae bestiae inter salsos maris turbidi fluctus, littori [7]) eiectae sunt. Subsecuta est de vestigio [8]) clades [9]); nam medio mense XI adveniens, primum omnium, iuxta illud quod in Ezechiele propheta legitur [10]): A sanctuario meo incipite, Pelagium papam [11]) perculit, quo defuncto, magna strages populi de hoc morbo facta est. Sed quia ecclesia Dei absque [12]) rectore esse non poterat, Gregorium diaconum plebs omnis elegit. Hic enim de senatoribus primis, ab adolescentia devotus Deo, in rebus propriis [13]) sex in Sicilia monasteria congregavit, septimum intra urbis Romae muros instituit; quibus tantam delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum praebendum sufficeret, reliqua vendidit cum omni praesidio [14]) domus ac pauperibus erogavit [15]), et qui ante serico contextu [16]) ac gemmis micantibus solitus erat per urbem procedere trabeatus [17]),

[1]) про быстрое удаленіе души изъ тѣла.
[2]) = тлѣть, про потерю силъ и жизненности.
[3]) = святыня.
[4]) множеств. ч. потому, что Испанія, т. е. Пиренейскій полуостровъ, дѣлилась на нѣсколько провинцій.
[5]) Хильдебертъ II, царь Франкскій, 574—596 г.
[6]) разумѣются мощи святыхъ, которыя онъ принесъ изъ Рима.
[7]) = in littus.
[8]) = e vestigio.
[9]) = моровая язва.
[10]) Іезек. 9. 6.
[11]) 578—590 г.
[12]) = sine.
[13]) = на свои средства.
[14]) = bona, facultates.
[15]) = donare.
[16]) = vestis, textilis.
[17]) trabea, пурпуровая одежда, носившаяся императорами и, какъ парадный костюмъ, знатными лицами.

nunc vili contectus vestitu ad altaris dominici ministerium consecratur septimusque levita [1]) ad adiutorium papae adsciscitur. Tantaque ei abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in ieiuniis erat, ut infirmato stomacho vix consistere posset. Litteris grammaticis dialecticisque ac rhetoricis ita erat institutus, ut nulli in urbe ipsa putaretur esse secundus. Hunc apicem [2]) attentius fugere tentans, ne (quod prius abiecerat) rursum ei in seculo de adepto [3]) honore iactantia quedam subreperet, unde factum est, ut epistolam ad imperatorem Mauricium [4]) dirigeret [5]), cuius filium ex lavacro sancto [6]) susceperat, coniurans et multa prece poscens [7]), ne umquam consensum praeberet populis, ut hunc [8]) huius honoris gloria sublimaret. Sed praefectus urbis Romae, germanus eius, anticipavit nuntium, eoque comprehenso, disruptis epistolis consensum, quem populus fecerat, imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia diaconi [9]), quod reperisset locum honoris eius, data praeceptione [10]) ipsum iussit institui. Cumque in hoc restaret [11]), ut benediceretur [12]), et lues populum devastaret, verbum ad plebem pro agenda poenitentia in hunc modum exorsus est:

Oratio Gregorii ad plebem.

Oportet, fratres dilectissimi, ut flagella Dei quae metuere ventura debuimus, saltem praesentia et experta [13]) timeamus. Conversionis [14]) nodis aditum dolor aperiat et cordis nostri duritiam ipsa, quam patimur, poena dissolvat, ut enim propheta teste praedictum est: Pervenit gladius usque ad animam [15]). Ecce etenim cuncta plebs caelestis irae mucrone [16]) percutitur, et repentina singuli caede vastantur, nec languor mortem praevenit, sed languoris moras, ut cernitis, mors praecurrit. Percussus quisque ante rapitur, quam ad lamenta poenitentiae convertatur. Pensate [17]) ergo, qualis ad conspectum districti iudicis pervenit, cui non vacat flere quod fecit. Habi-

[1]) = diaconus. Св. Григорій былъ назначенъ однимъ изъ семи окружныхъ (cardinalis) діаконовъ, которые управляли семью главными частями (regiones) Рима.
[2]) = епископскій санъ. Арех, особый головной уборъ, носившійся римскими жрецами (flamines).
[3]) = sensu passivo.
[4]) Императоръ на Востокѣ, 582—602 г.
[5]) = адресовать.
[6]) = былъ его воспріемникомъ отъ купели.
[7]) = rogare.
[8]) = se, Gregorium.
[9]) = pro amicitia erga diaconum.
[10]) = diploma Imperatoris.
[11]) = дѣло стояло за тѣмъ...
[12]) про хиротонію въ епископа.
[13]) = испытанный.
[14]) обращеніе отъ грѣховной жизни къ Богу.
[15]) Іерем. 4. 10.
[16]) ибо гнѣвъ небесный сравнивается съ мечемъ. Срвн. ниже: districti iudicis.
[17]) = взвѣсить, подумать (срвн. фр. penser).

tatores quique non ex parte [1]) subtrahuntur, sed pariter corruunt; domus vacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, et sui eos ad interitum haeredes praecedunt. Unusquisque ergo nostrum ad poenitentiae lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Revocemus ante oculos mentis quicquid errando commisimus et quod nequiter egimus, flendo puniamus. Praeveniamus faciem eius in confessione [2]) et, sicut Propheta admonet, levemus corda nostra cum manibus ad Dominum [3]). Ad Deum quippe corda cum manibus levare est orationis nostrae studium merito bonae operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam qui per Prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat [4]). Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet; veternosas [5]) namque Ninivitarum culpas triduana poenitentia [6]) abstersit, et conversus latro vitae praemia etiam in ipsa sententia suae mortis emeruit. Mutemus igitur corda et praesumamus nos iam percepisse quod petimus; citius ad precem iudex flectitur, si a pravitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantae animadversionis [7]) gladio nos importunis [8]) fletibus insistamus. Ea namque, quae ingrata esse hominibus importunitas solet, iudicio veritatis placet, quia pius ac misericors Deus vult a se precibus veniam exigi, qui quantum meremur non vult irasci; hic enim per Psalmistam dicit: Invoca me in die tribulationis tuae et eripiam te, et magnificabis me [9]). Ipse ergo sibi testis est, quia invocantibus misereri desiderat, qui admonet, ut invocetur. Proinde, fratres carissimi, contrito corde et correctis operibus, ab ipso feriae [10]) quartae primo diluculo septiformem letaniam [11]) iuxta distributionem inferius designatam, devota ad lacrimas mente, veniamus [12]), ut districtus iudex cum culpas nosrtas nos punire considerat, ipse a sententia propositae damnationis parcat. Clerus igitur egrediatur ab ecclesia sanctorum martyrum Cosmae et Damiani [13]) cum presbyteris regionis sextae. Omnes vero abbates cum monachis suis ab ecclesia sanctorum martyrum Gervasii et Protasii [14]) cum

[1]) = по отдѣльности, въ одиночку.
[2]) Псал. 94. 2.
[3]) Плачъ Іер. 3. 41
[4]) Іезек. 33. 11.
[5]) = vetustus.
[6]) Іон. 3.
[7]) = наказаніе.
[8]) = pertinax, obstinatus.
[9]) Псал. 49. 15.
[10]) здѣсь не: праздникъ, а просто: день недѣли. F. quarta=середа.
[11]) letania, litania (λιτανεία), молебствіе; litania septiformis, иначе l. maior, Romana, установленная впервые св. Григоріемъ, совершается и теперь 25-го апрѣля и называется septiformis, septena по седьмикратному повторенію возваній.
[12]) venire litaniam=convenire ad celebrandam, cantandam litaniam.
[13]) Церковь Свв. Косьмы и Даміана, преобразованная въ VI в. изъ языческаго храма, находится на римскомъ форумѣ.
[14]) Этой церкви въ современномъ Римѣ не существуетъ.

presbyteris regionis quartae. Omnes abbatissae [1]) cum congregationibus suis egrediantur ab ecclesia sanctorum martyrum Marcellini et Petri [2]) cum presbyteris regionis primae. Omnes infantes ab ecclesia sanctorum martyrum Iohannis et Pauli [3]) cum presbyteris regionis secundae. Omnes vero laici ab ecclesia sancti protomartyris Stephani [4]) cum presbyteris regionis septimae. Omnes mulieres viduae ab ecclesia sanctae Euphemiae [5]) cum presbyteris regionis quintae. Omnes autem mulieres coniugatae egrediantur ab ecclesia sancti martyris Clementis [6]) cum presbyteris regionis tertiae. Ut de singulis ecclesiis exeunte cum precibus ac lacrimis ad beatae Mariae semper virginis, genetricis domini Dei nostri Iesu Christi basilicam [7]) congregemur, ut ibi diutius cum fletu ac gemitu Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus. Haec eo dicente, congregatis clericorum catervis, psallere iussit per triduum ac deprecari Domini misericordiam. De hora quoque tertia veniebant utrique [8]) chori psallentium ad ecclesiam clamantes per plateas urbis: Kyrie eleison [9]). Afferebat [10]) autem diaconus noster qui aderat, in unius horae spatio dum voces plebs ad dominum supplicationis emisit, octoginta homines ad terram corruisse et spiritum exhalasse. Sed non destitit sacerdos tantus praedicare populo, ne ab oratione cessarent. Ab hoc etiam diaconus noster reliquias sanctorum, ut diximus, sumpsit, dum adhuc in diaconatu degeret. Cumque et latibula fugae praepararet, capitur, trahitur et ad beati apostoli Petri basilicam [11]) deducitur ibique ad pontificalis gratiae [12]) officium consecratus papa urbi datus est. Sed nec destitit diaconus noster, nisi ad episcopatum eius de Porto rediret [13]) et qualiter ordinatus [14]) fuerit praesenti contemplatione suspiceret [15]).

---

[1]) = игуменья.
[2]) Храмъ этотъ находится на Via Merulana.
[3]) на холмѣ Целійскомъ, выстроена на мѣстѣ страданія мучениковъ, пострадавшихъ при Юліанѣ.
[4]) близъ Колизея, освященъ въ V в.
[5]) у подошвы Есквилина.
[6]) между Колоссеемъ (Coliseo) и Латераномъ.
[7]) т. н. basilica Liberiana (н. S. Maria Maggiore), на одномъ изъ отроговъ Есквилина, основана Св. Папою Ливеріемъ † 366 г.
[8]) здѣсь про нѣсколько.
[9]) припѣвъ, сохранившійся и доселѣ въ латинскихъ литаніяхъ.
[10]) = referre.
[11]) общензвѣстная basilica Vaticana.
[12]) = dignitas (срвн. фр. Voter Grace).
[13]) т. е. Турскій діаконъ отправился уже изъ Рима и былъ въ Portus (Traiani, н. Porto, на одномъ изъ устьевъ Тибра). Узнавъ объ избраніи Григорія, онъ не упустилъ случая (non destitit) и возвратился въ Римъ къ его хиротоніи.
[14]) = посвящать.
[15]) = spectare.

2.

De gloriâ martyrum. Lib. I, c. 5. De cruce et mirabilibus eius apud Pictavum.

Crux dominica, quae ab Helena Augusta reperta est Hierosolymis [1]), ita quarta et sexta feria [2]) adoratur. Huius reliquias et merito et fide Helenae comparanda regina Radegundis [3]) expetiit ac devote in monasterium Pictaviense [4]), quod suo studio constituit collocavit, misitque pueros iterum Hierosolymis [5]) ac per totam Orientis plagam. Qui circumeuntes sepulcra, sanctorum martyrum confessorumque cunctorum reliquias detulerunt, quibus in arca argentea cum ipsa cruce sancta locatis multa exinde miracula conspicere meruit. De quibus illud primum exponam, quod ibidem Dominus in diebus passionis suae dignatus est revelare. Sexta feria [6]) ante sanctum Pascha, cum in vigiliis sine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen parvulum in modum scintillae, deinde ampliatum huc illucque comas fulgoris spargens [7]), coepit gradatim in altum conscendere, effectaque pharus magna obscurae nocti vigilantique plebeculae lumen praebuit supplicanti; illucescente quoque caelo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantium evanuit. Ego autem audiebam saepius, quod etiam lychni qui accendebantur ante haec pignora [8]), ebullientes virtute divina, in tantum exundarent oleum, ut vas suppositum plerumque replerent, et tamen iuxta [9]) stultitiam mentis durae [10]) numquam ad haec credenda movebar, donec brutam segnitiam ad praesens [11]) ipsa quae ostensa est virtus argueret, ideoque quae oculis propriis viderim explicabo. Causa devotionis [12]) exstitit, ut sepulcrum sancti Hilarii [13]) visitans huius reginae adirem colloquia [14]). Ingressusque monasterium, consalutata regina, coram adoranda cruce ac sacris beatorum [15]) prosternor pignoribus. Denique oratione facta surrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accensus, quem cum stillis frequentibus defluere

---

[1]) въ 326 г.
[2]) feria, въ см. дня недѣли: f. quarta = среда; f. sexta = пятокъ.
[3]) жена Лотаря 1-го, впослѣдствіи принявшая монашество и западною церковью канонизованная; † 587 г.
[4]) Pictavum, Pictavium, т. Пуатье.
[5]) = въ Іерусалимъ.
[6]) т. е. въ Великій Пятокъ.
[7]) срвн. Catull. LXI. 94. vide ut faces Aureas quatiunt comas.
[8]) см. hist. Franc. X. 1.
[9]) = secundum.
[10]) = тупой.
[11]) = во очію.
[12]) срвн. фр. dévotion.
[13]) Pictaviensis. См. Іерон. de vir. illust. 110.
[14]) =hanc reginam (Radegundim) adirem colloquendo.
[15]) = святой.

conspexissem, testor Deum quia [1]) putavi quasi vas effractum, quia erat ei concha supposita, in quam oleum defluens decidebat. Tunc conversus ad abbatissam aio: Tantane te retinet mentis ignavia, ut integrum cicindilem [2]) laborare non possis, in quo oleum accendatur, nisi [3]) effractum quo defluat [4]) ponas? Et illa: Nec est ita, domine mi, sed virtus est crucis sanctae quam cernis. Tunc ego ad me reversus et ad memoriam revocans quae prius audiveram, conversus ad lychnum, video in modum ollae ferventis magnis fluctibus exundare ac per oram ipsam undis intumescentibus superfluere et, ut credo, ad incredulitatem meam arguendam magis ac magis augeri, ita ut in unius horae spatio plusquam unum sextarium [5]) redderet vasculum quod quartarium [6]) non tenebat; admiratusque silui ac virtutem adorandae crucis deinceps adoravi. Puellaque quaedam, Chrodegildis nomine, dum post mortem patris in urbis Cenomanicae [7]) territorio resideret, oculorum amissione multatur. Postquam autem ex iussione Chilperici [8]) regis, adhuc beata Radegunde regina superstite, ad antedicti monasterii transmisisset [9]) regulam, ipsa beatissima ostendente, ante sanctam prosternitur arcam; ibique cum reliquis sanctimonialibus [10]) vigilias explicans [11]), dato mane [12]), iisdem discedentibus, prostrata sola in eodem loco quievit; apparuitque ei per visum, quasi aperiret aliquis oculos eius et unum sanitati redditum, dum cum alio laboraret [13]), subito ad ostii reserati sonum expergefacta, unius oculi lumen recepit. Quod non ambigitur hoc per crucis virtutem fuisse praestitum. Energumeni [14]), claudi et alii quoque infirmi persaepe in hoc loco sanantur. Hactenus haec.

Cap. VI. De inventione clavorum.

Speciosi autem omnique metallo nobiliores dominicae crucis clavi qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina post ipsius sacrae crucis inventionem reperti sunt, et de duobus [15]) quidem frenum imperatoris [16]) munivit, quo facilius, si adversae gentes restitis-

[1]) =quod, также и ниже—quasi.
[2]) cicindilis, cicindile, собств. свѣтлякъ (= λαμπυρίς); здѣсь = lychnus.
[3]) nisi—ponas = sed—ponis.
[4]) sc. oleum.
[5]) мѣра жидкихъ и сыпучихъ тѣлъ, = 1/6 congius, 1/4 modius.
[6]) 1/4 секстарія.
[7]) гор. въ Галліи, н. le Mans.
[8]) Хильперикъ I, сынъ Лотаря, 561—584 г.
[9]) = transmissa fuisset; regula—правила, образъ монашескаго житія.
[10]) = монахиня.
[11]) = finire, absolvere.
[12]) = въ данное утро, т. е. однимъ утромъ.
[13]) = alio, ex alio laboraret.
[14]) = ἐνεργούμενοι, daemoniaci, бѣсноватые.
[15]) =duobus.
[16]) т. е. Константина В.

sent principi, hac virtute fugarentur. De quibus non est ignotum Zachariam vaticinasse prophetam: Erit, inquit [1]), quod in os equi ponitur, sanctum Domini. Eo enim tempore Adriaticum mare magnis fluctibus movebatur, in quo tam frequentia erant naufragia ac demersio hominum, ut vorago navigantium diceretur. Tunc provida regina, condolens excidia miserorum, unum ex quattuor clavis deponi iubet in pelago, confisa de Domini misericordia, quod saevas fluctuum commotiones facile posset opprimere. Quo facto redditur mare quietum, tranquillaque deinceps [2]) navigantibus flabra praestantur. Unde usque hodie nautae sanctificatum mare venerantur, cum ingressi fuerint, ieiuniis orationibusque et psallentio [3]) vacant. Clavorum ergo dominicorum, quod quattuor fuerint, haec est ratio [4]): duo sunt affixi in palmis, et duo in plantis, et quaeritur, cur plantae affixae sint quae in cruce sancta dependere visae sint potius quam stare? Sed in stipite erecto foramen factum manifestum est. Pes quoque parvulae tabulae in hoc foramen insertus est; super hanc vero tabulam, tamquam stantis hominis affixae sunt plantae. Quaeritur etiam quid de his clavis fuerit factum. Duo sunt quos supra diximus aptati in freno, tertius proiectus in fretum, quartum asserunt esse defixum in capite statuae Constantini, quae civitati [5]), ut aiunt, tota excelsior esse suspicitur [6]), scilicet ut tota, cui eminet, munitione salutis, quodammodo [7]) galea coronata esset. Magnam asserunt virtutem esse huius freni, quod [8]) ambigi nequaquam potest, quod Iustinus [9]) imperator publice expertus est ac suis omnibus patefecit. Illusus enim a quodam mago propter pecuniam amissam [10]) quas sibi daemonis umbra intolerabiles per duarum curricula [11]) noctium intulisset indicavit insidias; sed cum tertia nocte frenum capiti [12]) collocasset, locum insidiandi inimicus ultra non habuit repertumque auctorem insidiarum [13]) gladio perculit. Nobis vero, quae sit virtus ligni huius hoc modo manifestatum est. Advenit quidam qui nobis pallulam [14]) holosericam [15]) valde vetustam exhibuit, dicens ab hac [16]) in Hierosolymis [17]) crucem Domini involutam fuisse.

[1]) Зах. 14. 20.
[2]) = въ послѣдующее время.
[3]) psallentium s. psallentia, cantus ecclesiasticus, laudum divinarum, psalmorum et hymnorum concentus alternativus. Duc.
[4]) срвн. XCV. нач.
[5]) = civitate; разумѣется Константинополь.
[6]) = conspicitur.
[7]) = какъ бы нѣкоторымъ образомъ.
[8]) = qua de re.
[9]) или Юстинъ I, 518—527 г., или Юстинъ II, 565—578 г.
[10]) sc. a mago. Юстинъ слѣд. отнялъ у него деньги.
[11]) = spatium.
[12]) = galeam cum freno in capite.
[13]) sc. magum.
[14]) = платокъ, пелена.
[15]) сл. holocaustum, holographus, holosiderus.
[16]) = in ea; срвн. ниже: de qua... involvebatur.
[17]) =Hierosolymis.

Quod cum apud rusticitatem nostram [1]) incredibile haberetur ac rimaremur sollicite unde ei tanta ibidem [2]) fuisset gratia, ut ista meruisset, cum sciamus in tempore quo sacrum hoc lignum adoratur, non solum exinde nihil quemquam mereri, sed etiam importunius accedentem verberibus arceri, respondit: Quando, inquit, Hierosolyma abii, Futen abbatem [3]) reperi, qui magnam cum Sophia Augusta [4]) gratiam habuit [5]); huic enim omnem Orientem quasi praefecto commiserat. Huic me subdidi [6]) et cum ab Oriente regrederer, ab hoc et sanctorum pignora et hanc pallam, de qua eo tempore sancta crux involvebatur, accepi. Postquam mihi vir ille retulit et hanc mihi pallam tradidit, praesumpsi [7]), fateor, eam abluere et frigoriticis [8]) potum dare; sed [9]) mox, opitulante virtute divina, sanabantur. Scindebam etiam exinde plerumque particulas et dabam religiosis pro benedictione. Uni vero abbati partem divisi [10]), qui post duos ad me annos rediens cum sacramento [11]) asseruit, duodecim ab ea energumenos, tres caecos duosque paralyticos fuisse sanatos. Muto cuidam ipsam pallam in os posuit; sed cum dentes linguamque eius attigit, statim vocem eloquiumque [12]) restituit. Quod nos fideliter credere ipsa Domini promissio illicit, dicens [13]): Omnia quaecumque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis et venient vobis.

Cap. VII. De lancea, corona spinea et columna.

De lancea vero, arundine, spongia, corona spinea et columna ad quam verberatus est Dominus et Redemptor Hierosolymis dicendum. Ad hanc vero columnam multi fide pleni accedentes corrigias [14]) textiles faciunt eamque circumdant, quas rursum pro benedictione recipiunt, diversis infirmitatibus profuturas. Ferunt etiam ipsas coronae sentes quasi virides apparere; quae tamen si videantur aruisse foliis, quotidie tamen revirescere virtute divina [15]). Prodit et ex monumento quo dominicum iacuit corpus mira virtus, quod saepius

[1]) = in animo nostro rustico (= необразованный)... haberemus.
[2]) = ibi.
[3]) личность неизвѣстная.
[4]) жена императора Юстина II.
[5]) = in magna erat gratia.
[6]) = поступить подъ началъ.
[7]) = вздумать.
[8]) febri laborantibus.
[9]) = et.
[10]) = отдѣлить.
[11]) — подъ клятвою.
[12]) = способность говорить.
[13]) Марк. 11. 14.
[14]) = шнурокъ.
[15]) т. е. хотя бы и показалось, что листья на вѣнцѣ посохли, тѣмъ не менѣе на другой день они опять зеленѣютъ.

terra naturali candore radiante [1]) repletur et exinde iterum ablata aqua [2]) conspergitur [3]), de qua tortulae [4]) parvulae formantur ac per diversas mundi partes transmittuntur, de quibus plerumque infirmi sanitates hauriunt. Illud est tripudiabile [5]), quod saepissime accessus serpentium vitant [6]). Sed quid ergo temerarius de his loqui audeo, cum fides retineat omne quod sacrosanctum corpus attigit esse sacratum?

Cap. VIII. De tunica Christi inconsuta.

De tunica vero beati corporis non consuta, desuper contexta per totum [7]), quae iuxta Davidicum vaticinium sub sorte iacuerat [8]), fides [9]) evangelica pandit. Ait enim [10]): Partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem meam miserunt sortes. De hac vero immaculati Agni tunica quae a quibusdam audivi, silere nequeo. Ferunt autem in civitate Galatheae [11]) in basilica quae ad sanctos Archangelos vocitatur retineri [12]). Est enim haec civitas ab urbe Constantinopolitana quasi millibus centum quinquaginta, in qua basilica est crypta abditissima, ibique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclusum. Quae arca a devotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur, non immerito digna quae hoc vestimentum retineat, quod dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare.

Cap. LI. De Benigno [13]) martyre glorioso.

Benignus autem, dominici nominis testis [14]), apud [15]) Divionense castrum martyrio consummatus est [16]). Et quia in magno sarcophago post martyrium conditus fuit, putabant nostri temporis homines, et praesertim beatus Gregorius episcopus [17]) ibi aliquem positum fuisse

[1]) разумѣется снѣгъ.
[2]) которая происходитъ отъ таянья снѣга.
[3]) sc. nive. Iterum относится къ conspergitur.
[4]) = пирожки и лепешки, которые замѣшиваются на водѣ, происшедшей изъ чудеснаго снѣга.
[5]) = достойно изумленія (при которомъ человѣкъ обыкновенно вскакиваетъ; срвн. tripudium, tripodare).
[6]) sensu activo.
[7]) = всецѣло.
[8]) Псал. 21. 19.
[9]) = истина.
[10]) Іоан. 19. 24.
[11]) городъ, съ точностью неизвѣстный.
[12]) = esse, custodiri.
[13]) Галльскій мученикъ, пострадавшій въ Дижонѣ, при Маркѣ Авреліи.
[14]) = μάρτυρ.
[15]) = in.
[16]) = martyrium consummavit.
[17]) епископъ гор. Langres (civitas Langonica). См. Gregor. vitae patrum VII.

gentilem. Nam rustici vota inibi dissolvebant [1]) et quae petebant velociter impetrabant. Ad hoc ergo beati sepulcrum quidam, dum exinde multa beneficia perciperet, cereum detulit, quo accenso, domum rediit. Puerulus enim parvulus hoc observans, illo abeunte, descendit ad tumulum, ut ardentem cereum exstingueret et auferret. Quo descendente, ecce serpens mirae magnitudinis de alia parte veniens, cereum circumcingit. Puer autem timens sursum rediit et bis aut tertio cereum auferre tentans obsistente angue non potuit. Talia et his similia beato pontifici nuntiata, nullo modo credebat, sed magis ne ibidem [2]) adorarent fortiter testabatur [3]). Tandem aliquando Dei martyr beato se confessori revelat et dicit: Quid, inquit, agis? non solum quod tu despicis, verum etiam honorantes me spernis [4]). Ne facias, quaeso, sed tegmen super me velocius praepara. De qua [5]) ille visione concussus beatum sepulcrum adit ibique diutissime pro ignorantia cum fletu veniam deprecatur. Et quia crypta illa quae ab antiquis inibi transvoluta [6]) fuerat diruta erat, rursum eam beatus pontifex reaedificavit, eleganti transvolvens opere. Sed sanctum sepulcrum, nescio qua causa faciente, foris evenit. Quod ille intus transferre cupiens convocavit ad hoc opus et obsequium [7]) abbates atque alios religiosos [8]) viros, in quo conventu grande miraculum beatus martyr et populis [9]) et suo praestitit confessori. Erat quippe validum, ut supra diximus, illud sarcophagum, ut tale in isto tempore nec tria paria boum trahere possint. Cumque diutissime morarentur, nec invenirent, qualiter [10]) ipsum intus inferrent, sanctus Gregorius illuminatis cereis cum grandi psallentio [11]) apprehensum a capite martyris sarcophagum et duo presbyteri ad pedes, moventes illud, in cryptam habilissime [12]) detulerunt et ubi ipsis fuit placitum composuerunt, quod non minimum populis spectaculum fuit. Post paucos autem annos ab euntibus in Italiam passionis eius historiam allatam beatus confessor accepit. Sed et deinceps sanctus martyr multis se virtutibus manifestavit in populis. Nec moratus, super cryptam illam basilicam magnam iussit aedificari. In proximo autem est et alia basilica, in qua Paschasia [13]) quaedam religiosa veneratur. Nam visum est eo tempore structoribus

[1]) = solvere, въ см. дѣлать, давать обѣты.
[2]) = ibi.
[3]) =obtestari.
[4]) здѣсь не столько: презирать, сколько: съ презрѣніемъ отстранять.
[5]) или = qua, или: ob, propter quam, или же: ex qua (если concussus принимать въ см. expergefactus).
[6]) transvolvere = выкладывать сводомъ.
[7]) =послушаніе.
[8]) = monachos; clericos (срвн. фр. religieux).
[9]) = populo.
[10]) qmomodo.
[11]) см. h. Fr. X. I.
[12]) = facillime.
[13]) мученица, пострадавшая въ 177 г.

quamdam anum egressam fuisse ab [1]) ipsa basilica, nigra veste, cigneo [2]) capite vultuque decoro, quae sic affata est structores: Eia, dilectissimi, perficite opus bonum; eleventur machinae quibus erigitur haec structura et merito acceleratur quae talem habet exsecutorem [3]). Nam si permitteretur, ut vestrorum oculorum acies contemplaretur, nempe videretis vobis operantibus sanctum praeire Benignum. Haec effata basilicam, de qua egressa fuerat ingrediens, nulli ultra comparuit. Autumabant enim eius temporis homines beatam ibi apparuisse Paschasiam. Super lapidem vero illum in quo cum plumbo remisso pedes eius confixi fuerunt [4]), factis loculis, vinum aut siceram [5]) multi infundunt, unde si aut oculi lippitudine gravati, aut quaelibet vulnera fuerint peruncta, protinus fugata infirmitate sanantur, quod ego evidenter expertus sum. Nam cum mihi nimia lippitudine oculi gravarentur, ex hoc sacrato unguine [6]) tactus, dolore protinus carui. Cum autem ad Arvernam regionem lues illa adveniret, quae sancti Galli episcopi [7]) oratione depulsa est, et in subita contemplatione [8]) parietes domorum atque ecclesiarum signarentur atque caraxarentur [9]), matri meae apparuit in visu noctis quasi [10]) vinum, quod in apothecis [11]) nostris habebatur, sanguis esset effectus. Cui lamentanti ac dicenti: Vae mihi, quia signata est plagae domus mea, ait ei vir quidam: Nosti, inquit, quod post pridie [12]), quod erit in kalendis Novembris, passio Benigni martyris celebrabitur. Novi, ait. Vade, inquit, et vigila totam noctem in honore [13]), ac revoca missas [14]), et liberaberis a plaga. Expergefacta autem a somno, implevit quae sibi fuerant imperata, signatisque vicinorum domibus domus nostra inviolata permansit.

[1]) = ex; срвн. ниже: de qua egressa fuerat.
[2]) = albo, cano.
[3]) = aedificator.
[4]) можно думать, что Пасхазія стояла на камняхъ, залитыхъ свинцомъ, который растопился (remitti) и оставилъ знаки ея слѣдовъ.
[5]) sicera est omnis potio quae extra vinum inebriare potest; cuius licet nomen Hebraeum sit, tamen Latinum sonat, pro eo quod (= потому что) ex succo frumenti vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior, quasi succus colatur (отъ colare) et ipsa potio sicera nuncupatur. Isidor. Origines XX. 3.
[6]) = unguentum. Ex hoc=hoc.
[7]) епископъ Арверискій, дядя Григорія.
[8]) = внезапно, на виду у всѣхъ.
[9]) = χαράσσειν. Значеніе signari и caraxari видно изъ дальнѣйшаго: signata est plagae domus mea.
[10]) = будто бы.
[11]) = ἀποθήκη, cella vinaria.
[12]) pridie здѣсь = cras; post pridie = послѣ завтра.
[13]) = in honorem martyris.
[14]) revocare missam=reddere expletam, celebrari curare.

Cap. XCI. De sancta Eulalia [1]).

Eulalia gloriosa apud Emeritam urbem passa, magnum miraculum in die immolationis suae populis profert. Sunt igitur ante eius altare quo sancta membra teguntur, tres arbores, sed ignarus ego cuius sint generis, cumque iam medio mense decimo [2]), quando eius passio celebratur, sint ab omni foliorum decore nudatae, ea die illucescente caelo in modum columbae alitis flores proferunt suavitatis, scilicet quod sanctus eius spiritus in columbae specie penetraverit caelos et quod beatum eius corpusculum, iam exanime vestibusque nudatum, nix caelitus decidua [3]) molli vellere contexisset. Quod miraculum si solita arbores protulerint libertate [4]), scit populus sibi annum vel pressuris [5]) vacuum vel frugibus plenum. Quod si tardius flores ex more [6]) paruerint, cognoscit plebs sua hoc fieri noxa, nam priusquam erumpant, querula ad sepulcrum martyris ac moesta decumbit, deprecans ut solitam promereatur conspicere gratiam. Sed [7]) nec psallendo procedit [8]), si haec manifestata non fuerint. Si placatur martyr a lacrimis [9]) plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei flores qui odorem nectareum respirantes [10]) animi moestitiam et adventu laetificent et reficiant suavitate. Dehinc diligenter collecti et in basilicam sacerdoti delati [11]), processio cum gaudio celebratur, nam et hos flores saepius infirmis prodesse cognovimus.

Cap. XCV. De septem dormientibus apud Ephesum [12]).

Septem vero germanorum qui apud urbem Ephesum requiescunt, haec est ratio [13]). Tempore Decii [14]) imperatoris, cum persecutio in Christianos ageretur, septem viri comprehensi sunt et ducti coram principe: horum nomina haec sunt: Maximianus, Malchus, Martinianus, Costantinus, Dionysius, Iohannes, Serapion [15]). Qui

---

[1]) см. Prudent. h. III.
[2]) mensis decimus = December (по Мартовскому году).
[3]) = decidens.
[4]) = безъ задержки, замедленія.
[5]) = molestia, aerumna.
[6]) относ. къ tardius = tardius quam ex more fit (= по обыкновенію).
[7]) = et.
[8]) значеніе видно изъ слѣдующаго: processio cum gaudio celebratur.
[9]) a lacrimis=lacrimis.
[10]) = spirare, exhalare.
[11]) вмѣсто ожидаемаго Abl. absol.
[12]) apud Ephesum = Ephesi. Пострадали въ 250 г.
[13]) = исторія. Срвн. c. VI. clavorum dominicorum... haec est ratio.
[14]) 249—251 г.
[15]) въ православныхъ святцахъ имена различествуютъ отъ приводимыхъ Григоріемъ.

diversis verbis tentati ut cederent, nequaquam acquieverunt [1]). Imperator vero, pro elegantia [2]) eorum, ne in momento perirent, spatium tractandi [3]) indulget. At illi in unam se speluncam concludunt, ibique per multos dies habitaverunt. Egrediebatur tamen unus ex eis et comparabat victus et quae necessaria erant exhibebat. Revertente autem imperatore in eandem civitatem, isti petierunt ad Dominum [4]), ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere, factaque oratione prostrati solo obdormierunt. Cumque imperator didicisset eos in hoc antro morari, nutu Dei iussit os speluncae magnis lapidibus oppilari, dicens: Ibi intereant qui diis nostris immolare noluerunt. Quod cum ageretur, quidam Christianus in tabula plumbea nomina et martyrium eorum scribens, clam in aditu cavernae priusquam oppilaretur, inclusit. Post multorum vero annorum curricula cum, data ecclesiis pace, Theodosius [5]) Christianus obtinuisset imperium, surrexit haeresis immunda Sadducaeorum, qui negant resurrectionem futuram [6]). Tunc quidam civis Ephesius, dum caulas ovibus secus montem ipsum facere destinat [7]) ac lapides divolvit ad coaptanda earum septa, ignarus quae agerentur introrsum, patefecit ingressum eius; non tamen cognovit arcanum quod habebatur intrinsecus. Dominus tamen immisit septem viris spiritum vitae et surrexerunt, putantesque quod una tantum nocte dormissent, miserunt puerum unum ex se qui cibos emeret. Cumque veniens super portam civitatis vidisset crucis gloriosae signaculum [8]) audissetque per Christi nomen iurare populum, obstupuit prolatisque nummis quos a tempore Decii habebat, a mercatore comprehenditur, dicente sibi [9]): Quia [10]) absconditos antiquitus thesauros reperisti. At ille negans deducitur ad episcopum ac iudicem [11]) civitatis. Cumque ab his argueretur, compellente necessitate absconditum mysterium revelavit et deduxit eos ad speluncam in qua viri erant. Cumque ingrederetur episcopus, invenit tabulam plumbeam in qua omnia quae pertulerant habebantur scripta, locutusque cum eis nuntiaverunt [12]) haec cursu rapido imperatori Theodosio. At ille veniens adoravit eos pronus in terra, qui tali colloquio cum eodem usi sunt principe: Surrexit, gloriose Auguste, haeresis quae populum Christianum

---

[1]) = согласиться.
[2]) относится къ ихъ молодости.
[3]) = differre.
[4]) ad Dominum= a Domino.
[5]) разумѣется Ѳеодосій Младшій, 408—450 г. Событіе по нѣкоторымъ падаетъ на 429, по другимъ на 449 г.
[6]) ереси́архъ Ѳеодоръ, епископъ Эгскій, отвергалъ воскресеніе мертвыхъ.
[7]) = намѣреваться.
[8]) = signum.
[9]) = ei.
[10]) дополни: comprehendo te quia (= quod)...
[11]) = praefectus.
[12]) sc. episcopus et iudex.

a Dei promissionibus conatur evertere [1]), ut [2]) dicant non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo ut scias quia omnes, iuxta apostolum Paulum [3]), repraesentandi erimus ante tribunal Christi, idcirco iussit nos Dominus suscitari et tibi ista loqui. Vide ergo, ne seducaris et excludaris a regno Dei. Haec audiens Theodosius imperator glorificavit Dominum, qui non permisit perire populum suum. Viri autem, iterum prostrati in terram, obdormierunt, quibus cum Theodosius imperator sepulcra ex auro fabricare vellet, per visum prohibitus est, ne faceret. Viri autem usque hodie palliolis sericis aut carbasinis cooperti in ipso loco requiescunt, quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante in Latinum transtulimus [4]), plenius pandit.

3.

De gloria beatorum confessorum. Praefatio.

Pudet insipienti, reprobo [5]) imperitoque atque inerti illud aggredi quod non potest adimplere [6]). Sed quid faciam? quod occuli non patior quae de beatorum virtutibus vel ipse saepius inspexi, vel per relationem bonorum virorum et certae fidei evidenter gesta cognovi; sed timeo, ne cum scribere coepero, quis sum sine litteris rhetoricis et arte grammatica, dicat mihi aliquis: Ausu rustico et idiota [7]), ut quid [8]) nomen tuum inter scriptores indi [9]) aestimas? Aut opus hoc a peritis accipi putas, cui ingenium artis [10]) non suppeditat nec ulla litterarum scientia subministrat [11])? qui nullum argumentum utile [12]) in litteris habes, qui nomina discernere nescis; saepius pro masculinis feminea, pro femineis neutra et pro neutris masculina commutas, qui ipsas quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum [13]) observari sanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablativis accusativa, et rursum pro accusativis ablativa ponis. Putasne videbitur, ut bos piger palaestrae ludum exerceat [14]), aut asinus segnis inter sphaeristarum [15]) ordi-

[1]) = отстранить.
[2]) = такъ что, потому что.
[3]) 2 Кор. 5. 10.
[4]) срвн. Migne LXXI. p. 1106 сл.
[5]) = ἀδόκιμος, reiectus, reprobatus.
[6]) = exsequi, absolvere.
[7]) = idiota et (homo) ausu rustico. Idiota (ἰδιώτης) = illitteratus, imperitus.
[8]) = ut quid=quidam, въ см. num.
[9]) = referri, relatum iri.
[10]) ingenium artis sc. rhetoricae = риторическое образованіе.
[11]) = adiuvare.
[12]) = пригодный.
[13]) = scriptor.
[14]) срвн. Hieron. ep. LVII. 12. qui bovem mittit ad ceroma.
[15]) sphaerista est is qui sphaera seu pila ludit. Duc.

nem celeri volatu discurrat? Aut certe numquid poterit corvus nigredinem suam albentium columbarum pennis obtegere aut obscuritas picis liquoris lactei colore mutari? Nempe ut ista fieri possibile non est, ita nec tu poteris inter scriptores alios haberi. Sed tamen respondebo illis et dicam: Quia [1]) opus vestrum facio et per meam rusticitatem vestram prudentiam exercebo [2]). Nam, ut opinor, unum beneficium vobis haec scripta praebebunt: scilicet, ut quod nos inculte et breviter stilo nigrante [3]) describimus, vos poteritis lucide ac splendide stante versu [4]) in paginis prolixioribus dilatare. Igitur in primo libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum reliquorumque martyrum, quae hactenus latuerunt, quae Deus ab corroborandam fidelium fidem quotidie dignatur augere, quia valde molestum erat, ut traderentur oblivioni. In secundo, posuimus de virtutibus sancti Iuliani martyris. Quattuor vero libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorundam feliciosorum [5]) vita. Octavum hunc scribimus de miraculis confessorum, specialius [6]) legentem poscentes [7]), ut quia nobis, ut saepe testati sumus, nec artis ingenium suppeditat, nec sermonem facundia iuvat, veniam temeritati libenter indulgeat, quem [8]) non iactantia mundialis [9]) erigit, ut scribat, sed deprimit pudor, ut sileat [10]), amor timorque Christi impellit, ut referat. Et quoniam primum libellum de [11]) Domini miraculis inchoavi, velim et huic libello de sanctorum angelorum virtutibus adhibere principium.

Cap. II. De sancto Hilario episcopo Pictaviensi [12]).

Hilarius beatissimus quarto exilii anno ad urbem propriam est regressus impletoque operis boni cursu migravit ad Dominum [13]). Ad cuius beatum sepulcrum multae qnidem virtutes [14]) ostensae nar-

[1]) дополн. habebor, quia...
[2]) т. е. мое невѣжество дастъ матеріалъ вамъ, образованнымъ.
[3]) = темный.
[4]) рѣчь писателя опытнаго и образованнаго сравнивается съ бодро стоящимъ человѣкомъ.
[5]) = beatus. Здѣсь разумѣется также агіографическое сочиненіе Григорія: vitae patrum.
[6]) = expresse (срвн. фр. spécialement).
[7]) = rogare.
[8]) = относится къ nos.
[9]) = мірской, суетный.
[10]) = quem pudet silentii.
[11]) = a.
[12]) см. Hieronym. de vir. illust. 110.
[13]) въ 368 г.
[14]) = miracula.

rantur, quas liber vitae eius continet. Sed tamen [1]) duo leprosi in eodem loco mundati sunt. Mons enim erat in Gabalitano [2]) territorio, cognomento [3]) Helanus, lacum habens magnum, ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamenta proiciebat ac pannos qui ad usum vestimenti virilis praebentur, nonnulli lanae vellera, plurimi etiam formas [4]) casei et cerae vel panis diversasque species, unusquisque iuxta vires suas, quae dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plaustris potum cibumque deferentes, mactantes animalia et per triduum epulantes. Quarta autem die, cum discedere deberent, anticipabat [5]) eos tempestas cum tonitruo [6]) et coruscatione valida et in tantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, ut vix se quisquam eorum putaret evadere. Sic fiebat per singulos annos et involvebatur insipiens populus in errore. Post multa vero tempora quidam sacerdos ex urbe ipsa episcopatu assumpto [7]) accessit ad locum praedicavitque turbis, ut abstinerent ab his, ne caelesti ira consumerentur, sed nequaquam eius praedicatio a cruda [8]) rusticitate recipiebatur. Sed inspirante divinitate sacerdos Dei basilicam in honorem beati Hilarii Pictaviensis eminus ab ora stagni aedificavit, in qua reliquias eius locavit, dicens populo: Nolite, filioli, nolite peccare ante Dominum; nulla est enim religio in stagno. Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognoscite Deum et amicis eius venerationem impendite; adorate autem sanctum Hilarium Dei antistitem cuius hic reliquiae sunt conditae, ipse enim potest pro vobis apud Dei misericordiam intercessor assistere. Tunc homines compuncti [9]) corde conversi sunt et relinquentes lacum omnia quae ibidem proicere erant soliti ad sanctam basilicam proferebant [10]) et sic ab errore quo vincti fuerant relaxati sunt. Sed et tempestas deinceps a loco illo prohibita est, nec ultra in hac sollemnitate quae Dei erat nocuit, postquam beati confessoris ibidem sunt reliquiae collocatae.

---

[1]) объясняется изъ пропущенной мысли: хотя въ этомъ жизнеописаніи и заключаются чудеса Иларія, но однако (sed tamen) есть и еще чудо, ибо и т. д.
[2]) Gabălus или Mimate, гор. въ Галліи, н. Mende.
[3]) = nomine.
[4]) = кругъ.
[5]) заставать.
[6]) = tonitru.
[7]) = принявъ епископскій санъ.
[8]) = rudis.
[9]) = тронутые чувствомъ раскаянія, сокрушаясь.
[10]) = adferre.

De miraculis Sancti Martini episcopi lib. 1, cap. 5.

Qualiter beato Ambrosio idem transitus [1]) est ostensus.

Eo namque tempore beatus Ambrosius, cuius hodie flores eloquii [2]) per totam ecclesiam redolent, Mediolanensi civitati praeerat episcopus. Cui celebrandi festa dominicae diei ista erat consuetudo, ut veniens lector cum libro suo non antea legere praesumeret [3]), quam Sanctus nutu iussisset. Factum est autem, ut illa die dominica, prophetica lectione recitata, iam lectore ante altare stante qui lectionem beati Pauli proferret, beatissimus antistes Ambrosius super sanctum altare obdormiret. Quod videntes multi, cum nullus eum penitus excitare praesumeret, transactis fere duarum aut trium horarum spatiis, excitaverunt eum dicentes: Iam hora praeterit: iubeat dominus lectori lectionem legere; exspectat enim populus valde iam lassus. Respondens autem beatus Ambrosius: Nolite, inquit, turbari. Multum enim mihi valet [4]) sic dormisse, cui tale miraculum Dominus ostendere dignatus est. Nam noveritis fratrem meum Martinum sacerdotem egressum fuisse de corpore, me autem eius funeri obsequium praebuisse, peractoque ex more servitio [5]), capitellum [6]) tantum, vobis excitantibus, non explevi. Tunc illi stupefacti pariterque admirantes diem et tempus notant, sollicite requirentes [7]); qui ipsam diem tempusque transitus sancti [8]) repererunt, quo beatus confessor [9]) dixerat se eius exsequiis deservisse. O beatum virum, in cuius transitu sanctorum canit numerus angelorumque exsultat chorus omniumque caelestium virtutum occurrit exercitus; diabolus praesumptione [10]) confunditur, ecclesia virtute roboratur; sacerdotes revelatione glorificantur; quem Michaël assumpsit cum angelis, Maria susceepit cum virginum choris, paradisus retinet laetum cum sanctis! Sed quid nos in laudem eius tentamus, quod non sufficimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore numquam recessit. Nam nos utinam vel simplicem possimus historiam explicare.

---

[1]) рѣчь идетъ о кончинѣ Мартина, еп. Турскаго.
[2]) = eloquentia.
[3]) = вздумать.
[4]) = iuvat me.
[5]) про богослуженіе.
[6]) lectio brevior in divino officio. Duc.
[7]) = спрашивать, наводить справки.
[8]) = Martini.
[9]) = Ambrosius.
[10]) = предвидѣніе.

Cap. IX. De beato Baudino [1]) episcopo.

Quam praesens invocatio nominis eius [2]) mare procellosum compescuerit, non omittam. Cum beatus Baudinus episcopus Turonicae civitatis in villam navigio subvehente transiret, subito adveniente cum violentia venti nimbo teterrimo, mare placidum commovetur impulsu flaminis, navisque undarum mole turbatur. Tollitur caput primum [3]) in fluctus, secundum declinatur inter undarum hiatus. Hi in scena [4]) montis aquosi dependent, hi apertis undis in ima dehiscunt, sed nec antenna [5]) residet, quae beatae crucis signaculum praeferebat. Tunc resolutis timore membris et omnibus sine spe vitae iam mori paratis, prosternitur senior [6]) in oratione cum lacrimis et geminas tendens palmas ad astra [7]), beati Martini auxilium precabatur et ut sibi dignaretur adesse velociter proclamat. Unus autem ex perfidis [8]) dixit: Martinus ille quem invocas, iam te dereliquit nec tibi in hac necessitate succurrit. Vere credo hanc vocem ab insidiatore fuisse prolatam, ut beatum sacerdotem ab oratione turbaret. Sed ille hoc iaculum fidei lorica repellens magis ac magis sancti viri praesidium flagitabat simulque cohortabatur, ut omnes orarent. Cumque haec agerentur, subito supervenit odor suavissimus quasi balsamum in navi et tamquam si cum thuribulo aliquis circuiret, odor thymiamatis effragravit [9]). Quo odore adveniente, cessit violentia saeva ventorum elisisque aquarum astantium molibus, redditur mare tranquillum. Mirantur omnes morti iam dediti fluctuum pacem et protinus data serenitate redduntur in littore [10]), quod nullus ambigat beati viri adventu hanc tempestatem fuisse sedatam. Tunc omnes in commune Domino gratias referunt, quod eos per invocationem antistitis sui dignatus sit de hoc periculo liberare.

---

[1]) современникъ Лотаря 1-го.
[2]) S. Martini.
[3]) передняя часть корабля; caput secundum—задняя.
[4]) = facies exterior.
[5]) здѣсь въ см. мачты, на верхушкѣ которой находилось изображеніе креста.
[6]) = ὁ πρεσβύτερος, episcopus.
[7]) срвн. Virg. Aen. 1. 93: duplices tendens ad sidera palmas.
[8]) = невѣрующій.
[9]) = распространяться (про запахъ).
[10]) = in littus, littori.

ОГЛАВЛЕНІЕ.

	стр.
Минуцій Феликсъ	5
Octavius cap. 17. 18	6
cap. 37. 38	9
Тертулліанъ	12
Apologeticum cap. 1—7	15
cap. 39—43	26
De patientia	33
Св. Кипріанъ	48
Epistola XXXVII	50
LVIII	52
De mortalitate	59
Арнобій	72
Adversus nationes l. I. c. 13—35	73
Лактанцій	84
Institutiones l. I. c. 1	86
l. V. c. 1—14	89
l. VI	115
Папа Дамасъ	162
De cognomentis Salvatoris	163
De S. Tarsicio	163
De SS. Marcellino et Petro	164
De sepulcro suo	164
De fontibus Vaticanis	165
De S. Andrea	165
De S. Agatha	166
Св. Амвросій	168
Hexaemeron lib. III	172
De officiis ministrorum lib. II	183
De obitu Valentiniani consolatio.	218
Нѣсколько гимновъ Св. Амвросія	242
Блаж. Іеронимъ	251
Epistola XXII	254
XXIII	281
CVIII	283
LVII	311
De viris illustribus	322
Изъ дополненія Геннадія	334

стр.

Блаж. Августинъ 336
Confessiones lib. IX, X 341
De Civitate Dei lib. I. 387
Пруденцій 407
Peristephanon hymn. I 409
hymn. II. 414
hymn. III 432
hymn. IX. 440
hymn. XIII 444
Сидоній Аполлинарисъ 448
Epistol. l. IV. 11 450
l. V. 17 453
l. VII. 6 . . . . . 4[illegible]
Carmen XXIII . . . . . 4[illegible]
Св. Левъ Великій . . . . . 4[illegible]
Sermo XXI 4
XXXIX . . . . . [illegible]
LVIII . . . . . [illegible]
LIX 4
Св. Григорій Великій . . . . . [illegible]
Dialogorum l. I. praefatio . . . . . [illegible]
l. III. c. I—XIV . . . . . [illegible]
Regula pastoralis l. II. . . . . [illegible]
Гимны . . . . . [illegible]
Григорій Турскій . . . . . [illegible]
Histor. Francor. l. II. c. 21 . . . . . 5[illegible]
l. II. c. 29 . . . . . 5[illegible]0
l. V. c. 43 554
l. X. c. 1 557
De gloria martyr l. I. c. 5—8 561
c. 51 565
c. 91 568
c. 95 568
De gloria confessor. Praefatio 570
c. 2. 557
De mirac. S. Martini l. I. c. 5 573
c. 9. 574